In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo Indictione quinta
pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Kalixti divina providencia pape tercii anno eius tercio die vero
Sabbati xxviii mensis Maii hora vesperorum vel quasi in Civitate Czchow alias alia [illegible] In domo habitacionis Andree
Sartoris alias in domo [illegible] in strata nigra domus eiusdem in platea polonicali in sinistra manu [illegible]
In mei Notarii publici et testium infrascriptorum adhoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia, Constitutus ibidem personaliter
Discretus vir dominus Petrus [illegible] quondam civis in Czchow ibidem, licet per graciam domini nostri Ihesu Christi [illegible] corpore
[illegible] sanus tamen mente et bona per gracia [illegible] racione, Considerans fallaciter quod nichil certius morte et nichil incercius est
hora mortis, Attendens quoque instabilitatem humane condicionis in hac vita [illegible]. Ut quilibet bona sua et res a deo sibi in
hac vita misericorditer collata et concessa ad distrahendum inordinate relinquet, dum sine per [illegible] contingat, Nolens
[illegible] mundi naufragio decedere intestatus, animam suam primo et principaliter deo omnipotenti et sue genitrici Marie
virgini gloriose commendavit, et deinde suam ultimam voluntatem et testamentum irrevocabile de bonis sibi a domino deo
collatis et concessis ac ad ipsum tamquam ad ultimum heredem et successorem ex prima successione legittime devolutis, omnibus
melioribus iure via causa forma et consuetudine fecit condidit et ordinavit et in effectum diligenciori disposuit in hunc
modum ut sequitur. In primis itaque idem dominus Testator testamentaliter assignavit et assignando legavit viginti
[illegible] super [illegible] seu agricultura [illegible], qui agri seu [illegible] iacent extra [illegible] ibidem in
Czchow post [illegible] [illegible] in Czchow ibidem, inter agros Gregorii [illegible] ab una et Andree [illegible]
ab alia, Tali condicione quod quicumque eosdem agros fore emerit, aut propinquitate successionis iure hereditario obtinuerit
vel quovis modo possederit [illegible] per [illegible] mortis [illegible] eosdem agros [illegible] et
possidentes [illegible] Gregorii [illegible] et qualibet [illegible] et contradiccione [illegible] et [illegible]
[illegible] in Czchow cum plenaria integritate debent effectualiter persolvere. In quaquidem [illegible] dominus Testator [illegible]
[illegible] sepulture, Quosquidem agros suprascriptos dominus Testator prefatus bonafide estimat et [illegible] estimant valorem ad
triginta tres marcas. Item idem dominus Testator petivit dominos Consules [illegible] ibidem existentes et infrascriptos, ut [illegible]
[illegible] Czchowiensi [illegible] ordinarent sepulturam [illegible] prout [illegible] videtur ad sacerdotem, Ad quod faciendum infrascripti
domini Consules se [illegible] responderunt et submiserunt, Et quidquid a predicta sepultura et [illegible]
defuncti [illegible] dicti Consules erogatum fuit, hoc de residuis [illegible] marcis [illegible] triginta marcarum [illegible]
duos Consules debent [illegible] et [illegible] Item testamentaliter legavit unam [illegible] a [illegible]
[illegible] et [illegible] Kaliam, que [illegible] debet [illegible] cantari, et hec [illegible] debet [illegible]
residuis [illegible] marcis [illegible] marcarum. Item legavit de residuis [illegible] marcis unam [illegible] Petro [illegible]
[illegible] Tunicam [illegible] alias [illegible]. Item legavit [illegible] dominus Testator unam [illegible] Barbare [illegible]
de [illegible] de residuis [illegible] marcis. Item idem dominus Testator legavit Stanislao [illegible]
[illegible] [illegible] dominus Testator adhuc [illegible]. Item legavit [illegible] domino Clementi plebano
in [illegible] cum [illegible] que debet legere [illegible], de residuis [illegible] marcis. Item testamentaliter dat
[illegible] testamenti de residuis [illegible] marcis, Notario [illegible], Et quidquid residuum
fuerit predictarum [illegible] marcarum, petivit per [illegible] infrascriptos [illegible] pro fidelitate [illegible]. Item testamentaliter
legavit librum [illegible] in quo continentur [illegible] Clemens [illegible] et [illegible]. Item assignavit
[illegible] scotos, quos legavit plebano et ministris [illegible] a [illegible] ibidem in Czchow, que [illegible]
[illegible] et quibus [illegible] scotos Consules infrascripti [illegible] et singulos [illegible]
consanguineos tam ex parte agnacionis quam cognacionis, a [illegible] bonis [illegible] supellectilibus
ac singulis rebus sic ut [illegible] legavit et [illegible] et [illegible] et in [illegible] habere volunt
[illegible] nichil [illegible] successoribus sunt et eorum cuilibet in eisdem penitus renunciando, Et ut idem
testamentum [illegible] domini Testatoris [illegible] sortiatur effectum, Ad hec omnia et singula suprascripta et expressa modo
debito exequenda et finaliter disponenda prefatus dominus Testator constituit, creavit, fecit, elegit et nominavit, similiter
melioribus iure forma et consuetudine ultimarum voluntatum, debitores suos [illegible] et indubitatos [illegible]
et actores [illegible] [illegible] Commissarios, Tutores ac defensores videlicet providos viros dominos Consules ibidem in Czchow
[illegible], Martinum [illegible], Bartholomeum [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]

Aegii Romani Liber
De Regimine Principum.

Incipit liber de Regimine principum editus a fratre Egidio Romano ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini

In nomine domini amen

Ex nobili regia ac sanctissima
prosapia oriundo suo domino
speciali domino Philippo primo
genito et heredi preclarissimi
viri domini Philippi dei gracia ill-
ustrissimi Regis Francorum
suus devotus frater Egidius
Romanus ordinis fratrum
heremitarum sancti Augustini
cum recommendacione seipsum et
ad omnia famulatum. Cla-
mat pollitic0rum sentencia
omnes principatus non esse equaliter
diuturnos. Nec equali peri-
odo singula regimina men-
surari. Sed aliqua annalia
sunt. Aliqua ad vitam. Aliqua
vero per hereditatem et per
successionem in filiis quodam-
modo perpetua iudicantur. Cum
igitur nullum violentum esse
perpetuum fere omnia naturalia pro-
testantur. Qui in se et in suis
posterioribus filiis suum principa-
tum perpetuari desiderat summo
opere studere debet ut sit suum re-
gimen naturale. Nunquam autem
quis naturalis rector efficitur si
passione aut voluptate cupi-
at principari. Sed si custos iusti
existens absque racione et lege nichil
statuat imperando. Nam ut
testatur philosophus sicut est naturaliter
servus qui pollens viribus deficit
intellectu sic vigens mentis ind-
ustria et regulativa prudencia
naturaliter dominatur. Quare si vestra
generositas me amicabiliter
gloriosa requisivit ut de erudi-
cione principum sive de regimine
regum quendam librum compo-
nerem quatinus gubernacione
regni secundum racionem et legem dilig-
encius circumspecta pollentes re-
gimine naturali ut apparet ad liqu-
idum non instinctu humano
sed pocius divino huius peticionem
postulatum. Unde cum deus omni-
potens in cuius femore scribitur
dominus dominancium et rex regum
vestre domus sanctissime curam
gerere specialem. Cum vestram
pudicam ac venerabilem infan-
ciam inclinavit ut sequens patrum
patrum ac predecessorum vestigia
in quibus et per amplius de
perfectis viget et viguit zelus
fidei et regio cristiana non
passione et voluptate sed le-
ge et intellectu regulas regni
iustissimas cupiat perseverare.
Hac igitur requisicione lau-
dabili et honesta quam michi
reputo in preceptum necnon
suffragante bono gentis et communi
quod est divinius quam bonum
aliquod singulare irrecusa-
biliter opus aggrediar ut vestra
reverenda nobilitas requisivit

I P

Incipiunt tituli prime partis primi libri

primum Quis sit modus procedendi in regimine principum

secundum Quis sit ordo dicendorum

tercium Quanta sit utilitas dicendis

quartum Quod sunt modi vivendi et quibus in eis felicitas haberi esse

quintum Quod maxime expedit Regie maiestati suum finem et suam felicitatem cognoscere

Sextum Quod non decet Regiam maiestatem suam felicitatem ponere in voluptatibus

Septimum Quod non decet Regiam maiestatem suam felicitatem ponere in divitiis

octavum Quod non decet R. M. suam felicitatem ponere in honoribus

nonum Quod non decet R. M. suam felicitatem ponere in fama et gloria

decimum Quod non decet R. M. suam felicitatem ponere in civili potencia

undecimum Quod non decet R. M. suam felicitatem ponere in robore corporali vel in pulcritudine vel in aliis bonis corporis

duodecimum Quod in amore dei et in actu prudencie est ponenda felicitas

tredecimum Quantum sit premium Regis bene Regentis populum sibi commissum

Sequitur primum capitulum primi libri Quis sit modus procedendi in regimine principum

Opportet ut latitudo sermonis in ymaginacione rei sit secundum exigenciam illius rei et non magis requiritur ut vult philosophus in primo ethicorum. Si ergo de regimine principum vel regum intendimus artem et noticiam tradere ut non fiant ulteriores et subtiliores sermones quam prius opus quantacunque requirat. Primo videndum est quis sit modus procedendi in hac arte. Sciendum igitur quod in toto morali negocio modus procedendi est plan

est figuralis et grossus. oportet enim in talibus typo et figuraliter pertransire, quia gesta moralia complete sub narratione non cadunt. Possumus autem triplici via venari quod modum procedendi in hac scientia oportet esse figuralem et grossum. Prima via sumitur ex parte materie, secunda quia ... huiusmodi artis. Secunda ex parte finis qui intenditur in hac arte. Tertia ex parte auditoris qui erudiendus est per talem artem. Prima via sic patet. Cum enim doctrina de regimine principum sit de actibus humanis et comprehenditur sub morali negocio, quia materia moralis ut determinatum est non patitur perscrutationem subtilem, sed est de negotiis singularibus, que ut declarari habet secundo Ethicorum propter sui variabilitatem magnam incertitudinem habent. Quia ergo sic est, ipsa acta singularia que sunt materia huius operis concludunt procedendi esse figuralem et typo. Hanc rationem videtur tangere Philosophus in primo Ethicorum cum ait: Quod dicetur sufficienter de morali negocio si fiat manifestatio secundum subiectam materiam. Unde subdit quod disciplinati est intantum inquirere certitudinem secundum unumquodque genus inquantum natura rei recipit. Videtur enim natura rei moralis omnino esse opposita negocio methaphisico. Nam demonstrationes methaphisice sunt in primo gradu certitudinis, ut ait Commentator secundo methaphisice. Rationes vero morales sunt superficiales et grosse. Geometrici enim institutum est non persuadere sed demonstrare. Rethorici vero et politici non est demonstrare sed persuadere. Propter quod primo Ethicorum scribitur: Quod proximum est vel par peccatum est mathematicum persuadentem acceptare et rethoricum demonstrationes expetere. Secunda via sumitur ex parte finis qui intenditur in hac arte. Nam ut scribitur secundo Ethicorum, opus morale suscipimus non contemplationis gratia neque ut sciamus sed ut boni fiamus. Finis ergo intentus in hac scientia non est cognitio sed opus, neque est veritas sed bonum. Cum ergo rationes subtiles magis illuminant intellectum, superficiales vero et grosse magis moveant et inflammant affectum, in scientiis speculativis ubi principaliter queritur illuminatio intellectus, procedendum est demonstrative et subtiliter; sed in negocio morali ubi queritur rectitudo voluntatis et ut boni fiamus, procedendum est persuasive et figuraliter. Unde primo Ethicorum scribitur: Morale negocium amabile est si de talibus et ex talibus dicentes et de his que sunt ut frequenter grosse et figuraliter veritatem ostendamus. Tertia via sumitur ex parte auditoris qui erudiendus est in hac arte. Nam licet intitulatus sit liber hic de eruditione principum, totus tamen populus erudiendus est per ipsum. Licet enim non quilibet possit esse rex vel princeps, quilibet tamen summopere studere debet ut talis sit quod dignus sit regere et principari

quod esse non potest nisi sciant et exequantur que in hoc opere sunt dicenda. Totus ergo populus auditor est huius artis, sed pauci sunt vigentes acumine intellectus. Propter quod dicitur tertio Ethicorum, quod quanto maior est populus, tanto minor vel remotior est intellectus. Auditor ergo moralis negocii est simplex et grossus, ut ostendi habet primo Ethicorum. Cum ergo totus populus subtilia comprehendere non possit, incedendum est in morali negocio figuraliter et grosse. Immo quia secundum Philosophum in Politicis oportet dominum scire precipere hec que oportet subditum scire facere. Si per hunc librum instruuntur principes quomodo se debeant habere, et qualiter debeant suis subditis imperare, oportet doctrinam hanc extendi usque ad populum, ut sciat qualiter suis principibus debeat obedire. Et quia hoc fieri non potest nisi tactis et per rationes superficiales et sensibiles, oportet modum procedendi in hoc opere esse grossum et figuralem.

Sequitur capitulum secundum. Quis sit ordo dicendorum

Cum omnis doctrina et omnis disciplina ex preexistenti fiat cognitione, ut dicitur primo Posteriorum, bene se habet narrare ordinem dicendorum, ut de ipsis quandam precognitionem habeamus. Hac autem precognitione prehabita intellectus dicendorum facilius capietur. Sciendum autem quod hunc totalem librum intendimus in tres partiales libros dividere. In quorum primo ostendetur quomodo regia potestas et maiestas et per consequens quilibet homo seipsum regere debeat. In secundo vero manifestabitur quomodo familiam suam debeat gubernare. In tertio determinabitur vel declarabitur quomodo debeat preesse civitati vel regno. Primo ergo libro deserviat ethica sive monastica. Secundo yconomica. Tertio pollitica. Est autem hic ordo naturalis vel racionabilis. Racionabilis quidem, quia ea que sunt ad alterum sumunt originem ex his que sunt ad nos ipsos. Unde nono Ethicorum dicitur, quod amicabilia que sunt ad alios videntur venire ex hiis que sunt ad seipsum. Ille enim amicus esse videtur qui sic se habet ad alium sicut ad seipsum. Quod ergo dictum est de amicabilitate veritatem habet de ipsa industria regnativa. Nam qui industris esse vult ut alios regat, debet industris esse ut seipsum gubernet. Congrue ergo racionabile est ut prius determinemus de regimine sui ipsius, deinde de regimine familie sive regni. Est etiam hic ordo non solum racionalis sed etiam naturalis. Natura enim semper ex imperfecto ad perfectum procedit, et quilibet prius est naturaliter imperfectus et puer quam perfectus et vir. In ipsis etiam spectabilibus

ordine naturali scilicet ex imperfecto ad
perfectum procedimus / ut primus
quidem habent scientiam et cognitionem
imperfectam / et postea licet tamen
perfectiorem / et sic dando se
speculacioni continue in scientia pro-
ficitur / donec secundum modum sibi
possibilem habeat perfectam no-
ticiam / Quod ergo secundum ordi-
nem naturalem decet de specula-
bilibus videlicet licet veritatem habet
de ipsis operabilibus / Nam sicut
in speculabilibus cognicio imperfecta
industria naturali precedit perfectam
Sic in operabilibus perfectam indu-
striam precedit astucia imperfecta
Cum ergo non requiratur tanta indu-
stria ad regendum seipsum / quanta
requiritur in gubernacione familie
Nec requiratur tanta prudencia in
regimine familie / quanta in gu-
bernacione civitatis et regni / or-
dine naturali decet regiam mae-
statem primo scire seipsum regere
secundo scire suam familiam guber-
nare / tercio scire regnum regere
et civitatem / In primo autem libro
in quo agetur de regimine sui
quatuor sunt declaranda / Nam
primo ostendetur in quo regia ma-
iestas debet suum finem et suam
felicitatem ponere / Secundo quas
virtutes debeat habere / Tercio quas
passiones debeat sequi / Quarto
quos mores debeat imittari
Nam bene vivere et bene regere

seipsum / esse non potest nisi quis se
det bonis actibus / et bonis ope-
ribus regulatis ordine racionis
Volens tractare de regimine sui
oportet ipsum noticiam tradere de
omnibus hiis que diversificant
actiones / Unde est ergo quod vult phi-
losophus 2o Ethicorum / Sufficiunt
quantum ad morale negocium scrutari
ea que sunt circa operaciones quomodo
faciendum sit eas / Operaciones au-
tem ex quatuor quantum ad presens
spectat videntur variari et
diversificari / videlicet ex finibus
habitibus / passionibus / et moribus
Nam cum finis sit operacionum
maximum principium / secundum quod quis
sibi alium et alium prestituit finem
alia et alia operatur / Ad sciendum
igitur que operari debeamus max-
ime proficuum esse videtur / quem
finem nobis prestituere debeamus
Rursus quia ut dicitur secundo E-
thicorum / Signum generati habitus
est delectacio et tristicia fi-
ens in opere secundum alios et alios
habitus in aliis et aliis actibus
delectamur / Tercio diversificantur
actiones et opera non solum ex fini-
bus vel ex habitibus / sed etiam
ex passionibus / Nam alii et
alii passionati / alii et alii
operantur / Videmus enim / quod
quia timor et desperacio non
sunt eadem cum sit passio / time-
tes et desperantes de victoria

turpiter agunt ut dimittant
aciem et fugiunt de bello / Sperantes
autem se vincere et invadunt
bellantes / et aggrediunt hostes
Quod ergo dictum est de spe et ti-
more, intelligendum est de aliis
passionibus / Singule enim pas-
siones et Affectiones aliquam
inclinacionem in nobis efficiunt
ut alia opera faciamus / Certo
eciam ipsi mores opera diver-
sitate videntur Nam haben-
tes mores senum aliter operantur
quam habentes mores iuvenum
Senes enim ut suo loco ostendetur
sunt naturaliter increduli et avari
Iuvenes vero naturaliter creduli et
liberales Videntur autem hec
quattuor habere aliquam Analogiam
adinvicem. Nam ex aliis et
aliis moribus habent esse alie
et alie passiones / Et ex aliis
et aliis passionibus / consurgunt
alii habitus / et ex aliis et aliis
habitibus / instituunt alii et alii
fines / Sicud enim diversi sunt
mores iuvenum et senum / sic
alie affectiones et passiones
sunt in utrisque / Et sic malo-
rum et bonorum sunt diverse
affectiones / sic diversi sunt habitus
viciorumque Rursus ex aliis
et aliis habitibus prestituimus nobis
alios et alios fines Nam
ut dicitur tercio Ethicorum / Qualis
unusquisque est / talis finis sibi
videtur / ut intemperato videtur
quod tota finis et maxima felicitas
sit uti venereis / sic eciam habentes
alios habitus inclinantur ut finem
sibi prestituant conformem suo
habitui In primo igitur libro
de omnibus hiis quattuor tracta-
bimus / videlicet de fine sive
de felicitate principum / et de eo-
rum virtutibus / et de ipsorum passionibus
et moribus Primo tamen
dicemus de ipso fine sive de
ipsa felicitate / quia finis respe-
ctu agendorum est principalius
principium. quam aliquod aliorum

Quanta sit utilitas dicendis

iij ca

Quoniam ut dictum est
opus istud suscepimus
gratia eruditionis princi-
pum: cum nunquam alumnus plene eru-
diatur nisi sit benivolus docilis
et attentus / Postquam in primo capitulo
reddidimus regiam maiestatem beni-
volam ostendendo quod dicenda sunt nos
esse faciliter tractaturos / et in secundo
reddidimus eam docibilem narrando
ordinem dicendorum Restat ut in
hoc capitulo tercio reddamus eam attentam
ostendendo quanta sit utilitas in di-
cendis Nam ex quo omnes homines
eciam sermonem perscrutatum ut plu-
rimum auditores sunt benivoli pro-
ferentibus sermones faciles et superficia-
les / Quia si in aliis sciencis est
corruptus appetitus / in morali
tamen negocio ubi modus regitur tra-
dicionem figuralem et grossam non
est corruptus appetitus / In huiusmodi
ergo arte ex facilitate tradendi

redditur auditor beniuolus. Sed
ex ordine dicendorum redditur
docilis id est abilis ad capiendum
doctrinam. Si ei dicenda quedam
serie et ordine pronantur. Ex uti
litate autem dicendorum redditur
auditor attentus. Nam quilibet
attente audit si sperat se utilia
auditurum. Et dicenda autem si
recte cognoscuntur et observentur
debite. Consequitur maiestas
regia quantum ad quatuor spectat
ordinatior. Que quilibet maxime
amare et desiderare debet. Primo
enim lucrabitur maxima bona.
Secundo lucrabitur seipsum. Tercio
lucrabitur alios. Quarto consequetur
ut habeat ipsum deum et felici
tatem eternam. Distinguuntur
quidem nomine ipsa bona. Quia
quedam sunt bona minima
quedam sunt media quedam
maxima. Minima sunt bona
exteriora. Media sunt bona inte
riora. Que possunt esse communia bonis
et malis. Huiusmodi sunt industria
mentum. Ingenium naturales pote
tie anime. His enim bonis et
ipsi mali participant. Bonarum
maxima sunt bona interiora
que mali participare non possunt.
Huiusmodi sunt virtutes. Quibus secundum
sanctos et secundum philosophos nemo ma
le utitur. Sicut enim primo retra
ctationum. Quod sole virtutes
sunt quibus non contingit male
uti. Alio modo distinguuntur
bona ut per ipsum philosophum tam
in magnis moralibus quam in Ethicorum

quia quedam sunt delectabilia.
quedam utilia. Quedam honesta.
Bona autem honesta sunt bona
per excellenciam. Nam in his
bonis secundum philosophum includuntur
bona delectabilia et utilia. Re
enim si honesta sunt habent in se
magnam delectacionem. Et include
bonitatem utilium bonorum. Cum igitur
in hoc libro intendamus quod ma
iestas regia fiat virtuosa. Et quod
non eos quos habet regere inducat
ad honestatem et virtutem ma
xima est utilitas in dicendis.
Quia eis observatis habebimus
bona maxima et honesta.
Secundo est maxima utilitas in di
cendis. Quia ex eis quis non solum
lucrabitur maxima bona. Sed etiam lu
crabitur seipsum. Est etiam morale
negocium ut pluries tactum est ut
boni fiamus. Bono autem viro seipsum
habet. Malo autem seipso caret. Sic
enim imaginari debes quod sicut in ci
vitate et in regno plures ordin
antur ad unum et ad unum regem.
Sic in uno et in eodem homine potencie
que sunt rationales per participacionem ordi
nantur ad intellectum qui est rationalis
per essenciam. Sic igitur rex non di
citur habere regnum nec dux habere civitatem
si in regno vel in civitate sit dis
sio. Vel si incole civitatis vel reg
ni non obediant regi vel duci. Sic
homo aliquis singulariter dicitur non habere
seipsum si appetitus dissenciat ra
tioni et si rationalis per participacionem
non obediat rationali per essenciam

homo enim ut vult philosophus nono Ethicorum maxime est intellectus et ratio, ergo quia ratio non dominatur his que sunt in homine, homo non dominatur sibi ipsi, nec regit seipsum nec proprie seipsum habet, immo vim vult sibi, et aliud agit passione tractus et inclinatus. Constat ergo quod malus homo non habet seipsum sed bonus. Per negotium quod est ut boni fiamus homo seipsum lucratur. Tercio lucratur alios. Nam ex hoc quod aliquis recte regit seipsum dignus est ut constituatur rector et dominus aliorum. Nam vigens prudentia et aliis virtutibus moralibus de quibus in hoc libro tractabitur dignus est principari. Quod si hac careat dato quod per tirannidem potentiam principatur, magis tamen est subici quam principari, et magis est natus servus quam dominus. Quarto observantes hiis quorum in hoc libro tradimus noticiam consequimur ut habeamus deum ipsum et felicitatem eternam. Est enim deus ipsa essentia unitatis et bonitatis, quare est maxime unus et maxime bonus. Quanto enim aliquis appropinquat plus ad unitatem et bonitatem tanto est conformior primo principio, et perfectius habet ipsum deum. Mali autem homines minime se uniunt, totum enim regnum eorum est dispersum. Regnum enim cuiuslibet hominis est ex eo quod potentie anime reguntur per rationem et intellectum. Cum igitur dictat aliud ratio et aliud sequitur appetitus, quod contingit in subditis aliarum plagas, tunc homo non est unitus, sed in seipso dispersus, habet ipse quod difformis est a principio, sed pollentes virtutibus et habundantes in bonis honestis, quia consequuntur regulas rationis et sequuntur bona simpliciter, non bona secundum sensum, in seipsis habent unitatem et bonitatem, ipsi quoque conformantur primo principio, et in seipsis ipsum deum habere dicuntur. Tanta igitur est utilitas in dicendis, quod eis observatis lucrabimur maxima bona, nos ipsos, et etiam alios, et habebimus ipsum deum et percipiemus felicitatem eternam. Verum quia ea quorum tradimus noticiam absque divina gratia observari non possunt, decet homines, et maxime regiam maiestatem implorare divinam gratiam. Nam quanto maiestas regia loco altiori existit, tanto magis indiget divina gratia, ut possit virtutum opera exercere, et sibi subditos valeat inducere ad virtutem.

Quot sunt modi vivendi et quod in eis felicitas habet esse. Capitulum iiii

Premissis quibusdam preambulis necessariis ad propositum, quia recta requirit operis, ex facilitate modi tradendi reddimus regiam maiestatem benivolam, ex ordine dicendorum reddimus ipsam docilem, ex utilitate recepta in dicendis reddimus ipsam attentam. Restat dicere seriatim que in hoc opere sunt dicenda. Verum quia finis est principium agibilium principalis quam aliquis

ut dicebatur supra. Ideo a fine et felicitate est inchoandum. Cum igitur tres modos diversos vivendi diversi diversimode sibi finem prestituant. Narrandi sunt modi vivendi, et ostendendum est quo in eis felicitas est ponenda. Distinxerunt autem philosophi ut patet in primo Ethicorum triplicem vitam videlicet voluptuosam pollithicam et contemplativam. Videbant enim homines esse medium inter superiora et inferiora. Est autem homo bonus naturaliter medius inter bruta quibus est superior, et substancias separatas quas communi nomine vocamus angelos quibus est inferior. Est enim homo infra angelos et supra bruta. Tripliciter ergo potest considerari homo. Primo ut communicat cum brutis, secundo ut est aliquid in se, tercio ut communicat vel participat cum substantiis separatis. Secundum has tres considerationes sumpte sunt a philosophis predicte tres vite. Voluerunt enim quod homini ut communicat cum brutis competit vita voluptuosa, ut est aliquid in se vita pollitica, sed ut participat cum substantiis separatis competit ei vita contemplativa. Similiter ergo vel vivit ut homo, vel vivit ut angelus vel vivit ut bestia. Nam secundum vitam voluptuosam vivit ut bestia, secundum civilem vivit ut homo, secundum contemplativam vivit ut angelus. Distinxerunt igitur istas vitas tres sive hos tres modos vivendi. Non tamen posuerunt nisi duplicem

felicitatem. Nam in vita voluptuosa negaverunt esse felicitatem quod et theologi negant. Posuerunt ergo felicitatem politicam et contemplativam ut dicatur quis felix politice, quando est felix ut homo habendo in se prudenciam que est recta racio agibilium. Dicatur autem felix contemplative quando est supra hominem, et quando est felix non solum ut homo, sed prout est in eo aliquid divinum et aliquid melius homine. Perfectum igitur in agibilibus vocabant felicem politice, sed perfectum in speculabilibus vocant felicem contemplative et appellant ipsum non hominem, sed hominem meliorem. Nam agere et conversari in actionibus cum aliis competit homini ut homo est, speculari et cogitare veritatem competit ei ut est in eo intellectus speculativus qui est aliquid divinum, et secundum quem communicamus cum deo et cum substantiis separatis. Unde ex primo politicorum patet quod quilibet vel est homo vel est peior homine et tunc est bestia vel est homine melior et tunc quasi divinus et semideus. Si autem est homo quia homo ut ibi probatur est naturaliter animal sociale civile et politicum, sequitur ergo quod regatur secundum prudentiam et vivat vita politica. Si autem est bestia et homine peior talis non regitur racione et prudentia, sed regitur passione et vivit voluptuosa. Sed si sit divinus et homine melior tunc speculatur propter sapientiam et vivit vita contemplativa

Tanta est ergo differentia inter prudentem in agibilibus et perfectum in speculabilibus, quanta inter viventem vita humana et politica et vita contemplativa et angelica. Dediti enim corporalibus et sensibilibus propter diversitatem negociorum emergencium turbantur erga plurima, et ut plurimum senciunt passiones carnis. Dediti vero speculabilibus quodammodo ab hiis passionibus sunt abstracti. Et quia vivere in carne et non secundum carnem est magis angelicum quam humanum, felicitatem vite contemplative voluerunt philosophi appellare felicem pollitice et ut hominem, quia ut communicat cum subiectis sentientes. Sapientes ergo viri speculativi sunt maxime honorandi, quia sunt super homines collocati. Sic ergo de modis vivendi et de felicitatibus reperitur in ipsis philosophi distinxerunt. Non tamen ad plenum et per omnes modos potuerunt attingere veritatem. Nam licet dicerent vere quod in vita voluptuosa non est querenda felicitas, ut infra clarius ostendetur, de vita tamen pollitica quam theologi vitam activam vocant, et de vita contemplativa nec ipsi quamque vera senserunt. Crediderunt enim quod ex puris naturalibus absque Dei auxilio gratie posset quis omnia peccata vitare et perfecte vivere secundum vitam activam vel contemplativam, quod falsum est. Nam ut supra tangebatur omnibus volentibus recte vivere necessaria est divina gratia, et maxime est necessaria regibus et rectoribus aliorum. Posuerunt etiam vitam contemplativam esse in pura speculacione, quod falsum est. Nunquam enim in vita tali quis perficitur nisi in eo sit amor dei sive dileccio caritatis. In hiis igitur non bene senserunt. Et autem vitam contemplativam dixerunt esse potiorem quam vitam pollitica et activa, a theologis et a veritate katholica non discordant. Hiis igitur peractis dicamus quod decet regiam maiestatem hos modos vivendi cognoscere et vitam voluptuosam fugere, ne sit homine peior. Tales enim ut dicitur primo Ethicorum sunt vitam pecudum eligentes. Vitam autem activam et contemplativam ipse habere debet, ut per vitam activam vacet aliis magnifica faciendo, sibi subditos recte regendo. Per vitam contemplativam vacet sibi per internam devocionem et dei delectacionem, in dei amore proficiendo recte. Hanc autem internam devocionem tanto magis decet reges et principes habere, quanto apud tribunal summi iudicis reddituri sunt de pluribus racionem.

Quod maxime expedit Regie maiestati suum finem et suam felicitatem cognoscere. Capitulum III

Est autem diligenter notandum quod sicut materia per debitas transmutaciones consequitur suam perfectionem et formam, sic homo per rectas et debitas operaciones consequitur suam perfectionem et felicitatem. Cum ergo nunquam contingit recte agere ut requirit consecucio finis ignorato ipso fine, expedit consequi volenti suum finem vel suam felicitatem habere precognicionem ipsius. Possumus autem dicere quod ut ad plus spectat duplici via venari

possumus, quod expedit regi suum finem cognoscere. Prima est inquantum per sua opera cooperatur ut sit finis consecutivus. Secunda vero inquantum est alterius directivus. Prima via sic patet. Nam ad hoc quod aliquis per suas operationes finem consequatur tria requiruntur. Primo quod agat bene, secundo quod ex electione, tertio quod agat delectabiliter. Si enim non agat bene sed male, non consequetur finem sed contrarium finis. Nam finis ut dicitur 2o physicorum non solum dicit quod ultimum sed etiam quod optimum. Propter quod secundo methaphysice innuit philosophus quod finis et bonum idem sunt, et qui tollit finem tollit etiam bonum. Contrarie si male agentes digni sunt ut mala consequantur, quia malum contrariatur bono et per consequens contrariatur fini. Male agentes secundum quod huiusmodi digni sunt ut non consequantur finem sed contrarium finis. Immo non solum male agentes non consequuntur finem, sed etiam potentes bene agere nisi bene agant non debetur eis corona nec debetur eis finis vel felicitas. Unde philosophus primo Ethicorum ait quod in olimpiadibus, id est in illis bellis et agonibus, non coronantur fortissimi sed agonizantes. Cum fortissimi sint, sive potentes agonizare actu, si actu non agonizant non debetur eis corona. Oportet igitur bene actu agere ut per opera nostra inveniamus finem consequi vel felicitatem. Secundo requiritur quod ex electione agamus. Nam qui casu vel fortuito bene agit non est ex hoc laudandus nec debetur ei ex hoc finis vel felicitas. Nam que ex electione non fiunt non sunt voluntaria, ex involuntariis autem ut patet per philosophum 3o Ethicorum non laudamur nec vituperamur. Unde in eodem textu dicitur quod nullus est beatus nisi volens. Sed que non agimus ex electione non agimus volentes. Ergo per se loquendo ex talibus operibus dicimus quod huiusmodi sunt non consequimur beatitudinem et felicitatem, immo cum ex operibus virtuosis felicitatem consequamur, et virtus est habitus electivus in medietate consistens ut dicitur in 2o Ethicorum, oportet operationes per quas finem consequimur ex electione procedere. Tertio oportet agere delectabiliter. Nam quanto quis in aliquo opere magis delectatur tanto magis voluntarie et ex habitu efficit opus illud. Unde philosophus secundo Ethicorum vult quod non sufficit agere bona sed bene, nec sufficit operari iusta sed iuste. Contingit enim aliquos prave facere aliqua de genere bonorum, tamen quia non faciunt ea bene et delectabiliter non oportet per huiusmodi opera eos consequi finem vel felicitatem. Cum ergo ista tria contingant, quod agamus bona, ex electione et delectabiliter, maxime contingit nos sic finem consequi. Hec autem maxime contingunt cognito fine. Expedit ergo ut finem consequamur finem cognoscere. Sic enim magis mai dedema, quod sic est in causis efficientibus, quod agentia secunda non movent nisi in virtute agentis primi, sic fines secundarii non movent nisi in virtute finis ultimi. Propter quod si non cognoscit

agens p'mu· nullu agens ageret
sic si no esset finis vltimus
et si no apphenderemus aliquid
ut bonu vltimatu qd volunta̅tes
moueret· nullu bonu voluntate
moue posset· quoniam cum vult
voluntas· vel vult in ordine
ad aliquid· vel vult finali
et vltimate Non apphenso
ergo aliquo sub ratione finis no
contingit nec bn age̅· quia hoc po
sito cessat omnis humana actio
Ut g° agamus opportz nos pstit
uere fine bonu et debitu· qz ex
fine qui nra pcem sumunt no
enim esse posset· qd esset bonu opus
si ordinaretur in malu finem·
precognitio g° finis requitur ut
bn agamus· Secundo eciã pre
cognitio requirit ut excellcione
agamus· Nam sic sagittantes
no videntes signu· si signu
percucient hic e casu et fortuito
sic no pcognoscentes fine si bene
agant· et finem consequant hoc
no e excellencia· s3 a fortuna
Unde phus pmo Ethicorum
volens ondere necciam cognicõis
finis ait· qd cognicio finis ad
vita mai magnu h3t moment
tu· consequimur enim ex hoc mag
is finem· quemadmodu sagit
tatores signu hntes mag attinge
adipiscuntur qd opportz Tercio pre
cognicio finis no solu facit nos
age bene excellencia s3 eciã de
lectabilr Nam mag opa effici
unt delectabilia et dubia con
sideratã beatitudine et felicitatem
quam opibus sequimur Quilibet g°
homi ut agat bn et excellencia

et delectabilr expedit sua felicitatem
precognosce· Sed maxie hoc expe
dit regie maiestati· qz in omnibus
suis opibus debz intende bonu
gentis et ecclesie que qd e magis
expediens et diuinius qz aliqd
singlare Patet igr qd maxie
decet regiam maiestate cognoscere
sua felicitatem ut opa communia
que sunt quodãmodo diuina ex
ercat bn et delectabilr et excellec
tione· Secundo hoc id patz ex eo
qd rex e aliorum directiuus Nam
si sagitta signu no percipit no
tm ppr hoc impedi qn signu per
cuciet· qz a sagittante in signu
dirigitur· Sic igitur magis
expedit sagittatori signu pcipe
quam sagittam· eo qd sit sagitte
directiuus Sic magis expedit regiam
maiestatem et felicitate et fine
cognoscere quam populu· eo qd sit
ipsi directiua

[Quod] non decet Regiam Maiestatem suam felicitatem ponere in vo=luptatibus &c. Capitulum VI

Vulgus no percipit quoniam nisi delectaciones sensibiles Et inde e qd communi noie ut plurimum ponuntur solas delectaciones maxime sensibiles· cuiusmodi sunt delectaciones tactus et gustus· absolute appellamus voluptates et delectaciones Cum tn simplr loquendo delectaciones intelligibiles et spirituales sine comparacione sint pociores et excellenciores· quam voluptates sensibiles Inquirendum aute voluptatibus sensibilibus no esse felicitatem ponendam

triplici via venari possumus. Primum enim ad primum spectat quod felicitas tria importare videtur. Felicitas enim dicit quod perfectum et per se sufficiens bonum. Nam tunc dicimus aliquem esse felicem cum assequitur est id in quo consistit suum perfectum bonum. Unde philosophus primo Ethicorum describens felicitatem ait: Quod felicitas est finis operatorum perfectum et per se sufficiens bonum. Ex hoc autem primo sequitur secundum scilicet quod felicitas sit accipienda secundum racionem et ut racio dictat. Cum enim bona secundum racionem et secundum intellectum sint bona perfecta et simpliciter. Bona vero secundum sensum sint bona secundum quid et ut nunc. Si felicitas potest perfectum esse bonum oportet quod sit bonum secundum intellectum et racionem. Vel quod idem est oportet quod sit tale bonum quale recta racio prosequendum indicat. Ex hiis autem sequitur tercium videlicet quod felicitas consistat in bonis anime non in bonis corporis. Sicut enim corpus ordinatur ad animam sicut materia ad formam et sicut imperfectum ad suam perfectionem, bona corporis sunt imperfecta respectu bonorum anime. Propter quod huiusmodi bona non dictat racio sit prosequenda esse ut bona anime. Felicitas igitur ex quo dicit bonum anime perfectum dicit bonum secundum animam et secundum racionem. Nam in hoc operacione anime secundum racionem consistit bonum perfectum humanum ut declarari habet primo Ethicorum. Cum igitur voluptates et delectaciones sensibiles non sint bonum perfectum nec bonum secundum animam et secundum racionem constat in talibus felicitatem non esse ponendam. Quod autem huiusmodi voluptates non sint perfectum bonum et sufficiens, delectatio patet. Nam quod sit bonum est satiat appetitum. Huiusmodi autem voluptates appetitum saciare non possunt ut in seipso quilibet experiri potest. Unde philosophus tercio Ethicorum loquens de talibus delectacionibus ait quod insaciabilis est delectabilis appetitus. Secunda in talibus non est ponenda felicitas quoniam non sunt bona secundum racionem sed magis sunt bona secundum sensum. Bona enim secundum racionem quanto maiora sunt tanto magis reddunt racionem liberam et expeditam. Nam quod secundum racionem existit inconveniens est quod racionem impediat. Sed huiusmodi delectaciones sensibiles si vehementes sint racionem obnubilant iuxta illud vi Ethicorum: Si tales delectaciones magne et vehementes sint cogitacionem id est racionem pervertunt. Tercio non est ponenda felicitas in delectacionibus sensibilibus quoniam talia magis sunt bona corporis quam anime. Cum igitur corpus ordinetur ad animam et non econverso si felicitas est finale bonum ad quod talia bona ordinantur, huiusmodi bonum non est ponendum in voluptatibus sensibilibus que sunt bona corporis, sed magis in operibus virtutum que sunt bona anime. Possumus enim dicere quod licet sint delectaciones aliquae licite et honeste, eo quod ipsa opera virtutum homini bono et virtuoso magnam delectacionem afferant, Nulla tamen delectacio est essencia licet

ipa felicitas licz possit ee aliquid
felicitate consequens / Sz hc decl
arare no e presentis negocii et forte
tn de hoc aliquid infra dicet
Ad presens aut sufficiat q no
decet aliquem hominem suam
felicitatem pone in delectacionibus
sensibilibus / Est g detestabile
cuilibz homini sua felicitatem
pone in voluptatibus / Sz maxie
hc e detestabile regie maiesta
ti / q etiam triplici via ve
nari possumus / Primo enim talia
sunt detestabilia regi quia
ipm maxime deprimunt / Scdo
qz reddunt ipm contemptibilem / T
cio quia faciunt ipm indignum
principari / Dicebatur enim sup
q in vita voluptuosa convenimus
cum brutis / et desiderantes sic
vivere sunt vita pecudum eligentes
Quanto g quis in aliori gradu
existit tanto per hanc vitam
magis deprimitur / Dictum est n
q decet regem et principem esse sup
hominem et totaliter divinum Na
ut dr quinto politicorum principa
tus correspondere dz magnitudini
et dignitati / Ut quanto quis ma
ior princeps existit / tanto alios
excellere magis dz in dignitate
vite et in magnitudine bonitatis
In tanto igr gradu existens indi
gnum e ut vitam pecudum eligat
quia per eam valde deprimitur
Secundo hc e detestabile regi
qz seipm contemptibile reddit / Vn
Philosophus in quinto polliticorum ait
Quod maxime expedit principi
bus esse moderatos in delectaci
onibus corporalibus / Innuit enim
ipe ibidem / q dantes se delec

taciombus talibus sunt similes
dormientibus et ebriis Na dedi
ti huiusmodi voluptatibus vsum
racionis amittunt / sic dormi
entes et ebrii uti racione no
psunt / Cum igr secundum eundem philosophum
Non facile sit contemptibilis qui so
brius sed qui ebrius / nec qui
vigil sed qui dormiens / decet
regiam maiestatem tales delec
taciones immoderatas fugere
ne contemptibilis videatur / Tercio
decet principem talia detestari ne
principari efficiatur indignus Nam
nullus eligit in duces iuvenes
indignum e enim puerum principari
sed ut dr primo ethicorum Dre
aut nil invenis secundum etatem
aut secundum morem iuvenilem
Sequens enim delectaciones sensi
biles / dato q sit senex tpe
quia e puer in moribus indi
gnus e principari / Est g dilig
enter notandum q sic no dr
puerum esse etate et moribus
sic no refert ee senem secundum
etatem et moribus / Tm quod
si sit senex tpe et puer moribus
indigne principat / sic si sit pu
er etate et senex moribus dig
nus principari / Non enim ait
philosophus q nemo eligit iuvenes
in duces eo q constet ipos non
prudentes / sed eo q no constat
eos ee prudentes / Quare si
constat eos habere more seniles et
vigere prudencia digni sunt princi
pari Sit g conclusio capituli
q ne princeps deprimatur et ne
contempnatur / et ne sit indignus
principari / debz immoderatas de
spicere voluptates

c. vii. Quod non decet regiam maiestatem summam felicitatem ponere in diviciis

Philosophus in primo pol. distinguit duo genera diviciarum. Nam iuxta ipsum quedam sunt divicie naturales et quedam artificiales. Divicie naturales esse dicuntur que naturaliter ex ipsis naturalibus producuntur. Huiusmodi sunt que accipiuntur ex agris vel ex arboribus ut frumenta et vina vel ex animalibus. Et universaliter quecumque ad victum et vestitum deserviunt inter naturales divicias computantur. Artificiales autem divicie sunt que per artem et industriam hominum invente in hac naturales divicias commutantur. Huiusmodi sunt aurum et argentum et universaliter omne numisma que immediate indigencias corporales non supplent sed per commutacionem deserviunt indigencie corporali. Aurum enim et argentum licet sint naturalia metalla sunt tamen artificiales divicie. In neutris autem diviciis est ponenda felicitas. Tangit enim philosophus in primo politicorum tres raciones per quas venari possumus in artificialibus diviciis felicitatem non esse ponendam. Primo quia artificiales divicie ad naturales ordinantur. Secundo quia talia dicuntur quod sint divicie ex ordinacione hominum. Tercio quia ipsius indigencie non satisfaciunt. Dicebatur enim supra felicitatem esse illud bonum ad quod bona alia ordinantur. Propter quod divicie artificiales eo ipso quod ordinantur ad divicias naturales racionem felicitatis habere non possunt. Secundo in illis non est constituenda felicitas quia non dicuntur quod sint divicie nisi ex ordinacione hominum. Vera enim felicitas vera est bonum nostrum. Sed istud est bonum nostrum ex ordinacione hominum tantum. Numismata autem non dicuntur quod sint divicie nisi ex ordinacione hominum. Unde in primo pol. dicitur quod transmutatis utentibus id est transmutata disposicione utencium sine transmutato ordine et disposicione hominum huiusmodi divicie nullius dignitatis dicuntur. Quod enim tantum auri vel tot numismata tantum valeant tritici hoc est quia numismata reputantur magis in opinione hominum et quia sic vult ordo et disposicio utencium eis. Tercio in illis non est ponenda felicitas quia aurum et argentum et omnia numismata non solum animam non saciant nec sunt perfectivum boni sed eciam per se ipsa non satisfaciunt indigencie corporali. Potest enim contingere ut dicitur in primo pol. quod quis dives pecunia fame moriatur. Recitatur enim ibi de quodam cuius nomen erat Myda qui cum nimis esset avarus sive avidus auri ut fabulose dicitur impetravit a deo ut quicquid tangeret fieret aurum. Cum ergo tacta res in singulis partibus corporis eciam ore quicquid tangere poterat convertebatur in aurum. Erat ergo et magna copia auri cum tamen fame periret. Quod esse non posset si aurum vel cetera numismata vere essent divicie et vere satisfacerent indigencie corporali.

Cum ergo quia nummismata sunt divicie in ordine ad aliud tamen vero que sunt divicie ex institutione hominum / tum quia cum sint corporalia / ipsi indigencie corporali per se non sufficiunt / in eis non est ponenda felicitas. Ex autem in naturalibus diviciis contingit sunt cibus et potus / et ea que per se indigencie corporali satisfaciunt non sit ponenda felicitas de levi patet / Nam cum felicitas sit bonum optimum / in optimo nostro genere dicitur / Cum ergo anima sit pocior corpore / felicitas non est ponenda in talibus diviciis que sunt bona corporis sed ut superius dicebatur ponenda est in actibus virtutum / que sunt bona anime. Cuilibet ergo homini detestabile est ponere suam felicitatem in diviciis sed maxime detestabile est regie maiestati. Nam si rex et princeps ponat felicitatem suam in diviciis tria mala inde sequuntur. Primum quia amittit maxima bona / secundum quia efficitur tirannus. Tercium quia efficitur populi depredator. Diligens enim pecuniam ut finem et timens pecuniam elargiri nunquam potest esse magnificus / cuius est facere magnos sumptus / Nec eciam potest esse magnanimus / quia metuens pecuniam perdere nichil magnum attemptabit / immo cum esse sit magnanimi cui nichil corporale est magnum ut vult philosophus quarto Ethicorum capitulo de magnanimitate / quia in opinione avari et in opinione ponentis suam felicitatem in diviciis / divicie sunt quid magnum / impossibile est eum esse magnanimum. Si ergo magnificencia et magnanimitas sunt maxima bona / et maxime decent regiam maiestatem esse ornatam talibus virtutibus / detestabile est ei suam felicitatem ponere in talibus. Secundo detestabile est regi vel principi suam felicitatem ponere in diviciis, quia hoc facto tirannus efficitur. Est enim differencia inter regem et tirannum ut patebit in tercio libro cum determinabimus de regimine regni. Nam rex proprie est qui intendit bonum regni et bonum gentis / si autem intendat bonum proprium / hoc est ex consequenti. Tirannus vero e contrario principaliter intendit bonum privatum / Si autem intendit publicum, hoc est ex consequenti ut inquantum ex bono communi evenit ei aliquod bonum proprium / Cum igitur finis maxime diligatur ponens suam felicitatem in nummismate / principaliter intendit thesaurizare et sibi congregare pecunias. Non ergo est rex sed tirannus / cum non intendit bonum principaliter publicum sed privatum. Tercio hoc posito sequitur quod rex sit populi depredator. Nam finis adeo intense diligitur quod quilibet studet omni via omni modo quo potest consequi finem suum / ponens ergo felicitatem suam in diviciis non erit sibi cure si opprimat viduas et pupillos / si depredetur populum et rem publicam. Dum tamen possit pecuniam congregare / Et cum ex verbis intelligitur quod importat nomen tirannus / non potest eum latere quod omni via quo potest velle consequi

finem suum. Est ergo rex tyrannus si sic vult esse dominus quod tamen reipublice non procurat, sed tamquam depredator quod non procurat bonum, sed etiam istud malum. Quare si detestabile est regem committere, maxime detestabile est tyrannum et depredatorem esse, est detestabiliter suam felicitatem ponere in divitiis.

VIIII [Capitulum] Quod non debet regia maiestas suam felicitatem in honoribus ponere.

Sunt multi viventes vita politica credunt felicitatem ponendam in honoribus, eo quod ut plurimum cives maxime honorari desiderant. Sunt autem in honoribus tria attendenda, per que tria triplici via venari possumus felicitatem in eis non esse ponendam. Primo enim honor est bonum ad aliud ordinatum. Secundo est bonum extrinsecum. Tertio est magis in honorante quam in honorato. Felicitas autem cum non est bonum ad aliud ordinatum, sed est bonum ad quod alia ordinantur; non est bonum extrinsecum sed intrinsecum, habet esse maxime in ipso felice sive in eo cuius est ipsa felicitas. Quod enim honor sit bonum ad aliquid ordinatum, patet per philosophum primo Ethicorum, qui vult honorem esse exhibitionem reverentie in testimonium virtutis. Causa ergo quare homines volunt maxime honorari est ut appareant sapientes et virtuosi, quibus maxime debetur honor. Ideo enim secundum philosophum nullus gratulatur honorari a pueris, quia reverentia talium non est debitum testimonium sapientie et virtutis. Quare si honor est bonum ordinatum ad virtutem, in honore non est ponenda felicitas, sed potius in operibus virtutis vel potius in actibus earum. Secundo non debet poni felicitas in honoribus, quia honor non est bonum intrinsecum sed extrinsecum. Dictum est enim quod honor est reverentia exhibita in signum virtutis. Signum autem vel testimonium si perfecte vult manifestare ipsum signatum, oportet quod sit quid notum et manifestum. Intrinseca enim non sunt nobis nota et manifesta, sed extrinseca. Non enim cognoscimus quid quis in corde cogitat, sed que exterius reputantur. Reverentia ergo que est honor si debet manifestare virtutem eius cui exhibetur, non sufficit quod sit cogitata in corde, sed requiritur quod exterius perficiatur. Honor autem habet rationem extrinseci boni, cum sit reverentia exhibita per quedam exteriora signa. Quare si felicitas non est ponenda in extrinsecis bonis que sunt minora bona, sed in intrinsecis que sunt maiora, in honoribus felicitas poni non debet. Tertio hoc idem patet ex eo quod honor magis est in honorante quam in honorato, ut plane vult philosophus primo Ethicorum. Quare si in honoribus ponatur felicitas, contingit illa detestanda perversitas quod felicitas magis sit in alio quam in eo cuius est. Sicut enim principaliter dicitur civilitas est eius qui fecit ipsam, sic honor magis est in eo qui facit ipsum quam in eo cui exhibetur huiusmodi

Reuerentiam honoratur. Apparet
autem hoc esse sensibiliter manifestum.
Nam si aliquis inclinans se et
reuerentur alium, vel honorat ipsum,
constat inclinationem ipsam esse in
inclinante, non in eo cui inclinatio
exhibetur. Accidens enim ipsum
est in suo subiecto, non autem in obiecto.
Vel si aliquomodo est in obiecto,
magis tamen est in subiecto. Inclinatio
ergo illa et reuerencia magis
est in inclinante ut in subiecto,
quam in eo cui inclinatur in quo
est ut in obiecto. Ubi igitur dictum
est, quod reuerencia siue honor magis
est in honorante quam in honorato.
Sed cum felicitas maxime sit in
ipso felicitato uel in ipso beatificato,
in honoribus non est ponenda
felicitas. Indecens est ergo cuilibet
homini ponere suam felicitatem in honoribus,
ut credat se esse felicem, si ab omnibus
honoratur, maxime tamen hoc est indecens
regie maiestati. Quod
triplici via venari possumus.
Si enim rex suam felicitatem in honoribus
ponat, sequentur eum tria mala.
Erit enim superficialiter bonus, erit
presumptuosus, et erit iniustus et
inequalis. Nam si princeps suam felicitatem
in honoribus ponat, cum
sufficiat ad hoc quod quis honoretur, quod videatur
esse bonus, non curabit esse bonus
existenter, sed apparenter et superficialiter.
Unde et plures in politicis
curantes de honore tantum dicuntur
esse fictos et superficiales. Si ergo
maxime decet reges existere
bonos, maxime indecens est
ipsum ponere felicitatem in honoribus,
ne sit fictus et superficialis. Secundo
indecens est regi ponere suam felicitatem
in honoribus, quia ex hoc periclitatur

populus et est presumptuosus. Nam
cum sint maxime diligatur,
si princeps suam felicitatem in honoribus
ponat, ut possit honorem consequi
presumet suam gentem exponere
omni periculo. Exemplum huius habemus
de filio cuiusdam romani principis
nomine Torqueti, qui nimis honoris
auidus contra imperium patris,
ut honorem consequeretur se exposuit
periculis bellicis. Unde Thorquatus
romanus princeps ne alii
ex hoc exemplum assumerent et ne
essent nimis honoris auidi,
filium sic presumptuosum occidit,
non obstante quod dictus filius victoriam
obtinuit ab hoste. Ne ergo
princeps se precipitet et ne nimis
presumat, non expedit ei suam
felicitatem in honoribus ponere. Tercio
hoc est indecens ei, ne sit iniustus
et inequalis. Decet enim principem
sua bona distribuere
secundum dignitatem personarum, ut
plura bona det dignis et sapientibus
quam indignis et histrionibus.
Sed si princeps suam felicitatem
in honoribus ponat, quia summe summo
ardore diligit, non curabit
remunerare personas secundum propriam
dignitatem, sed solum eas beneficia
diuidet, quo plus honoris
consequi possit. Si ergo rex suam
felicitatem in honoribus ponat, erit
malus in se, quia non curabit nisi
superficialiter bonus, erit malus
in populo sibi commisso, quia non
curabit eum periculis presumptuose et
precipitanter exponere, erit malus
in suis rebus, quia eas non distribuet

equale secundum personarum dignitatem

[C]ap. [.] Quod non decet Regiam maiestatem suam felicitatem ponere in fama et gloria

Differunt autem fama et gloria ab honore et laude quia honor et laus sunt causa fame et glorie. Ex hoc enim est aliquis in fama et gloria quia laudatur et honoratur. Et honor autem differt a laude quia est universalior ea. Nam laus proprie non est nisi per signa verbalia, sed honor habet esse per quecumque signa exteriora. Unde dicitur primo Ethicorum quod partes honoris sunt sacrificia et recordationes in metris anti quia primordiitates sedis ad orationem et cetera talia exteriora signa pertinentia ad reverentiam. Gloria quidem et fama pro eodem accipi consueverunt. Nam gloria est quedam clara notitia de aliquo. Est enim gloria claritas quedam. Hoc etiam est fama quia fama est quedam clara cum laude notitia. Si autem velles aliquo modo distinguere inter gloriam et famam, diceremus quod fama oritur ex gloria, erit ergo hic ordo quod gloria oritur ex honore. Nam ex hoc quod aliquis est in magno honore et in magno apparatu ex hoc apparet clarus et gloriosus. Et fama autem oritur et ex honore et ex gloria, quia ex hoc quod aliquis est in honore et gloria habetur in fama et precio. Accipiendo sic famam et gloriam large et pro eodem. Posset forte alicui videre felicitatem esse ponendam in fama et gloria, eo quod ea possunt esse magnitudine latitudinis, tum ad diversas partes divulgari possit, et magne diuturnitatis cum per multa tempora contingat ipsam in [illegible] delebile esse. Videtur etiam quod maxime principes in hoc suam felicitatem ponere debeant, dicente philosopho quinto Ethicorum quod merces quedam danda est principibus. Hec autem est honor et gloria quibus si contenti non sint tyranni fiunt. Sed hoc stare non potest quod triplici via venari possumus contrarium. Cum enim ad principes spectat quod satis proprie habeant per bona felicitas non est tantum signum boni sed est etiam perfectum et per se sufficiens bonum. Secundo felicitas inest tantum bonis et beatis, non autem infelicibus et pravis. Tertio est in interioribus bonis, non in hiis que exteriora existunt. Et fama autem eo usque magis est signum boni quod ipsa sit ipsa bonitas, non solum competit bonis sed ut plurimum competit ipsis malis. Rursum magis innititur exterioribus signis quam interiori bonitati. Si enim fama alicuius existit, ideo existit quia de ipsa apud homines habetur quedam laudabilis et clara notitia, cum scientia nostra non sit ipsa res nec sit causa rerum, sed magis signum earum, et quod consimiliter debetur eis fama nec est bonitas nostra nec ab ea dependet bonitas nostra. Si primum est quedam [illegible] signum

nostre bonitatis / in ea ergo felici-
tas nostra esse non potest / Secundo
hoc stare non potest quia gloria et fama
apud homines ~~stare~~ non ~~potest~~
solum habetur de bonis / sed etiam
de omnibus prauis. quia enim multotiens
in iudicando decipimur / contingit
autem plurimum illa detestanda per-
uersitas / quod boni et digni non habe-
ntur in precio / et praui et infeli-
ces sunt in gloria et in fama / Ter-
cio in fama non est ponenda fe-
licitas. quia magis innititur
exterioribus signis / quam interiori bonitati
Nam homo non intuetur nisi ea
que foris patent / Non enim vide-
mus ipsas cogitaciones mentis nec
ipsas virtutes vel malicias in a-
nimo existentes / sed si iudicamus
aliquem bonum et virtuosum hoc est
ex hiis que nobis exterius innote-
scunt / Sicut enim ad hoc quod aliquis
honoretur sufficit / quod exterius bonus
appareat / sic ad hoc quod aliquis sit a-
pud homines in fama et in gloria
sufficere videtur quod exterius bona
pretendat / quare cum regem deceat
esse totum diuinum / et quasi semideum
si inconueniens est felicitatem in eo ponere
quod est magis signum bonitatis quam sit
ipsa bonitas quibus ipsi principes proprie-
te non pertinent / et magis innititur exte-
rioribus signis quam interiori bonitate
inconueniens est quod rex credat se esse
felicem si sit famosus apud homines
vel si sit in populis gloriosus Non
igitur rex se debet credere beatum esse
si sit in gloria apud homines
actamen beatus est si sit in gloria do-
mini Dictum est enim quod gloria et
fama est quedam clara dei noti-
cia cum laude Dei autem

Noticia ut ad propositum spectat in rebus
differt a noticia nostra Nam noticia
dei causat res. nostra noticia ca-
usatur a rebus / ut vult Commentator
duodecimo methaphisice / Rursum noti-
cia dei est infallibilis / nostra no-
ticia pluries fallitur Amplius
noticia dei est de ipsis intimis
rerum / noticia vero nostra / per se
et directe solum exteriora comprehe-
ndit. Bonitas ergo nostra per se de-
pendet a noticia dei tanquam
effectus a sua causa Rursus
etiam bonitatem nostram in noticia
deus non fallitur / cum scientia sua fa-
lli non possit / Amplius bonitatem
et maliciam nostram intimam deus
clare videt et percipit Non igitur
esse potest / quod aliquis apud deum
sit in gloria et in fama Vel sit
apud ipsum in clara noticia cum
laude / nisi sit bonus et beatus
ut exigit status suus / licet ergo sic
sit de noticia dei et de fama
et de gloria / apud ipsum nequaquam
tamen in fama et gloria hominum
felicitas est ponenda Quarto quod
dicebatur quod est diuturna et lata di-
ci possit quod est exigua quia est modi-
ca et arta. Nam secundum Boecium
fama romani populi nunquam
transiuit Caucasum montem
quomodo ergo fama unius hominis
per uniuersam terram se extendet / sed
cum tota terra sit quasi punctus
respectu celi / et secundum astrono-
mos quelibet stella fixa visu
nobilis sit maior tota terra

arta et exigua est fama singularis
hominis. Rursus huiusmodi fama
est brevis non diutina / cum totum
tempus vite presentis / sit quasi punctuale
respectu eternitatis. Cum enim ho
mo intellectum sit immobilis in eo
non debet felicitatem ponere quod immor
talis et perpetue durare non possit.
Quod vero dicebatur mercedem tribuen
dam esse regibus / et hanc esse gloriam
et honorem / non est intelligendum
textus philosophi / quod reges principaliter pro
suo merito querere debeant gloriam et
famam hominum / quia modicus esset
eorum fructus / sed hoc pro tanto
dictum est quia decet reges et prin
cipes esse magnificos et mag
nanimos. Magnanimi autem licet
non intendant principaliter honorem
sed bonum honoris / tamen eos congruit
et decet eos acceptare honorem
sibi exhibitum / non habentibus homi
nibus aliquid maius quod eis tribuant
ut dicitur quarto Ethicorum. Non
quia honor sit condigna retribucio
eis ut ibidem dicitur / Acceptare
ergo honorem / tamquam retribucionem
condignam potest intelligi dupliciter
vel racione ipsius honoris in se
vel ut procedit ex affeccione
dancium / et honor autem in se
sumptus non sit nisi quoddam signum
et quoddam testimonium bonitatis ut
patet / non est condigna retribucio.
Attamen ut huiusmodi honor procedit ex affeccione dancium / habet
ibi esse quedam congrua remune
racio. Nam eo ipso quod dantes
non habent aliquid maius quod
retribuant / congruit principi
honorem exhibitum acceptare pro
pter quod ut plane patet in huiusmodi
retribucione acceptatur affectus dancium
et non honor propter se datus. Sed
si tamen principes non acceptarent
hanc affectionem dancium sed requi
rerent a gente sibi commissa alia
exteriora bona ut puta argentum
et aurum vel divicias / alias ty
ranni essent. Nam ex hoc populi [?]
efficerentur depredatores.

Quod non decet Regiam maiestatem suam felicitatem ponere in civili potencia.

Vegecius in libro de re militari super omnia commendare videtur bello
rum industriam. Et hoc
enim secundum ipsum est quod Romanos
maxime exaltavit quia maxime
dederunt operam rebus bellicis et
semper studuerunt quod sibi
possent subicere naciones. Propter
quod aliquis crederet hoc esse dictum
principalissimum in intencione prin
cipis quod habundet in civili
potencia / et quod per eam sibi
subiciat naciones et gentes.
Quod si hoc esset felicitas regi
a videtur esse ponenda in civili
potencia quod falsum est. Probatur
enim plus in primo politicorum [?] quamquam
racionibus felicitatem non esse ponendam
in civili potencia. Prima via
sumitur ex eo quod talis principatus
non multum durat. Secunda
ex eo quod est preter sine bonitate vite.
Tercia vero ex eo quod est indignus.
Quarta autem ex eo quod per huiusmodi

Principatu tines ordinant ad
miora bona. Quinta ro ex
eo q tale dominiu ut plurimu
infert nocumentum. Prima
via sic patet. Nam per civile
potenciam velle sibi subicere
naciones. hoc e velle dominari
per violenciam. Violencia aut
perpetuitatem nescit. Cu igitur
violenta no diu durant. talis
principatus diu durare no potest
immo sic ignis qui e natura ca
lide. naliter agit cu calefacit.
Sic quia hoc nale e liberi ar
bitrij. tunc hoc naliter domina
hominibus qm eis libere et volu
tarie principatur. q contingit si
ipsi libere et voluntarie precep
ta principis exequantur. Non ergo
rex debet credere se ee felicem si per
violenciam et per civile potenciam
dominetur. quia tale dominiu
cu sit violentu et p ons naliter diu
durare no pt. felicitas eni no
e ponenda in aliquo transitorio
sed magis in aliquo sempiterno
Secundo in civili potencia no
est ponenda felicitas. q hoc
pt inesse alicui et absq bonitate
vite. felicitas eni ut supra dice
batur e perfectu et p se suffi
ciens bonu. Impossibile est
aut in aliquo ee maximu
bonu. nisi ille bn vivat et
sit maxime bonus. sic impossibile
e in aliquo ee intensam albe
dinem nisi ille sit intense albus
Quod aut civilis potencia pos
sit inesse alicui absq bonitate
vite. patet ex hiis q temporibus retro
actis facta conspeximus. vidimus

eni multos tirannos pessimos
maxime habundasse in civili
potencia. Nam Dionisius Sira
cusanus sive dionisius Sici
lianus ut recitat phus i pol
maxime habundavit in civili
potencia. et tn pessimus erat
tirannus. Nero aut et Cesar
qui fuerut principes romani et
tamen habundaverut in civili
potencia pessime tn vivebat.
Nam tales fuerut luxuriosi ut
omino videntur esse mulieb
ritate fuerunt crudeles. ut no
videtur in eis ee aliquis molle
nec clemencia aliqua. Unde
phus vii polit. ait. q ridi
culum e aliquem putare felicem
si abiciat bene vivere. Non
ergo in civili potencia ponenda
est felicitas que sine bonitate
vite inee pt. Tercio in huius
potencia no e ponenda felicitas
quia huiusmodi principatus nec e
optimus nec e dignus. Si eni
felicitas in aliquo principatu
poni debet. ponenda e i princi
patu optimo et digno. Princip
ari aut per civile potencia e
principari servis no liberis. Na
talis principatus e per coactione et
violenciam. cu ergo principatus
se extendat ad invitos. secundu
eos quibus aliquis principatur. ve
lut phus p in politicis. quanto
liberi sunt meliores servis.
tanto principari liberis e melius
et dignius. qui principatur huius
principatus ergo per coactione et
civilem potenciam cu no sit

Liberorum sed seruorum non est optimus necz digna. Ideo in iii° poli. dicitur quod principatus liberorum qui est cum virtute est melior quam principatus despoticus id est seruilis. Quarto non est ponenda felicitas in ciuili potencia. quia si princeps se credit esse felicem si habundet in ciuili potencia, non ordinabit ciues nisi ad exercicium armorum et ad ea per que sibi possit subicere naciones, inducet igitur ciues non ad virtutem iusticie. sed ad virtutem fortitudinis. Iusticia autem ut dicit philosophus vii° polit. est maius bonum quam fortitudo, non ergo ordinabit ciues ad bona maiora ut ad iusticiam, sed solum ad minora ut ad fortitudinem. Nec ergo procurabit bonum gentis quod est diuinius quam aliquod bonum singulare, non decet principem suam felicitatem ponere in ciuili potencia. Quinto hoc non decet ipsum quia huiusmodi principatus infert ut plurimum nocumentum. Nam cum felicitas sit finis omnium operatorum quilibet vitam suam totam et omnia opera sua ut plurimum ordinat ad id in quo felicitatem suam ponit. Ponens igitur felicitatem suam in ciuili potencia, et in subiciendo sibi naciones forte se bene habebit tempore belli tempore tamen pacis nesciat bene viuere. Nam ut cum plurimum non studuerit nisi in exerciciis bellicis, et totam vitam suam ordinauerit ad fortitudinem, non ad iusticiam et ad temperanciam tempore pacis in quo opus est iusticia et temperancia nesciet viuere, sed fiat viciosus et incurret nocumentum continuum. Propter quod philosophus vii° politicorum vituperans lacedemones ponentes felicitatem in ciuili potencia, ait turpe esse cum bellamus participare bonis, cum vero vacamus et sumus in pace fieri viciosos. Sexto si inconueniens est ponere felicitatem in aliquo non diuturno, et in eo quod potest esse sine bonitate vite, et est quod indiget et per quod ordinantur ciues ad minora bona et ut plurimum infert nocumentum, inconueniens est principem suam felicitatem ponere in ciuili potencia, et quod credat se esse felicem si posset sibi subicere naciones etc.

Quod non decet Regiam maiestatem suam felicitatem ponere in robore corporali vel in pulcritudine uel in aliis bonis corporis. xi

Satis est per habita manifestum quod in bonis corporalibus non est ponenda felicitas. Sunt enim tamen bona corporis que homines maxime desiderare videntur, videlicet sanitatem pulcritudinem et robur, immo non nulli in talibus suam felicitatem ponunt. Videtur enim omnino esse contrarium de bonis corporis et anime, bona enim corporalia quanto minus habentur magis desiderantur, plus enim quam talia bona non gustantur, credimus que maiora quam sint, eis autem adeptis apparet esse tanta quanta credebamus, virtutes autem et bo

Intellectualia modum communem tenet
nam eis adeptis inveniunt ma
iora quam credebantur. Ideo igno
rantes dulcedinem sapientie aliqui
reprehendunt vacantes philosophie
et negocio scientifico, quia ignorant
bonitatem et dulcedinem virtutum
et scientiarum, quia si eam bene cog
noscerent, non solum et contra
parent dantes se virtutibus et
scientiis, sed etiam desiderarent
quamcumque talibus non vacarent.
Bona quoque corporalia, quia sensibilita re
putantur maiora quam sint multi
carentes corporalibus bonis adeo a
ffectant et credunt ipsa esse tante
excellencie, ut si haberent illa
reputarent se esse felices. Ideo
dicitur in primo Ethicorum. Sed infir
mi egentes ut sint sani feli
citatem ponunt in sanitate, et me
dici in divitiis, turpes vel impo
tentes in pulcritudine, debiles in robore.
Sed quod non sit felicitas nec in rob
ore nec in sanitate nec in pul
critudine, triplici via venari
possumus. Primo quia talia bona
sunt corporalia. Secundo quia
sunt quodammodo exteriora. Tercio
quia de facili sunt mutabilia. Cor
poralia enim sunt quia habent esse
in corporalibus ut in subiecto. Nam
sanitas est in humoribus, pul
critudo in membris, robur
in ossibus et nervis. Nam ut vult
philosophus lectio de eligendis sani
tas est debita equatio humorum,
pulcritudo debita commensuratio
membrorum. Robur debita
proportio ossium et nervorum.

Quare cum humores, mem
bra, nervi et ossa sint corpora
lia, sanitas, pulcritudo et
robur corporalia dicuntur, non ergo
in eis est ponenda felicitas. Se
cundo felicitas in talibus poni non
debet, quia sunt quodammodo bona
exteriora. Nam in homine simpliciter
est magis intellectus quam sensus
et anima est plus de racione hominis
quam corpus, et semper fortius magis
dicitur nam rei quam mala. Illa
igitur sunt maxima bona
interiora nostra que se tenent
ex parte anime. Ponenda est igitur
felicitas non in sanitate, pulcri
tudine corporis sed anime. Non igitur
aliquis se credat esse felicem, si h
abeat equatos humores et sit
sanus corpore, vel si habeat confor
mia membra et sit pulcher,
vel si habeat proportionem ossium et
nervorum et sit robustus corpo
raliter. Sed si habeat equatas potes
tates, ut quod inferiores pote
ntie subsint racioni, et sit sanus
et fortis mente, et huius di po
testas habeat ornatas vir
tutibus et bonis operibus, ut sit
pulcher in anima, tunc ut ex
igit suus status credat se esse
felicem. Dicimus autem ut exigit
suus status, quia plena felici
tas in hac vita haberi non
potest. In sanitate igitur fortitudine
et pulcritudine corporali quia
sunt quodammodo bona exteriora
felicitas poni non debet. Quod
autem in solis bonis interioribus
sit ponenda felicitas, patet per philosophum

viijo poli(ticorum) distinctione quod testis est deus nobis quod felicitatem hominis in interioribus est ponenda. Testificatur enim hic deus per se ipsum ut idem ibidem innuit. Nam deus non est beatus per aliqua exteriora bona sed per ea que sunt in se ipso. Si ergo anima beata assimilatur deo non erit beata nisi per bona que sunt in se ipsa. Tercio in talibus bonis non est ponenda felicitas quia sunt valde mutabilia. Sanitas enim humorum cum subsit motui super celestium corporum variacione aeris mutacione ciborum de facili recipit variacionem sed amissa sanitate amittitur robur corporis. Non lassantur membra debilitantur nervi quia quod tollitur fortitudo illa nervorum et ossium in quibus habet esse corporalis fortitudo. Sic eciam tollitur pulcritudo quia amissa sanitate fiunt membra macilenta non remanet in eis color debitus amittitur conformitatem illam in qua refulget decor et pulcritudo. Non decet igitur regem nec aliquem hominem in talibus suam felicitatem ponere quia sunt corporalia quodammodo extrinseca et de facili mutabilia. Dicamus ergo ad intelligenciam omnium dictorum quod non decet principem suam felicitatem ponere in voluptatibus corporalibus nec in diviciis nec in honoribus nec in fama nec in civili potencia nec in robore corporali nec in pulcritudine.

Omnibus tamen istis debet uti ut sunt organa ad felicitatem. Debet enim uti cibis in quibus est delectacio corporalis quia sine conservacione individui sine quia conservacio persone proprie. Nam cum ipse sit caput regni ex defectu eius regnum consurgere malum contingit. Debet uti actum matrimoniali quia conservacio speciei sine quia creacionem prolis. Nam ex defectu filiorum multa regna passa sunt divisiones et scandala. Decedentibus enim principibus absque liberis plures insurgunt ut dominentur et faciunt dissensiones in populo. Debet enim princeps possidere sufficientes divicias ut possit regnum defendere et exercere operaciones virtutis. Decet enim regem esse magnificum beneficiare personas dignas quod sine diviciis fieri non potest. Sic eciam ne vilipendatur maiestas regia est rex dignus honore et expedit ei habere civilem potenciam. Nam propter impotenciam principis ut plurimum aliqui operantur mala et offendunt alios quod regno non expedit. Sic eciam decet esse ipsi principi debita fama quia per hoc inducuntur subditi ad virtutem. Nam ut plurimum qualis est princeps talis est populus. Cum igitur princeps bonus predicatur subditi suscipiunt magna beneficia et sic eciam sanitas pulcritudo et fortitudo competunt principi non quod in eis sit sua felicitas sed quia sunt organa ad

felicitatem tria ergo diligenda
sunt ut sunt organa ad felicitatem
et ut faciunt ad quandam claritatem
felicitatis / patet quod de hiis quomodo
diligenda sunt hoc breviter
pertransimus · quia de eis inferius
sunt aliqua tractaturi

Quod in amore dei et in actu prudencie est ponenda felicitas XII

Duas autem felicitates
philosophus posuit / unam
politicam aliam con
templativam / voluit
enim felicitatem ponendam non esse in
viciis sive in potenciis anime / quia
hiis non solum boni sed etiam mali
participant · Nec eciam voluit
eam ponendam esse in habitibus
quia habens habitum et non operans
quasi assimilatur dormienti / quia
diu autem homines dormiunt non
videntur differre felices a mi
seris ut innuit philosophus primo
ethicorum / In actu sive in operacione
anime est ponenda felicitas non
in operacione vicii / sed in operacione
virtutis / non cuiuslibet sed virtu
tis perfecte / felicitas ergo ut dicitur
primo Ethicorum est operacio anime
secundum virtutem perfectam / Cum
igitur virtus perfecta secundum philosophum in
vita politica sit prudencia et in
vita contemplativa sit perfecta virtus
sapiencia sive methaphisica / secundum
ipsum quicumque bene scit alios
regulare secundum prudenciam est felix
politice / et qui bene scit specularis secundum
methaphisicam est felix contempla
tive / De hiis duabus felicitatibus
mencionem facit / de quarum
una determinat in primo Ethicorum
ut de felicitate politica / De alia
vero videlicet de contemplativa de
terminat in decimo / Utrum autem
sit una poticior altera quantum ad nos / non
est presentis speculacionis / tamen ut
appareat quid deceat regiam
maiestatem ponere suam felicitatem
in actu prudencie / Sciendum
quod decet regem maxime suam
felicitatem ponere in ipso deo ·
quod triplici via venari possumus
Rex enim est homo et est dei minister
et est rector multitudinis / Inquantum
autem est homo participat intel
lectu et racione / cum igitur bonum
racionis non sit bonum aliquod
particulare / quia hoc est bonum secundum
sensum / sed bonum racionis sit
bonum universale et intelligi
bile / decet regiam maiestatem
eo ipso quod est homo et racioni par
ticipat ponere suam felicitatem
in bono maxime universali
et maxime intelligibili / hoc
autem est ipse deus / qui est bonum ma
xime universale · quia est bonum
omnis boni / In eo enim omnis
bonitas reperitur / est eciam
maxime bonum intelligibile
et maxime a materia separatum
Secundo principem decet suam feli
citatem ponere in ipso deo non
solum quia homo / sed quia est quodam
speciali modo dei minister
Nam illud quod habet aliquid per par
ticipacionem imperfecte est institutum

et organum eius quod habet illud
essencialiter et perfecte, quia igitur
virtutem regnativam et potenciam
regnandi habet primo et per-
fecte solus deus, oportet quod qui-
cumque principatur sive regnat
sit divinum organum sive sit
minister dei, quare si ministe-
rium mercedem et suum premium
debet ponere in suo domino et de-
bet eam expectare ab ipso, de-
cet regem qui est dei minister
suam felicitatem ponere in ipso deo
et suum premium expectare ab
ipso. Tercio hoc decet regem
ex eo quod est multitudinis rector.
Nam regens multitudinem debet
intendere quoddam bonum, in eo ergo
debet suam felicitatem ponere, quod
est maxime universale et quoddam
bonum, huiusmodi autem est ut
dicebatur ipse deus. Rex igi-
tur quia est dei minister tum
etiam quia habet intellectum
et tum quia intendit bonum quoddam
debet suam felicitatem ponere in deo
cui servit, qui est bonum ma-
xime intelligibile et max-
ime universale et quoddam. Si
igitur rex debet suam felicitatem
ponere in deo oportet ipsum hu-
iusmodi felicitatem ponere in
actu illius virtutis per quam
maxime deo coniungimur, huiusmodi
autem actus est dilectionis sive
caritatis. Nam amor et dilec-
tio maxime virtutem unitivam
et coniunctivam habent. Unde

Dionisius iiii de divinis no-
minibus ait. Et amorem sive
naturalem sive animalem sive hu-
manum sive angelicum sive
divinum unitivam quandam dicimus
esse virtutem. In amore igitur
divino est ponenda felicitas
sed cum probacio dilectionis sit
exhibicio operis, et ex hoc aliquis
probetur esse diligens alterius
si agat que ipse vult. Si prin-
ceps est felix diligendo deum, debet
se credere esse felicem operando quod
deus vult, maxime autem deus
requirit a regibus et principibus
ut per prudenciam et legem
populum sibi commissum iuste et
sancte regant. Regibus ergo et
principibus ponenda est felicitas
in actu prudencie, non simpliciter
sed ut est imperatus a caritate,
propter quod in ipso actu caritatis
per quem et immediacius con-
iungimur ipsi deo magis est ponenda
felicitas quam in actu prudencie.
licet in huiusmodi actu modo quo
dictum est aliqualiter felicitas sit
ponenda.

Sequitur ultimum capitulum prime partis primi libri quantum sit premium regis bene regentis populum sibi commissum etc. VIII

Magnum autem premium
esse regis et ma-
gna eius esse felici-
tatem si per pru-
denciam et legem
populum sibi commissum

Recte regat ex quibus remunerari pos-
simus. Nam merces regis ut
ad premium spectat ad quatuor compe-
rari videtur, scilicet ad deum
a quo redditur, ad regem cui attri-
buitur, ad actum ex quo consur-
git, ad virtutem ex qua efficitur, et ad
materiam circa quam versatur. Deus
enim est remunerator omnium bo-
norum, et quia non remunerat
nisi ex amore, cum secundum amor
sit ad similes et conformes,
oportet esse similem et conformem
deo qui a deo remunerari de-
siderat. Quanto igitur quis ma-
gis gerit imaginem eius et plus
se conformat ei, magis me-
ritum ab ipso suscipiet. Princip-
is autem status requirit ut ipse
sit deo conformior quam ipsius
subditi, immo eo ipso quod rex stu-
det per legem et providentiam
suam regnum regere, quo deus totum
universum regit et gubernat,
rex maxime conformatur ei.
Ergo respectu dei a quo premium
expectatur magna est merces
regis, si regnum suum recte regat,
quia ex hoc ipsi deo maxime
conformatur. Secundo magnum
est premium regis si referatur
ad ipsum regem cui huiusmodi
premium est reddendum. Nam
omnis actus ex ipsa difficultate
operis quandam bonitatem assu-
mit, potentes enim transgredi
si non transgrediantur lau-
dabiliores sunt. Multi enim
non existentes in statu in quo
possent mala facere preservant
se a malo quod si tamen ad statum
dignitatis assumerentur mul-
tas transgressiones efficerent.
Propter quod quinto Ethicorum scribitur
quod principatus virum ostendit. Tunc
enim apparet qualis homo sit,
cum in principatu existens
in quo potest bene et male facere
cogitat quale se habeat. Si
igitur merces regia comparatur
ad ipsum regem cui reddenda
est quandam magnitudinem
habere videtur, reges enim vacan-
tes communi bono si non trans-
grediantur cum possint trans-
gredi maioris meriti esse vi-
dentur. Dicimus autem vacan-
tes communi bono quia si bono communi
non vacarent, non oporteret
eos esse maioris meriti ex hoc
quod transgredi possunt, quia si non
considerato communi bono quibus
periculis se exponat, dato quod
non transgrediatur, quia indiscre-
te agit suum meritum non aug-
mentat. Tercio magnum
est meritum principum considerando
actum per quem tale meritum
habetur. Nam ex hoc actus
est vitiosus, inquantum est contra
naturam, et contra ordinem rationis.
Ex hoc autem est bonus et vir-
tuosus inquantum est secundum naturam
et ordinem rationis. Quanto actus
magis est secundum ordinem et naturam
rationis, tanto magis bonus est
et magis meritorius videatur.

Secundum nam esse videtur quod pars exponat se pro toto. Videmus enim quod quando periclitato capite periclitatur et corpus totum brachium quia est pars corporis exponit statim se totaliter pro capite ne totum corporis pereat. Reges igitur si bene regnant (regat) gentem sibi commissam et omnibus eorum consequenter [illegible] magna quia pro bono gentis et pro bono totali totaliter se exponat. Quarto magis est incidens regnum [illegible] virtus per quam quis [illegible] huiusmodi [illegible]. Nam minor virtus requiritur ad regendum seipsum quam ad regendam familiam et ad regendam familiam quam ad regendam civitatem et regnum. Magna igitur debet esse virtus regis ad quem spectat regere non solum se et suam familiam sed etiam totum regnum. Cum igitur magne virtuti debeatur magnum meritum magnum est meritum regum bene regere regnum suum. Quinto magnum est premium ipsorum regum si consideretur [illegible] opera quam operantur laudatur enim quis si dirigat aliquam personam singularem. Cum igitur bonum gentis sit divinius quam aliquod bonum singulare ipsa opera quam operatur rex que est gens et multitudo indicant eius premium esse magnum

Expliciunt tituli prime partis primi libri. Et incipiunt tituli secunde partis primi libri etc.

possunt se ipsos prudentes facere

x Quot sunt modi iusticie et circa quid iusticia habet esse et quomodo ab aliis virtutibus est distincta

xi Quod absque iusticia nequeunt regna subsistere

xii Quod maxime reges decet esse iustos, et in suo regno iusticiam observare

xiii Quid est fortitudo et circa que habet esse et quomodo possumus facere nosmetipsos fortes

xiiii Quot sunt species fortitudinis et in qua fortitudine decet reges et principes esse fortes

xv Quid est temperancia et circa que habet esse et que sunt species eius et quomodo nosipsos possumus facere temperatos

xvi Quod ex probabilibus est esse intemperatum quam timidum, et quod maxime decet reges et principes esse temperatos etc.

xvii Quid est liberalitas et circa que habet esse et quomodo nos possumus facere liberales

xviii Quod reges et principes quod impossibile est esse prodigos, et quod maxime detestabile est in eis esse avaros, et quod potissimus decet eos esse liberales

xix Quid est magnificentia et circa quid habet esse, et quomodo possumus nosipsos magnificos facere

xx Quod maxime detestabile est reges et principes parvificos, et quod decet esse magnificos

xxi Que sunt proprietates magnifici, et quod proprietates illas reges et principes habere debent

xxii Quid est magnanimitas et circa quid habet esse, et quomodo possumus nosmetipsos magnanimos facere etc.

Sequitur capitulum primum secunde partis primi libri

Quomodo distinguuntur potentie anime et in quibus potentiis habent esse virtutes

II

Ostensum autem
declarante
deo comp
leuimus prima
parte huius
libri primi
in quo agi
tur de regimine
sui ostendentes
in quo reges et princi
pes suam felicitatem
ponere debent / quia
non decet eos suum fi
nem ponere in diuiciis
nec in ciuili pote
ncia vel in aliquibus ta
libus / sed omnibus ut supra
plenius probatum debent
uti tamquam organis ad felicitatem
Suam autem felicitatem ponere debent
in actu prudencie pront talis
actus est temperatus a caritate / Nam
tunc reges habent felicitatem
suo statui debitam et condignam /
cum instigante dilectione secundum
prudenciam regnatiuam gentem
sibi commissam secundum legem et
racionem sancte et iuste regunt
Principale igitur regum felicitas
ponenda est in ipso deo et ex
cognicione et dilectione eius et suum
studium et suam vitam ad
hoc ordinare debeant ut cognoscen
tes et diligentes deum tamquam veri mini
stri eius secundum ordinem
racionis dirigant sibi populum commissum

P

His igitur ita peractis / et
ostenso in quo reges debeant
ponere suum finem et in ordine
superius prenarratum. Restat po
nere quibus virtutibus reges po
llere debeant / Virtutes autem
sunt quedam ornatus et quedam
perfectiones anime / Oportet
igitur prius ostendere quot sunt
potencie anime / et in quibus
potenciis habent esse virtutes. con
sequenter autem manifestabitur
quomodo virtutes sunt distinguende
Postea vero ostendemus quot
sunt in eius huius di virtutes /
et que illarum sunt principales et
que secundarie / Deinde de
clarabitur singulariter quid sit vna
queque illarum virtutum / et qu
omodo / decet reges et principes
esse tales virtutes habere / Potencie
autem anime sic distingui
possunt / quia quedam sunt natura
les / quedam cognitiue sensitiue
quedam appetitiue et quedam
intellectiue / Naturales potencie
sunt ille in quibus communicamus
cum vegetabilibus et plantis
ut potencia nutritiua genera
tiua augmentatiua / Et illa
que et ipsis arboribus competunt
Potencie cognitiue sensitiue
sunt visus gustus et tactus /
et illa in quibus communicamus
cum brutis / Appetitiue vero
distinguuntur. Nam quidam
appetitus est in hoc in quo non

communicat cum brutis ut appetitus sequens intellectum / quidam vero in quo communicat cum eis ut appetitus sequens sensum / Appetitus autem sequens sensum potest nominari sensualitas, sequens intellectum nominatur voluntas / secundum quem modum loquendi bruta habent sensualitatem et appetitum sensitivum sed non habent voluntatem id est appetitum intellectivum. Virtutes ergo de quibus loquimur intendimus que sunt quedam habitus laudabiles / vel erunt in potentiis naturalibus vel in ipsis sensibilibus / vel in appetitu sensitivo / vel in appetitu intellectivo vel in ipso intellectu vel in hiis omnibus vel in aliquibus horum. In potentiis autem naturalibus esse non possunt quod tripliciter patet / Primo quia ex naturalibus nec vituperamur nec laudamur. Nullus enim homo bonus dicitur ex eo quod habeat bonam digestionem vel augmentationem bonam / Secundo in talibus non habent esse huiusmodi virtutes quia virtus est aliquid secundum rationem ut patet libro 2o Ethicorum / potentie autem naturales secundum quod huiusmodi sunt rationi non obediunt. Nam si quis ratiocinetur sive velit sive nolit homo non propter hoc per se loquendo potentie naturales variantur in actibus suis / sed semper secundum modum sibi possibile suas actiones efficiunt / Tertio quia in talibus potentiis non sunt habitus et virtutes / quia habitus sunt ad determinandum potencias ut bene vel male agant. Vel per habitus viciosos determinatur potencia ad agendum male / per virtuosos ad agendum bene. Cum igitur natura sit determinata ad unum / et potentie naturales sufficienter determinantur ad agendum ex natura sua / secundum eas nec sumus viciosi nec virtuosi ut hic de vicio et virtute loquimur / quare in eis huiusmodi virtutes esse non possunt.

Hiis igitur tribus rationibus per quas probatum est virtutes non esse in potentiis naturalibus probari potest eas non esse in cognitione sensitiva sive in potentiis sensitivis. Nam sicut non laudamur nec vituperamur ex potentiis naturalibus / sic nec laudamur nec vituperamur ex sensibus. Nam sicut nullus laudatur tanquam bonus homo ex eo quod bene digerat et bene crescat / sic non laudatur ex eo quod acute videt vel subtiliter audit / nisi hic forte esset per accidens / vel si quis ex superflua comestione vel ex nimia potatione incurrisset optalmiam oculorum nec bene videret / Vel debilitate stomachi ne bene digereret increpatur ille / non quia male digerat vel quia non clare videt quia bene digere-

per se loquendo non est in potestate hominis si inceperit ex nimio potu vel ex superfluo cibo. Na ciat in potestate sua ut posset uti potu et cibo moderate.

Secundo in sensibus non est ponenda virtus moralis, quia sicut potencie naturales non obediunt racioni, quia secundum regulam racionis nullus magis et minus digerit, sic nec sensus obediunt racioni. Non enim est in potestate hominis videre clarius vel minus clare, quare si virtus moralis est aliquid cum racione, huiusmodi virtus in sensibus poni non debet. Tercio in talibus non est moralis virtus, quia sic potencie naturales sufficienter determinantur ad acciones suas per suam naturam, sic et sensus. Nam sicut ignis tantum calefacit quantum potest calefacere, propter quod quia determinatur in accione sua nec laudatur nec vituperatur nec est in eo virtus moralis. Sic quia potencia digestiva tantum digerit quantum potest digerere, et oculus tantum videt quantum potest videre, in eis virtus moralis esse non potest. Nam per virtutem moralem determinatur potencia ad agendum, hoc autem sufficienter determinatur ad actiones proprias per naturam. Non igitur indiget virtute morali. Si igitur nec in potenciis naturalibus nec in sensibus est virtus moralis, cum preter potencias naturales et sensus non sit nisi intellectus et appetitus intellectivus et sensitivus, oportet in talibus esse virtutes morales etc.

Quomodo distinguuntur virtutes et quomodo se habent in intellectu et appetitu

ca. lij

Ostenso quod nec in potenciis naturalibus nec in sensibus sunt ecce virtutes, restat ostendere quid distinguunt virtutes et quid in intellectu et appetitu existunt. Distinguendum est ergo de virtutibus et de huiusmodi potenciis. Nam virtutum quedam sunt intellectuales, quedam morales, quedam medie inter intellectuales et morales. Virtutes intellectuales dicuntur ille que sunt in intellectu speculativo, cuiusmodi sunt sciencie speculative, ut naturalis philosophia, geometria, methaphisica et cetera talia. Virtutes vero sunt morales que sunt ille que sunt in appetitu, sive appetitus ille sit sensitivus sive intellectivus, cuiusmodi autem sunt iusticia, temperancia, fortitudo, mansuetudo et cetera talia, de quibus sumus singulariter tractaturi. Virtutes autem medie inter intellectuales et morales sunt virtutes existentes in intellectu practico ut prudencia et alie virtutes sibi annexe. Prudencia autem secundum commentatorem super librum Ethicorum media est inter virtutes morales et intellectuales, computatur tamen per se cum virtutibus moralibus. Nam prudencia non inest nisi hominibus bonis sicut nec virtutes morales

Praui enim homines et si possent
esse scientes astuti et versi
pelles / prudentes tamen esse non
possunt ut suo loco probabitur. Unde
est ergo quod dicit sexto ethicorum quod
impossibile est prudentem esse non
entem bonum / omissis tamen
intellectualibus / et dimissis etiam
speculativis de prudentia et de
virtutibus moralibus est tractandum
Sic septimo enim ut plures dixi
mus presens opus ut non sciamus
sed ut boni fiamus quod bonitas sine
prudentia et sine virtutibus mo
ralibus nobis inesse non potest
Has autem virtutes in intellectu et
appetitu sic esse contingit / Dictum
est enim virtutem esse aliquid
secundum rationem / oportet ergo esse ra
tionabilem potentiam in qua
ponitur esse virtus / rationabile autem
duplex est secundum philosophum per essentiam
et per participationem Intellectus
autem est rationabilis per essentiam
Appetitus vero per participationem.
Nam appetitus licet non sit ipse
intellectus vel ipsa ratio essentialiter
dicitur tamen participare ratione / quia
est aptus natus rationi obedire.
Potencie autem naturales et sensitive
nec sunt rationabiles per essen
tiam quia non ipsa ratio sunt
nec rationem participant quia
per se et secundum quod huiusmodi non
obediunt rationi. Ergo in sensibus
et potenciis naturalibus sicut supra
dicebatur non sunt esse virtutes
sed solum esse sunt in intellectu
et appetitu / In nobis autem
duplex est appetitus intellectivus
et sensitivus Nam sicut appe
titus naturalis sequitur formam adep
tam naturalem / sic appetitus cogni
tivus sequitur formam per cognicionem
apprehensam / sicut enim quia quod
ex eo quod habet formam gravis
sequitur ea quedam naturalis in
clinacio / et quidam appetitus naturalis
ut naturaliter descenderat esse deorsum.
sic huiusmodi cognicionem prout sunt
in sensibus forma apprehensam
sequitur quedam inclinacio / et
quidam appetitus secundum formam illam.
Propter quod sicut est in nobis duplex
cognicio sensitiva et intellectiva
sic est in nobis duplex appetitus vi
delicet sensitivus qui sequitur formam
apprehensam per sensum / et intellec
tivus qui sequitur formam apprehensam
per intellectum Appetitus autem sen
sitivus duplex est Nam cum ani
malia sint sive inanimata sive naturalia
elementis et rebus inanimatis de
dit duplicem potenciam. Unam
per quam tendunt in propriam conservationem
et aliam per quam resistunt et a
gunt in prohibentia et in contraria
multo magis hanc duplicem po
tenciam natura dedit ipsis animalibus
que sunt perfectiora illis Videmus
enim quod ignis est naturaliter calidus
et levis / per levitatem enim tendit
ad locum proprium et inquietem sibi
convenientem / per caliditatem vero
agit in contraria / Ne ergo ignis per
contrariorum contraria agentia impe
diretur / ne per levitatem in proprio
loco quiesceret / dedit ei natura

Potenciam nam calefactivam ut
per eam resistat et agat in contraria
corruptiva. Si igitur igni
et rebus inanimatis natura dedit du-
plicem potenciam, unam per quam
adipiscuntur propriam quietem, et
aliam per quam agunt in prohibencia
et contraria, multo magis hec dedit
animalibus, tribuit ergo eis tripli-
cem appetitum sensitivum unum
per quem prosequuntur propriam quietem
et propriam delectacionem ut concu-
piscibilem. Et aliud per quem
resistunt et aggrediuntur prohibi-
tiva et contraria ut irascibilem.
Ita quod concupiscibilis se habet
sicut levitas vel gravitas in le-
vibus et gravibus. Irascibilis vero
se habet sicut caliditas et frigi-
ditas in eis. Nam sicut gravia
per gravitatem recedunt a loco sur-
sum tamquam a non conveniente et
tendunt in locum deorsum tam-
quam ad locum convenientem et confor-
mem. Per frigiditatem vero resistunt
contrariis ne corrumpantur a propria loca
et deserant propria loca et propriam
quietem. Sic animalia per concu-
piscibilem fugiunt mala contraria
et prosequuntur bona delectabi-
lia. Per irascibilem vero aggrediuntur
contraria que possunt ea ab huiusmodi
delectacionibus prohibere, ut leo
per concupiscibilem pergit ut
prosequatur cibum tamquam
aliquid delectabile. Per irasci-
bilem vero aggreditur animalia vo-
lencia ipsum prohibere cibo adepto.
Ex predictis patet quod concupis-
cibilis respicit bonum et malum
simpliciter, irascibilis respicit
inquantum habet racionem difficilis
et ardui. Nam bonum simpliciter
se dicit quid prosequendum, ma-
lum vero quid fugiendum. Concupi-
scibilis que simpliciter se tendit in conveniens
et in bona delectabilia et
fugit mala tristia. Pro ob-
iecto habet bona et mala sen-
sibilia simpliciter considerata.
Irascibilis vero simpliciter quando aggredi-
tur et resistit prohibentibus
et nocivis et tendit in bona
et mala sensibilia non secundum
se considerata, sed ut habent ra-
cionem ardui et difficilis. Nam
arduitas et difficultas potis-
sime sunt repugnancia et pro-
hibencia ne possimus prosequi
bonum et vitare malum. Imper-
fecte ergo egisset natura si dedisset a-
nimalibus concupiscibilem per quam
vitarent mala et prosequerentur
bona, nisi dedisset eis irascibi-
lem per quam aggrederentur impedi-
encia delectacionem illam. Ut igitur
animalia simpliciter modo sibi convenien-
tem plene possint delectari per
concupiscibilem, data est eis ira-
scibilis per quam resistant et aggre-
diantur impediencia delectacionem
illam. Duplex igitur appetitus
sensitivus irascibilis et concupi-
scibilis. Appetitus autem intelle-
ctivus qui dicitur voluntas re-
manet indivisus. Nam cum intel-
lectus universaliori modo respi-
ciat suum obiectum quam sensus,
appetitus intellectivus qui sequitur
intellectum universaliori mo-

sertur in bonum quod appetitus
secundum sensum / et quanto
aliquid sub universaliori mo
do accipitur / tanto unum et
idem existens ad plura se exte
dit / hec appetitus sensitivus est
alius et alius quia quo prose
quimur delectabilia quia sensu
et aggredimur terribilia / appe
titus intellectivus unus et
idem existens fertur in omne bo
num intelligibile / nec ergo est
alius appetitus intellectivus
quo prosequimur bona de
lectabilia per intellectum et
aggredimur bona ardua / sicud
est alius appetitus sensitivus quo
quo prosequimur bona delecta
bilia et sensibilia et aggredimur
terribilia / Quare quia omnis
moralis virtus vel est in intelle
ctu vel in appetitu / et appeti
tus alius est intellectivus vel
voluntas / Alius sensitivus
et hic dividitur irascibilis est et
concupiscibilis / oportet omnem
virtutem moralem / vel esse in in
tellectu vel in voluntate
vel in irascibili vel in con
cupiscibili / accipiendo virtute
moralem large prout ipsa pru
dencia dicitur quedam virtus mo
ralis / dicere possumus quod quia
habemus quatuor potencias anime
in quibus habet esse virtus / sufficienter
sunt quatuor virtutes cardina
les scilicet prudencia iusticia
fortitudo et temperancia / Nam
prudencia est in intellectu
iusticia in voluntate fortitu
do in irascibili / temperancia in
concupiscibili

III capitulum

Quot sunt virtutes mora les et quomodo earum numerus est sumendus

Philosophus etiam sive secundo Ethicorum preter prudenciam et iusti ciam enumerat decem virtutes morales videlicet fortitudinem / temperanciam honoris amativam magnanimitatem largitatem / magnificenciam mansuetudinem / veritatem affabilitatem / et Eutrapeliam quam bene vertibilitatem vel socie[ta]tem appellare possumus / quare computata iusticia et prudencia duodecim sunt virtutes mora les de quibus omnibus quid sint / et quomodo debemus eas regere hic / et quomodo partes sunt vel annexas vir tutes / singulariter est dicendum / Numerus autem earum sic potest accipi / nam cum subiectum virtutis sit vel inte llectus vel voluntas vel appe titus sensitivus / Omnis virtus moralis vel est in intellectu ut prudencia / vel in volun tate ut iusticia / vel in app etitu sensitivo ut ille decem virtutes morales quas enumeravimus quas tangit philosophus etiam quarto Ethicorum / possunt autem alio modo

attendi sic hee virtutes. Nam virtutes sunt medietates quedam et non sunt facte nisi circa ea que sunt in potestate nostra, in quibus debet nos ponere medietatem vel equalitatem sive rectitudinem. Singula autem tria sunt videlicet raciones, passiones et operaciones exteriores. Per virtutes enim debemus habere raciones rectas, moderatas passiones et operaciones exteriores commensuratas et mensuratas. Secundum igitur quod habemus raciones rectas sumitur prudencia, prout vero habemus exteriores operaciones et mensuratas et adequatas habetur ergo iusticia. Sed prout sunt in nobis passiones moderate accipiuntur ille decem virtutes morales, de quibus in principio huius capituli fecimus mencionem. Iusticia igitur que est in voluntate sic differt ab illis decem virtutibus que sunt in appetitu sensitivo. Utreque enim moderantur et equant operaciones exteriores et passiones existentes in appetitu aliter et aliter. Nam ille decem virtutes per se et primo moderantur et rectificant passiones. Si autem rectificant operaciones exteriores, hoc est ex consequenti mediantibus moderatis passionibus moderate ferimur in operaciones exteriores. Iusticia autem econverso per prius est, et moderat ipsas res vel ipsas operaciones exteriores, facit enim quod cuilibet tribuatur quod debet vel quod ei debetur, vel quod suum est. Si autem moderat et rectificat passiones et motus existentes in appetitu, hoc est ex consequenti, mediantibus moderatis et adequatis rebus et operacionibus exterioribus passiones in nobis rectificantur et moderantur. Tercio autem hec eadem divisio sic sumi potest. Nam omnis virtus moralis tendit in bonum racionis. Tendere autem in bonum racionis potest esse triplex, vel quia singuli bonum perficit, vel quia ipsum efficit, vel quia ipsum custodit et conservat. Prudencia autem intendit in bonum racionis quia ipsam racionem perficit. Est enim prudencia in ipso intellectu, tamquam perfectio in ipso perfectibili. Iusticia vero tendit in bonum racionis quia singuli bonum perficit. Nam iusticia in operacionibus exterioribus et in ipsis rebus instituit id bonum et illam equalitatem, quam racio dictat

Alie aut virtutes morales ut quem comuniter tendunt in bonum racionis quia illud custodiunt et conservant Nam huiusmodi virtutes moderantes passiones exigunt ne per eas homo abducatur et recedat a bono racionis propter quod huiusmodi bonum dicuntur custodire et conservare Dicamus igitur quod virtus moralis vel rectificat racionem et est in racione et est racionis perfectiva et sic est prudencia vel est in voluntate per adequat raciones exteriores et est bone racionis effectiva et sic est iusticia vel est in appetitu sensitivo et moderat passiones et est boni secundum racionem custoditiva et conservativa et sumuntur ille decem virtutes morales superius enumerate Quarum numeri sufficiencia sic potest accipi dictum enim est virtutes illas esse circa passiones quas per se habent moderare et cohercere prout igitur ex aliis et aliis obiectis surgunt alie et alie passiones accipi potuerunt alie et alie virtutes prout in illis passionibus est ordinem racionis et aliud mem

reperitur ut ergo liceat tempore et superficiale pertransire dicamus quod passiones vel surgunt ex bono vel ex malo Si ex malo vel ex futuro vel ex presenti Si ex futuro ~~vel ex presenti~~ sic sunt in nobis passiones timor et audacia timor cum ab eo refugiamus audacia cum illud agredimur Inter has autem duas passiones sumitur una virtus media scilicet fortitudo erit ergo fortitudo que est medietas timoris et audacie in irascibili quia timor et audacia in irascibili sunt etc. Si vero huiusmodi passiones oriuntur ex malo presenti quod est nobis iam illatum vel insurgimus ad puniendum et tunc est ira que per recompensacionem vel propter malum illatum appetit penam in vindictam Si autem ab hac punicione vel vindicta desistimus sic est mititas Medium autem horum est virtus que dicitur mansuetudo Mansuetudo tamen non proprie nominat virtutem mediam inter mititatem et iram immo magis nominat ipsam passionem que est mititas Racionem ut dicitur in quarto Ethicorum quia non habemus proprium nomen respectu virtutis nominamus nomine passionis deficientis et dicitur mansuetudo Erit autem mansuetudo in irascibili quia in ea sunt mititas et ira circa quas virtus huiusmodi versatur

consistere Due igit virtutes ex-
istentes in irascibili sumuntur
circa passiones que oriuntur ex
malo ut fortitudo e circa passio
nes ortas ex malo futur. Man-
suetudo aut circa ortas ex ma
lo psnti / Si aut sumantur v-
tutes circa passiones q oriuntur
ex bono / tunc distinguendu
est de bono / qr quodda e bonu
hominis in se / quodda vo e bo-
nu eius ut habz originem ad
alios. Bonu homis in se tri-
plex e / qr quodda e delectabi
le ut cibi et potus / quodda e
bonu utile ut pecunia / qdda
honestu ut honor / Honestu
eni ab ipo hoie sumit origine
Est eni honestum qsi honoris
status circa passiones ortas ex
bono delectabili / no sumitu
nisi una vtus ut temprancia que
e in concupiscibili circa passiones
ortas ex bono utili sumuntur due
vtutes / Nam hmodi bonu vl
e mediocre vel qne et sic est
liberalitas que e circa medio-
cres sumptus. Vel e id bonu ar-
duu et sic e / magnificencia
que e circa magnos sumptus
Item e eni magnificencia qsi
magna faciens erit liberalitas
in concupiscibili / Magnificencia
vo racon arduitatis erit in ira
scibili / Siue id bonu sit honestu
siue honoris / tunc hoi ille
vel e mediocris / et tunc e qdam

Virtus que qm nomine dicit
honoris amatiua siue honoris
amor / Si aut honor ie sit m-
agnus sic e magnanimitas
que circa magnos honores e / Est
aut honoris amatiua in concupi-
scibili / magnanimitas vero
in irascibili. Ex quo patet qr
bona delectabilia no sic pnt
hre racom ardui sic utilia et
hoc honesta / licet tn ex bonis
utilibus qm ex honestis sumantur
due virtutes / quaru e in con
cupiscibili / alia in irascibili.
Ex bonis tn delectabilibus non
sumitur nisi una / vtus q e in con
cupiscibili / sz temprancia Si
vo hmodi vtutes sumantur circa
passiones que oriuntur ex bonis
ut communicamus cu aliis sic ut
dr 2o Ethicoru sumuntur tres
vtutes. Nam cu comunicamus
aliis in vbis et operibus / Opa
aut et vba ut comunicamus cu
aliis deseruiunt nobis ad vitacionem
vitam et ludum Erit ergo
triplex vtus sz veritas / affabilitas
et eutropologia / q pt dici bona
versio Est aut veritas ut hic
de ea loquimur / et ut e virtus
non speculatiua / sz sumitur
hic veritas prout aliquis no est
ypocrita nec iactator / sed e
apertus et vbis et factis ostendit
se talem qualis e / Affabilitas

Vero est qui quis bene se habet circa conversacionem vite ut quando non est adulator nec est dyscolus sed affabilis et curialis. Eutrapelia vero sive bona versio est qua aliquis bene scit se habere in ludis, ut non histrio quod de omnibus velit ludere nec sit agrestis quod de nullo velit ludere sed ut Eutropolus et bene se vertens ut se habeat circa ludos prout expedit. Omnes autem hee tres virtutes quia non sunt circa aliquod arduum, sunt in concupiscibili. Patet ergo quod cum quatuor potencie anime sint susceptibiles virtutum de quibus loquimur, duodecim sunt huiusmodi virtutes quia una est in intellectu et una in voluntate quatuor in irascibili et sex in concupiscibili. In intellectu est prudencia, in voluntate iusticia, in irascibili est fortitudo, mansuetudo, magnanimitas et magnificencia que sic accipiuntur, quia fortitudo et mansuetudo sunt circa passiones ortas ex malis pr… Magnificencia vero et magnanimitas sunt circa bona ardua alio et alio, quia magnificencia est circa bona magna utilia ut circa magnos sumptus. Magnanimitas vero circa bona magna honesta ut circa magnos honores. In concupiscibili autem sunt virtutes. videlicet temperancia, liberalitas, honoris amatiua, veritas, affabilitas et Eutropolia, que sic accipiuntur quia tres harum ut temperancia liberalitas et honoris amatiua sumuntur circa bona hominis in se. Alie vero tres circa bona hominis in ordine ad alium. Secundum ergo varia bona sunt tres virtutes. Nam bona hominis circa sunt. Nam quedam delectabilia circa que liberalitas quedam honesta circa que est honoris amatiua, quedam vero utilia circa que est temperancia. Sic et bona in ordine ad alium triplex possunt considerari. Vel ut deserviunt nobis ad manifestacionem et sic est veritas vel ad vitam et sic affabilitas vel ad ludum et sic est Eutropolia. Ostensum est ergo quot sunt huiusmodi virtutes et quomodo distinguuntur.

[illegible] bonarum disposicionum que sunt virtutes quedam sunt supra virtutem quedam ancillantes virtutibus et preparatoria ad virtutem. Capitulum IIII

Distinximus in precedenti capitulo duodecim virtutes quarum una est in intellectu ut prudencia, una in voluntate ut iusticia, quatuor in irascibili ut fortitudo, mansuetudo, magnanimitas et magnificencia, et sex in concupiscibili

Vt temperancia et alias quas
sup^a enumauimus Ne ergo aliquis
crederet non esse aliquas alias
bonas disposiciones preter vir
tutes enumeratas / decreuimus oste
dere quod loquendo de bonis dispo
sicionibus / de quibus loquti sunt
phi / quia de aliis ad presens
intendimus tractatum constitue
Quedam sunt virtutes / queda
ancillantes virtuti / queda prepa
ciones ad virtutem / quedam
sup^a virtutes z large enim acci
piendo virtutem omnes huiusmodi
bone disposiciones virtutes appell
ari possunt · Nichilominus tamen queda
bone disposiciones ancillantur
virtuti / ut bene consiliari et be
ne iudicare de consiliatis ancil
lantur prudencie / qui ergo
est bene dispositus ad hec aptus est
ut sit prudens Quedam vero
bone disposiciones non sunt com
pleta virtus / sed sunt disposiciones
ad virtutem / ut perseuerencia
et continencia / que ut decies
loquimur plenius non sunt completa
virtus sed disposicio ad virtutem Nam
ille perseuerans dicitur / quod non ca
dit eciam si temptetur / hoc autem
eciam et non virtuosi habent ali
quando qui non passionati non
fuerunt Continens autem dicitur
qui passionatur et habet pas
siones fortes / tamen continet se
et non credit passioni sed racioni
Non ergo continens est complete virtuosus
quia propter passiones fortes
licet bene agat non tamen est ei de
lectabile bene agere Contine
ncia ergo et perseuerancia sic ac
cepta / quamuis sit quedam bona
disposicio non tamen est virtus sed disp
osicio ad virtutem Sunt que
dam bone disposiciones que sunt
sup^a virtutem / cuiusmodi est virtus
diuina siue virtus heroica /
et super iusta de qua determinat
septimo Ethicorum Nam sicut
aliqui homines sunt quasi
bestie et sunt mali ultra
modum hominum / sic aliqui sunt
quasi diuini et sunt boni
sup^a modum humanum / propter quod
tales superuirtuosi dici possunt /
Huiusmodi autem virtutem diuinam
que est quodammodo sup^a virtutes
maxime habere debent reges
et principes / qui ut dictum est
semidii esse debent Quar
to quedam bone disposiciones
sunt ipse virtutes / cuiusmodi sunt
iusticia prudencia et alia
de quibus in precedenti capitulo
fecimus mencionem De omnibus
ergo hiis quatuor suo loco dice
mus / Determinabimus enim de
virtutibus / ostendentes quomodo re
ges et principes debent habere vir
tutes / Determinabimus etiam
de ancillantibus virtuti et
de disposicionibus ad virtutem / et
de hiis que stant sup^a virtutem

Ostendentes quod Reges et principes oportet virtutibus esse ornatos / sed primo de ipsis virtutibus est dicendum / Secundum capitulum

Quod virtutum quedam sunt principales et cardinales quedam vero sunt annexe

Enumeravimus supra duodecim virtutes / sed non omnes ille ·xii· sunt equalis perfectionis / nec sunt eque principales / Consuevit enim apud sanctos et etiam apud philosophos distingui inter virtutes / quod quedam sunt cardinales et principales / quedam vero annexe / Cardinales autem sunt quatuor / videlicet: iusticia· prudencia· fortitudo· temperancia / Annexe autem et non principales sunt octo alie de quibus supra fecimus mencionem / Has autem quatuor virtutes esse cardinales et principales triplici via venari possumus / Prima via sumitur ex parte materie circa quam versantur · Secunda ex parte subiecti in quo existunt / Tercia ex parte condicionum que ad virtutes requiruntur / Prima via sic patet / Nam omnis virtus vel est circa raciones vel circa passiones aut circa operaciones / Cum enim contingat racionari recte et non recte / oportet virtutem aliquam que sit recta racio per quam de ipsis agibilibus rectas raciones faciamus · Rursum / cum contingat operari recte et non recte / sicut est dare virtutem per quam dirigimur in operando ipsa agibilia / Amplius quia contingit nos passionari recte et non recte · oportet dare virtutes aliquas / per quas modificemur in ipsis passionibus · Cum ergo passiones quedam impellant nos ad malum ut passiones concupiscibiles / quia proni sumus ad agendum illa / Quedam vero retrahunt nos a bono ut passiones irascibiles / Circa passiones oportet dare virtutes aliquas / ne passiones nos impellant ad id quod racio vetat / et oportet dare virtutem aliam / ne passiones nos retrahent ab eo quod racio dictat / Omnis enim virtus vel rectificat racionem / vel equat operaciones / vel modificat passiones ne nos impellant ad id quod racio vetat / vel modificat eas · ne nos retrahent ab eo quod racio dictat / Et quia prudencia principaliter rectificat racionem / iusticia principaliter equat operaciones / temperancia principaliter modificat passiones ne nos impellant ad id quod racio vetat / fortitudo principaliter modificat eas ne nos retrahant ab eo

Quod racio dictat. Ideo racione materie circa quam versantur huiusmodi virtutes, dicuntur hee quatuor cardinales et principales, quia sunt circa materiam illam circa quam principaliter versatur humana vita. Secunda via ad investigandum has virtutes esse cardinales et principales sumitur per se ex parte subiecti in quo existunt. Dictum est enim supra virtutes de quibus loquimur esse in quatuor potenciis anime, videlicet in intellectu, in voluntate, in irascibili, in concupiscibili. Cum igitur in intellectu practico principalior virtus sit prudencia. In voluntate loquendo de virtutibus acquisitis principalior sit iusticia. In irascibili vero principalior sit fortitudo, et in concupiscibili temperancia. Ideo hee quatuor virtutes scilicet prudencia iusticia temperancia fortitudo, principales et cardinales dicuntur. Tercia via sumitur ex parte condicionum que ad quamlibet virtutem requiruntur. Nam omnis actus si virtuosus esse debet oportet quod fiat prudenter iuste fortiter et temperate. Ideo hee quatuor virtutes principales et cardinales simpliciter esse dicuntur. In aliis ergo virtutibus moralibus potest esse aliqua principalitas sicut magnanimitas principalitatem quandam habet super virtutes alias, quia secundum philosophum quarto Ethicorum magnanimitas dicitur esse ornatus quidam omnium aliarum virtutum. Etiam et magnificencia principalitatem quandam habet per magnitudinem sumptuum circa quos versatur quam alie virtutes principalitatem quandam. Sed hee quatuor simpliciter principales et cardinales esse dicuntur quod quomodo sit in prosequendo dicenda singulariter plenius ostendetur. Si ergo hee quatuor sunt principales et cardinales respectu aliarum, primo de hiis quatuor est dicendum. Rursus quia prudencia est principalior omnibus aliis. Cum sit directiva omnium aliarum et iusticia est principalior quam fortitudo et temperancia cum iusticia sit circa commutaciones rerum, et circa distribuciones honorum, circa que principaliter versatur vita humana. Et quia fortitudo est principalior quam temperancia cum fortitudo magis ordinetur ad bonum gentis et ad bonum commune quam ipsa temperancia. Ideo hic erit ordo quia primo dicemus quid est prudencia, et quod decet reges et principes esse prudentes. Secundo determinabimus de ipsa iusticia ostendentes quod decet reges et principes esse iustos. Deinde determinabimus de fortitudine et temperancia declarantes quod convenit reges et principes esse fortes

fortes et temperatos. Consequenter vero tractabimus de magnanimitate et magnificentia et aliis virtutibus manifestantes quod decet reges et principes talibus virtutibus esse perfectos. Sequitur capitulum [illegible] diversitate notificari potest quid est prudencia [illegible] VI.

Prudencia autem de qua primo tractare intendimus ad diversa comparari habet et prout ad diversa comparatur aliam et aliam notificationem suscipit. Nam utique cum ad principes spectat prudenciam ad quinque comparari possumus videlicet ad virtutes morales quarum est directiva ad virtutes intellectuales respectu quarum est preceptiva ad materiam circa quam operatur ad scientiam et ad artem a quibus distinguitur. Est enim prudencia virtutum moralium directiva. Nam virtutes morales de se inclinant in finem sibi convenientem ut temperantia inclinat in sobrietatem et in detestationem venereorum sed non sufficit inclinari in finem debitum temperancie vel in fine aliarum virtutum moralium nisi sciamus quomodo possumus consequi talem finem quod fit per prudentiam. Per virtutes ergo morales possumus nobis debitos fines sed per prudenciam dirigimur in fines illos. Accipit autem prudencia fines a virtutibus moralibus et per ea que sunt ad finem recte dirigit in fines illos. Quare prudencia ut comparatur ad virtutes morales sic diffiniri potest quod est perfectio intellectus sive quod est bona qualitas mentis directiva in fine virtutum moralium. Secundo potest comparari prudencia ad virtutes intellectuales respectu quarum est preceptiva. Prout enim ad principes spectat si circa agibilia bene procedere volumus tria habere debemus. Primo debemus diversas vias invenire. Secundo de inventis debemus iudicare. Tercio debemus precipere ut fiant opera secundum inventa et iudicata ut si vellemus secundum opera bellica castrum aliquod capere primo inveniende essent vie et excogitandi essent modi per quos castrum illud capi posset. Secundo iudicandum esset de viis inventis utrum bone essent ad propositum consequendum. Tercio precipiendum esset ut fierent opera secundum inventa et iudicata. In intellectu ergo nostro debent esse tres virtutes. Una per quam bene inveniamus vel ut bene consiliemur quam philosophus in sexto ethicorum appellat eubuliam id est bene consiliativam. Aliam vero per

Quam bn̄ indicent͡ de inventis q̄m phus applat Sinesim id ē bn̄ indicatiua. Tercia per quā percipiamꝰ ut fiant opa rm̄ inventa et iudicata. et hanc dicimꝰ eē prudenciā. Prudencia igr̄ rer̄ inventive et indicative dr̄ eē preceptiua, eo qꝫ ille inveniūt et indicant ista pcipit ut fiat. Prudencia igr̄ immediacius dirigit in opa fienda eo qꝫ pcipiat illa fieri. quā faciat vtꝫ inventā et indicatiua. Cum ergo in moralibꝰ actꝰ et opa indicant eē pociora. prudencia que immediacius se hꝫ ad ea ē pocior vtute inventiua et indicatiua. Prudencia igr̄ rectu vtutis inventive et indicative q̄si vtutes intellectuales sic diffiniri pt̄. qꝫ ē preceptiua indicatorū et inventorum. Vn̄ sexto Ethi͛ dr̄ qꝫ sic Eubolie ē invenire et Sinesis ē indicare sic prudencie ē pcipe. Tercio prudencia pt̄ cōpari ad mām circa quā vsatur. Cū enim prudencia sit circa agibilia et agibilia sint singularia oportet prudenciam eē circa pticularia applicando vniusales reglas et singularia negocia ut sexto Ethi͛ declari habꝫ. cōpata ergo prudencia ad mām circa quā vsat͛ sic descri-

pt̄ quod prudencia ē vtꝫ rm̄ vniusales maximas particularia circa cōcernēs. huiusmodi aute͂ vniusales regule. sunt bone leges debite cōsuetudines et alia p que regulari possimꝰ in agendis. Quarto hꝫ cōpari ad ipam sciām a qua distinguitur. Nam sciā pp̄ ē de rebꝫ natūe Iuxta illud Boecii pmo Arismetrice Sciā ē eorū que immutabilē substanciā sortiunt͛. prudencia aūt est actuū humanoꝝ et rerum cōtingenciū que sunt in ptāte nrā face͂ vel nō face͂ illa. ppt͛ qꝫ ut dr̄e ~~sciā a~~ prudencia a sciā sic describi pt̄ qꝫ ē recta racō cōtingenciū existenciū in ptāte nrā. Quinto cōpari pt̄ prudencia ad arte͂ a qua eciā distingui habꝫ. Nam ars ē respectu factibiliū et nō psupponit voluntatis rectitudine͂. prudencia vō respectu agibiliū et psupponit rectitudine͂ appetitꝰ. ppt͛ qꝫ scribitur sexto Ethi͛. qꝫ artifex voluntarie peccans ē melior q̄m peccans involuntarie. prudens vō voluntarie peccans ē peior. In opibꝰ igr̄ desruientibꝰ arti melius ē peccare voluntarie q̄m involuntarie. Sed in opibꝰ deseruientibꝰ ad vitā circa que

Versatur prudencia circa
que recta est voluntate et in bo-
luntate. prudencia igitur
gima non potest esse prudens nisi
sit bonus et habeat volunta
tem rectam / non est ars sed virtus
prout igitur prudencia separatur
ab arte a qua distinguitur
sic diffiniri potest / quod est recta
racio agibilium / presupponens
rectitudinem voluntatis. Ex
omnibus ergo hiis de ipsa pruden
cia unam communem descripcionem
formare possumus / dicendo
Quod prudencia est virtus
intellectualis directiva virtutum
moralium / perceptiva rerum inven
ta et iudicata / Secundum univ
ersales maximas particul
aria contingencia agibilia con
nens presupponens rectitudinem
voluntatis. Capitulum septimum

Quod decet reges et principes esse prudentes. VII

Ostenso quidem prudencia
et ostenso quod per pr
udenciam recte dirigi
mur in bonum finem
In quem inclinant virtutes mora
les Restat ostendere quod decet re
ges et principes esse prudentes. Se
cundum ingenium spectat ad pruden
tiam que maxime Rex atten
dere debet. Primo enim spectat
ad ipsum summe intendere

Ut sit Rex secundum veritatem
et non nomine tantum. Secundo studere
debet ne suus principatus in tir
annidem convertatur. Tercio tantum
studere debet ut naturaliter dominetur
Triplici ergo via investigare
possumus quod decet regem esse pruden
tem. Primo quia sine prudencia
non est rex secundum veritatem sed nomine
tantum. Secundo quia sine ea de
facili vertetur in tirannum. T
ercio quia sine ipsa non potest naturaliter
dominari. Prima via sic patet.
Nam rex est nomen officii et dignitatis
Est enim regis officium ut suam
gentem regat et dirigat in debi
tum finem / quod ipsum regis nomen
ostendit. Nomen enim regum sump
tum est a regendo. Regere autem
alios et dirigere ipsos in finem de
bitum fit per prudenciam. Unde
dicitur sexto Ethicorum / quod illos estim
amus esse prudentes qui sibi et
aliis possunt bona speculari et pro
videre. Prudencia ergo est quidam
oculus / quo bonum et debitus
finis conspicitur / Cum ergo
hoc oculo caret non sufficienter
videt per ipsum bonum nec ipsum
debitum finem in quem est plures
dirigendos. Sicut ergo sagittator
non posset sagittam sufficienter
in signum dirigere nisi ipsum signum
videret. Sic nec Rex potest plures
regere et ipsos in debitum finem
dirigere / nisi ipsum finem per prudenciam speculetur

Si igitur sine prudencia nullus
rex sufficienter regere et ipsam
dirigere in finem debitum sine ea n
ullus est rex secundum rei veritatem et
ut decet, licet forte sit rex appe
llacione et nomine, videtur enim quod
vir sine prudencia positus in
dignitate regia sit denarius eneus
vel plumbeus positus in compoto
mercatorum. Mercatores enim cum
ratiocinando computant, aliquando
unum denarium eneum vel plu
beum ponunt loco mille librarum
quod tamen non valet unum computant
valorem magni precii, dena
rius tamen ille magis est signum
valoris quam valeat. Sic vir
si prudencia careat et regia
dignitate fungatur, cum ipse par
vi valoris sit, est loco magni
precii, magis est enim signum re
gis quam sit rex, ut tamen sit rex
non solum nomine sed re decet ipsum
habere prudenciam. Secundo hoc
decet eum ne de facili in tirra
nidem convertatur. Dictum est
enim quod per prudenciam dirigimur
in bonum in quod inclinant vir
tutes morales. Est enim pru
dentis providere bona sibi et
aliis, et dirigere se et alios in
optimum finem. Si tamen aliquis
prudencia careat, per quam dirigi
mur in optima bona secundum rei veri
tatem de facili efficitur tirannus
quia divicias et bona exteriora
que sunt bona optima secundum
apparenciam, credat esse optima

simpliciter, ymo imprudentes
quia non cognoscunt nisi sen
sibilia bona, eligunt sibi divi
cie et bona exteriora. Rex pr
udencia carens quia non cogn
oscet nec putabit nisi sen
sibilia bona, dimissis aliis
bonis totum studium suum ponat ut
affluat diviciis et bonis sen
sibilibus. Efficietur tamen depred
ator populi, dominabitur tirannice
non curabit qualitercumque possit
pecuniam extorquere. Tercio
decet Reges habere prudenciam
quia sine ea non possunt naturaliter
dominari. Nam ut declaravi
secundo primo politicorum, ex hoc aliquis
est naturaliter servus, quia deficit in
tellectu et nescit seipsum regere
ex hoc autem naturaliter dominus est, quia
viget intellectu et prudencia
et novit se et alios in debi
tum finem dirigere. Hanc enim veri
tatem non solum approbat phi
losophia dicta, sed eciam confirmat
singula regimina naturalia. Vi
demus enim homines naturaliter do
minari bestiis, viros femi
nis, senes pueris, homines
enim naturaliter dominantur bestiis
quia hominum genus viget pruden
cia, bestie vero prudencia et
arte parum participant, sic eciam
viri dominantur feminis, quia ut
declaravi secundum primo politicorum consi
milia secundum consilium invalidum

Communiter enim femine deficiunt a virorum prudencia / quod si reperiantur mulieres alique prudentiores viris / hoc est ut raro et in paucioribus. ut plurimum ergo femina / viro naturaliter debet esse subiecta / eo quod naturaliter deficiat a virili prudencia. Hoc eciam modo iuvenes decet naturaliter antiquioribus esse subiectos quia inexperti agibilium non sic habundant prudencia sicut illi / Videmus igitur hic naturale servum / et illud naturaliter dominatur / semper principatus pollet prudencia a qua deficit qui naturaliter servus existit. Ut igitur rex naturaliter dominetur / oportet quod polleat prudencia et intellectu

Quid et que oporteat habere regem si debeat esse prudens. viii

Quoniam unumquodque perfecte habetur aliquod totum / nisi habeantur omnes partes eius / si debeat aliquis esse perfecte prudens / oportet ipsum habere omnia / que concurrunt ad prudenciam / et omnes partes eius. Consueverunt autem assignari octo partes prudencie videlicet. memoria. providencia. intellectus. Racio / solercia. Docilitas / experiencia / et caucio / quare si rex aut princeps debeat esse prudens. oportet ipsum esse memorem providum intelligentem / racionabilem. solertem. docilem. expertum et cautum. Hec autem octo que dicuntur esse partes prudencie sic accipi possunt. Nam ut patet ex habitis / ex hoc dicitur aliquis esse prudens / quod est sufficiens dirigere se et alios in aliqua bona / sive in aliquos bonos fines / quatuor igitur sunt hec considerare / videlicet bona ad que dirigit. modum per quem dirigit / personam dirigentem / et gentem quam dirigit. Racione bonorum ad que dirigit oportet regem esse memorem et providum / racione modi per quem dirigit oportet ipsum esse intelligentem et racionabilem. racione ipsius persone que est alios dirigens / oportet quod sit solers et docilis. Racione vero gentis quam dirigit congruit quod sit expertus et cautus. Si enim rex gentem aliquam debeat ad bona dirigere / oportet quod habeat memoriam preteritorum / et providenciam futurorum / decet enim habere preteritorum memoriam / non quod possit preterita immutare / quia nulli agenti est hoc possibile. sed decet regem habere preteritorum memoriam

Ut possit ex preteritis cognoscere
quid debeat euenire in futurum
Nam ut scribit 2o Rethoricorum
In contingentibus agibilibus ut
plurimum futura sunt similia preteritis
Secundo decet ipsum habere pro
uidentiam futurorum / quia ho
mines prouidentes futura
excogitant vias per quas
facilius illa adipisci valeant
Ergo racione bonorum ad que
rex suam gentem dirigere debet
expedit ut habeat prouidentiam
futurorum / ut facilius illa futura
bona adipisci possit / et ut ha
beat memoriam preteritorum ut
ex illis preteritis sciat quid agere
debeat in futurum. Racione vero
modi per quem dirigit oportet
quod habeat intellectum et racionem
siue oportet quod sit intelligens
et racionalis. / Modus ergo quo
Rex suum populum dirigit oportet quod
sit humanus / quia rex ipse homo
est / homo autem intelligit racioci
nando et discurrendo / accipit
enim aliqua principia et aliquas
premissas ex quibus intellectus
eliciat conclusiones / et hoc tam
in speculabilibus quam in agi
bilibus. Nam sicut raciones sunt
ut demonstrentur quid sit verum cog
noscendum / sic sunt raciones ut per
suadeatur quod sit bonum prosequ
uendum. Racione ergo huius modi
cognoscendi qui est hominibus
inditus / volens alios dirigere

Oportet quod sit intelligens cogno
scendo principia et premissas / et
sit racionalis racionando et
eligendo ex illis premissis con
clusiones intentas. Vel oportet
quod sit intelligens / sciendo leges
et consuetudines bonas / et alia
que possunt esse principia et regule
agendorum / oportet autem quod sit
racionalis speculando ex illis
regulis / quid agere conueniat. Sic
ergo racione bonorum ad que dirigit
oportet regem esse memorem et
prouidum sic racione modi per quem
dirigit oportet ipsum esse intelli
gentem et racionabilem / Sed racione
ipsius persone que est alios diri
gens / oportet quod sit solers et
docilis. Nam qui in tanto
culmine est positus ut tantam
gentem dirigere habeat / oportet
quod sit industris et solers / ut
sciat ex se inuenire bona gen
tis sibi commisse / Verum
quia nullus sufficit ad ex
cogitandum omnia que possunt esse v
tilia toti regno cum hoc ergo
expedit regem esse solertem ex se
bona que sunt regno vtilia ex
cogitando / oportet ipsum esse
docilem aliorum consilijs acquie
scendo. Pessima enim dicere
de rege quod dicitur de magnanimo
quarto Ethicorum / quod non decet ipsum
fugere commonentem / Non enim
decet Regem moribus scrupt

sum nec inniti semper solertie
sue sed oportet ipsum esse docile
ut sit humilis ad capiendum
doctrinam aliorum acquiescen-
do doctrinis vel consiliis bonorum
omnium seniorum sapientum et dili-
gentium regimen. Patet ergo quod
racione persone sue que est ali-
os dirigens oportet regem
esse solertem et docilem. Tercio
racione gentis quam dirigit
ipsum esse expertum et cautum. Ex-
perientia enim est rerum particula-
rium. prout igitur sunt ali-
a et alia particularia et prout
aliquis negociatur circa
aliam et aliam gentem. sunt
alia et alia exquirenda.
Oportet igitur principem recte gen-
tem precesse esse expertum cogno-
scendo condiciones particulares
gentis sibi commisse ut possit
eam melius in debitum finem
dirigere. Ultimo oportet ipsum
esse cautum. Nam sicut in spe-
culabilibus falsa aliquando immis-
centur veris propter quod creduntur ea
que non sunt vera sed apparent
vera. Sic in agibilibus mala
multociens admiscentur bonis
propter quod creduntur bona que non sunt
bona sed apparent. oportet
ergo regem esse cautum respuen-
do apparentia bona et eligen-
do simpliciter bona ad que debet
dirigere gentem sibi commissam

Quomodo Reges et principes possint seipsos prudentes facere

IX

Anima insedendo et quiescendo
fit prudens ut vult
philosophus viiº phisicorum.
Reges ergo et principes
si desiderant esse prudentes non
debent yrmitatibus intendere sed
maiore parte vite sue debent ex-
pendere in cogitando que possunt esse
regno proficua. Quod non sic
intelligendum est ut nullas recreaciones
corporales habere debeant sed debe-
ant adeo moderate uti ut non
impediantur in regione regimen
ipse ergo poterunt fieri prudentes
ut naliter regimen regant excogit-
ando primo tempora retroacta sub qui-
bus temporibus regimen melius rege-
batur propter quod habebunt preteritorum
meliorem memoriam ex quibus
scire poterit quid agendum sit in
futurum. Nam semper regimen pre-
debet conformare regimini retro-
acto sub quo regimine melius
et tucius regebatur. Nam sicut in
speculando et excogitando quam antiqui
philosophi reperierunt fuimus sapienciores
in speculabilibus sic reges
et principes acta suorum predecessorum
recogitando fiunt magis pruden-
tes in agibilibus. Secundo debet
diligenter intueri futura que possunt
esse proficua regno et mala
que possunt esse nociva. Nam ex
hoc habebunt providenciam futurorum
ut possint mala expediciatis vitare
et bona facilius adipisci.

Certo debent recogitare bonas consuetudines sepe et bonas leges. Nam ista sunt maxime principia agibilium intellecto enim principaliorum est, tanto ergo rex magis intelliget circa agibilia, quanto plures bonas leges et bonas consuetudines in mente habet ex quibus possit scire quid in quolibet negocio sit agendum. Recogitare sepe et sepius excogitare debet, quomodo per hiis gerendi bonas leges et consuetudines, debite regimen regat eliciendo ex eis debitas conclusiones agibilium. Non enim sufficit intelligentem esse secundo cognicionem legum et consuetudinum que sunt principia agibilium, nisi quis sit racionabilis ex illis legibus et consuetudinibus debitas conclusiones agibilium eliciendo, quod quomodo fieri debeat, in tercio libro ubi agetur de regimine regni plenius ostendemus. Reges ergo dando operam illis circa que ad prudenciam requiruntur de quibus in presenti tractatu fecimus mencionem poterunt prudentes seipsos facere. Verum quia malicia est corruptiua principii, sicut enim eger habens corruptum gustum male iudicat de saporibus, credit enim dulce esse quod est amarum et econuerso, sic habens infectam et deprauatam voluntatem excecatum in intellectu ut male iudicet de agibilibus. Iudicat enim esse agendum quod est fugiendum et econuerso. Unde enim dictum est quod scribitur sexto Ethicorum, quod impossibile est prudentem esse non entem bonum. Deprauat enim malicia iudicium ut aliquis imprudenter agat propter maliciam deprauantem voluntatem, quare si reges et principes volunt esse prudentes, ad hoc ergo debent esse memores prouidi, solertes et dociles et alia que superius diximus oportet ipsos esse bonos et non habere voluntatem deprauatam, ne propter maliciam appetitus imprudenter agant et iudicent esse agenda que sunt fugienda.

Quot sint modi iusticie et circa que iusticia habet esse et quomodo ab aliis virtutibus est distincta.

Philozophus in quinto Ethicorum distinguit duplicem iusticiam legalem et equalem. Legalis enim iusticia est quid generale et est quodammodo omnis virtus. Iusticia vero equalis est quid speciale et est quedam particularis virtus. Nam ex hoc est aliquis iustus et legalis, quia adimplet precepta legis. Sed ut dicitur primo magnorum moralium lex precipit actus omnium virtutum, precipit enim lex opera forcia et temperata et vniuersaliter omnia que dicuntur secundum virtutes. Unde ibidem

De quod iusticia legalis e per
fecta vtus / sic eciā qntō Ethi
scribit qr lex pcipit non delinque
acie neq fuge neq abicere
arma / quod spectat ad forti
tudine / et pcipit nō mech
ari qd ptinet ad tempanciā / et
nō percutte neq ↄtende cū st
opa mansuetudinis / Lex igr
vniuersaliter iubz omēz vir
tutem imple et omēz ma
liciam fuge / Generale iusti
cia legalis id e implecō le
gis e quodāmō omis virtus
Iusticia aut ↄsilis e quedā
vtus specialis / per quā reddr
cuilibz qd e equm id e qd
sibi debetur / Sūa aut ha
rum iusticiarum sic pt acci
pi. Nam ut scribit qntō Ethi
Iusticia e in ordine ad alte
rum / prout igr ciues hnt
ordine ad seinvice et ad re
publicam et ad legislatorem
siue ad ipm regem / hz eē in
eis iusticia legalis et ↄsilis
Nam in ipis ciuibz ex eo qd
hnt huiusmōi ordine / vel que
ritur bonū ↄīe vel bonū
speciale ppriūm / Si qritur
bonū ↄīe sic e in eis ius
ticia legalis / Si aut qrit
in ipis aliqd priuatū bonū
erit in eis iusticia equalis
Bonū enī ↄīe resultat ex
omī bono ciuium / Res enī
publica et tota ciuitas me
lior est quantocuqz ciues boni sūt

Siue eni ciues boni sūt inse
siue in ordine ad alios sem
ciuitas melior e / cū ex melio
ribz ciuibz ↄstat / et qntō pl
uribz modis sunt boni ciues
tanto magis e bona ciuitas
leges igr que intendunt ↄīe
bonū precipiunt omēz modū
bonitatis / eē igr iusti scdm
leges / et imple legalem iu
sticiam e sequi ome bonū
et fuge ome viciū / et hre
quodāmō omēz vtutem. pro
qr legalis iusticia dicta est
quodāmō omis vtus qr exercet
opa omī vtutum / Nō e eni
simplr legalis iusticia oīs
virtus / qm e distincta vir
tus a qualibz vtute / sz dicr
quodammō omis vtus / qm
nō determinat sibi specialem
matiam / Dīt aut hmōi
iusticia a qualibz vtute in
duobz. Nam licz eadē opa a
gat iustus legalis / qd agit fortis
et tempatus / nō tn agit ea
zm eandē intencōz / vel zm
eand racōm formalem / Nā
qui agit opa forcia / qr delec
tatr in tlibz fortis e / et agens
tempata qm ait delectatur in
ipis tempatus e / sz agens tlia nō
qm delectetur in eis / sz qr
hec lex pcipit et vult imple
legem. iustus legalis e Iustus
go legalis per se et zm qr huius
modi delectatr in implecōe legis

Si autem delectatur in operibus
singularum virtutum hoc est ex con
sequenti prout omnia talia opera
sunt a lege precepta / Fortis
autem et temperatus vel perfectus
secundum virtutes alias et per se / Et
primo delectatur in operibus con
venientibus virtutibus quibus or
natur / Si autem delectatur
in impletione legis hoc est ex
consequenti prout videlicet agendo
talia opera legem implet. Ex
ista autem differentia sequitur secunda
Nam cum fortis et temperatus
delectetur in operibus talium vir
tutum secundum se / virtutes ille pro
ficiant habentes eas ut est
aliquis secundum se. Sed iustus legalis
quia delectatur in operibus illis pro
ut implet legem / Iusticia le
galis non perficit hominem secundum
se sed perficit ipsum ut comparatur or
dine ad leges / Leges autem tr
aduntur ab ipso principe / et sunt
tradite ipsis civitatibus subditis
imperio principis / cuius est leges
ferre / Perfici igitur in ordine
ad leges est perfici in ordine
ad principem cuius est legem fe
rre. Vel in ordine ad totam
civitatem cui lex imponitur
Iusticia ergo legalis licet faciat
eadem opera illa que facit tem
perancia et fortitudo / perficit
tamen ipsum habentem in ordine
ad alium / ut in ordine ad prin
cipem vel in ordine ad civitatem

Non obstante quod temperancia et
fortitudo et alie virtutes singule
de medio perficiant habentem secundum se
patet igitur quod iusticia legalis
est quodammodo omnis virtus / et quod
non determinat sibi specialem materiam
sed agit opera singularum virtutum
Iusticia vero equalis non est omnis
virtus nec agit opera singularium
virtutum. sed determinat sibi
specialem materiam / eo quod in ea
intenditur speciale bonum. et
fit inde melior civitas / et
qualitercumque malus / sic fit
inde peior civitas / non tamen
ex quacumque bonitate unius
civis per se / et secundum quod singulari
resultat bonitas alterius civis.
nec quecumque pravitas unius
civis per se loquendo infert
malum alteri civi / sed cum in bo
nis exterioribus aliquis malus
sit ut quod velit plus habere in
eis quam eum deceat / ex hoc
infertur nocumentum aliis civi
bus / quia si ille habet inde plus
alii habent inde minus. Iusticia
ergo specialis per quam vitatur
aliquod malum speciale ut pr
out ex malicia unius civis
infertur nocumentum alteri
determinat sibi specialem materiam
et habet esse circa hec bona exterio
ra in quibus cives communi
cant. Dicta ergo est hec iusti
cia equalis. quia maxime i
nnititur equalitati / ut quod unius

Rursus in huiusmodi exterioribus
homo habeat quod est equum. Unde
est quod haec iustitia dicitur unic
uique suum ius tribuens, quia
ius in quadam equalitate
consistit. Haec autem est unicuique
quod tribuit quod equum
est. Sic etiam dicitur tribuens
unicuique quod suum est, quia
est possidere quaelibet sua. Si-
gnificat haec iustitia specialis
equalis dicitur et equalitati in
tendit cum bona exteriora
dispersa sint inequaliter partici
pare possunt. Duplex est hu-
iusmodi particularis iustitia.
Accidit autem aliquos parti
cipare bona inequaliter in
communicationibus ut in emp
tionibus venditionibus mutua
tionibus et locationibus. Con
tingit enim vendendo em
endo locando mutuando da-
re parum et recipere multum
vel econverso. Et sic inequa-
litate opere non fit. Rursus
contingit inequalitas in distri
butionibus quia aliquando aliqui
plus laborantes pro republica
minus recipiunt. Tunc haec iu
stitia quodammodo depravata est
ut plurimum cum homines acce
ptores sunt personarum et distri
buentes honores vel et bona
indignis et repellentes dig
nos. Erit igitur duplex specia
lis iustitia commutativa et
distributiva. Omnis ergo iustitia
sive sit legalis sive commutativa
sive distributiva semper
perficit hominem in ordine
ad alium, magis tamen iustitia
commutativa et distributiva
perficit hominem sive in ordine
ad alium quam legalis, ut for
san alibi erit locus. Ad
propositum autem intentum dictum est
quod declarata sunt illa tria
que in principio capituli proponebantur.
Ostensum est enim quot sunt modi
iustitie, quia quedam est iu-
stitia generalis que dicitur legalis
et quedam specialis que dicitur equalis.
Et haec est duplex quia quedam est
distributiva quedam commuta
tiva. Rursus declaratum est
etiam que habet esse iustitia, quia
iustitia legalis habet esse circa
totam materiam moralem, et circa
omnia opera virtutum non in
se accepta, sed prout per ea est
impletio legis. Tertio osten
sum est quomodo differt iustitia a
virtutibus aliis, quia virtutes alie
magis perficiunt hominem in se,
iustitia vero sive sit legalis sive
sit distributiva sive commutativa
perficit hominem in ordi
ne ad aliud.

Sequitur capitulum undecimum quod absque iustitia nequeunt regna subsistere. XI

Declaratum in p̄nti cap̄lo
duas eē iusticias vnā
generalem et aliam
specialē. Ad hoc aūt
ut regna subsistant et pacifice
maneant / vtraq̄ȝ iusticia est
nccīa / quod quidē absq̄ȝ iusti
cia ḡnali regna stare nō p̄nt.
Duplici via inuestigarī possumus
Prima sumīt ex p̄te ipius in
sticie ḡnalis / Secunda vō ex p̄te
regni in quo debȝ talis iusticia
obſuari. Prima via sic p̄ȝt
Nam ut in precedenti cap̄lo dicebā
legalis iusticia ē quodāmō oīs
virtꝯ / hēre igīt huiꝰ iusticiā
ē implē legem / Si ergo lex
iubet omē bonū / et prohibet
omē malū / implē legē ē eē
pfc̄te v̄tuosum. Vnde p̄mo ma
gnorū moralium cap̄lo de insti
cia dr̄ / q̄ legalis iusticia ē
pfecta v̄tus / ergo p̄ locum ab
opposite / legalis iniusticia ē
integra et pfecta malicia. Tū
nullo ergo obſuarē leges / et ci
ues nō participarē in aliquo
legalem iusticiā / ē eos eē in
tegre et pfc̄te malos / Sȝ ut
dr̄ quīto Ethi[cor]ȝ cap̄lo de ma
suetudine. Malū seipm̄ de
struit / et si integrū sit im
portabile fit. Importabile ergo
eēt illud regnū et durarē nō
posset illa ciuitas / cuiꝰ ciues
essent integre mali / et nullo
vellent implē legem / nec ve
llent in aliq̄o participare leg
alem iusticiaȝ. Ex p̄te ergo

ipiꝰ legalis iusticie que ē per
fecta / cuiꝰ oppositū ē pfc̄ta ma
licia probarī p̄t / q̄ absq̄ȝ lega
li iusticia nō valent regna
subsistē. Secunda via ad inue
stigandū hoc idē sumīt ex p̄te ipiꝰ
regni / Regnū enī et omīs po
licia ē quidā ordo et quidā
p̄ncipatꝰ. Cum ergo ordo et p̄n
cipatꝰ sit ipsorum subditorȝ / per
respectū ad leges et ad p̄ncipē
cuiꝰ ē ferre leges ut declara
bit in pollit. Si ciues nō
participarent legalē iusticiaȝ
nō ſuarēt in eis ordo / nec ad
leges nec ad p̄ncipes. Nō ergo
vlteriꝰ in eis ſuarēt policia.
nec q̄ȝ vlteriꝰ regnū / ꝫ faciōle
est ergo ondē / q̄ absq̄ȝ legali iu
sticia regna durarē nō p̄nt / Sȝ
q̄ absq̄ȝ iusticia speciali que
diuidit in iusticia c̄mutatiuā
et distributiua / nō subsistat reg
nū sic declararī p̄t. Quodlȝ
enī regnū et q̄lȝt c̄gregatio
assimilar̄ cuidā corpi nālī.
Sicut enī videmꝰ corꝰ nāle
c̄stare ex diūs mēbris c̄nex
is et ordinatꝭ adinuicē / sic
q̄dlȝt regnū et q̄lȝt c̄gregacio
c̄stat ex diūs p̄sonis c̄nexis
et ordinatꝭ ad aliq̄d vnū / ut
ergo liceat figālr̄ loq̄ in mē
bris eiꝰ corporis / ē quadā
duplex iusticia / c̄mutatiua et
distributiua. Iusticia enī c̄mutatiua

Sumpta non est nisi ad alterum / et non est nisi diversarum personarum methaphorice / cum et per quandam similitudinem est iusticia cuiusdam ad seipsum / et in membris eiusdem corporis possumus aliquam contemplari iusticiam / Unius enim et eiusdem corporis membra habent ordinem ad se invicem / et ordinantur ad unum aliquod ut ad cor / a quo recipiunt motum et vitalem influenciam / ut ergo membra habent ordinem ad se invicem est in eis quodammodo iusticia commutativa / sed ut ordinantur ad cor aliquo reperitur in ipsis iusticia distributiva / Ex hoc enim est inter aliquos commutativa iusticia / quia unus habundat in uno in quo alter deficit / et deficit in aliquo / in quo ille habundat / Ideo ut quilibet sue indigencie provideret / inventa fuit commutativa iusticia / Contingit enim aliquem habundare in pecunia / in qua alter deficit Et deficere in frumento in quo ille habundat / per commutativam ergo iusticiam huiusmodi superhabundancia et defectus reducitur ad equalitatem / quia unus dat pecuniam qua habundat et recipit frumentum quo indiget / Alter vero distribuit frumentum quo affluebat / et ~~si sibi pe~~ suscipit pecuniam qua caret / Est ergo commutativa iusticia prout unus ordinat bona pro

Ad utilitatem alterius et e contrario. Sicut autem modo respicimus in membris eiusdem corporis / oculus enim pollet acumine visus / deficit tamen a potencia gressiva quia non potest pergere / pes autem habundat in gressiva potencia / deficit tamen in visione / quia nichil videt / Oculus ergo cum in visione in qua habundat subvenit indigencie pedis quia dirigit ipsum / pes autem cum in potenciam gressivam qua pollet / subvenit indigencie oculi quia portat eum / Nisi ergo membra sic sue indigencie subvenirent / ut nisi manus purgaret oculum et oculus dirigeret pedes / corpus naturale non posset subsistere / sic quia nullus homo sufficit sibi ad vivendum / nisi cives per commutativam iusticiam sibi invicem subvenirent / ut quod unus commutaret alteri illud in quo superhabundat / et acciperet illud in quo deficit / Civitas durare non posset / Sic ergo in membris eiusdem corporis prout habent ordinem ad invicem / et sibi invicem sue indigencie subveniunt / est in eis quedam commutativa providencia vel iusticia / sine qua corpus naturale durare non posset / sic prout cives eiusdem civitatis vel regni habent ordinem ad se invicem / et sibi invicem cum quadam commutacione suis indigenciis satis faciunt / est in eis commutativa iusticia

Sine qua ciuitas uel regnum sufficere non posset. Secundo in membris est quedam ~~quasi~~ distributiua iusticia prout habet ordinem ad ipsum cor. Nam cor singulis membris secundum suam proporcionem et dignitatem influit eis spiritum uitalem et motiuum, ita quod principium uite et principium mouendi est in corde sicut forte principium sentiendi est in cerebro. Sic et in ciuibus est distributiua iusticia prout ordinatur ad unum aliquem ut ad regem uel ad ducem. Cum enim ceteros uirtute uel dignitatem debet eis honores et bona distribuere. Sic ergo corpus naturale non subsisteret nisi in eo reperiretur quedam distributiua iusticia, ut quod cor membris debite influeret, sic regnum uel ciuitas non posset subsistere nisi reperiretur in ea distributiua iusticia, ut quod rex siue princeps debite honores et bona distribueret. Est tamen diligenter notandum quod sicut non quelibet inequalitas tollit uitam corporis naturalis, tamen quelibet inequalitas egrotat et infirmat ipsum. Sic non quelibet iniusticia corrumpit totaliter regnum et policiam, tamen per quamlibet iniusticiam regnum et policia infirmatur et disponitur ad corrupcionem. Patet igitur quod prout ciues habent ordinem ad se inuicem est in eis iusticia commutatiua, prout uolunt ordinem ad regem uel ad principem reperitur in eis iusticia distributiua, prout uero implent leges est in illis iusticia legalis. Quomodocumque tamen modo sumatur iusticia, sine ea ciuitas uel regnum durare non potest. Verum ergo dictum est, quod dicit in libro magnorum moralium tullius de iusticia, quod iusticia est quoddam proporcionabile et continet urbanitates. Nam sicut anima continet corpus, quod recedente ea dissoluitur et marcessit, sic iusticia continet urbanitates, id est ciuitates et regna, quod sine ea dissoluitur ciuitas et non possunt regna subsistere. Videtur inferre iniuriam regno et regi qui iusticiam non obseruat. Si igitur iusticia est tantum bonum regibus et regni, summopere rex studere debet ut in suo regno seruetur iusticia non solum hiis qui in regno nati sunt sed etiam peregrinis et aduenis. Quicumque enim negligit iusticiam manifeste regi et regno infert ~~iusticiam~~ iniuriam.

Quod maxime Reges et principes decet esse iustos et in suo regno iusticiam obseruare

Satis per precedens capitulum persuaderi potest regibus et principibus ut sint iusti ac ut observent iusticiam. Cum precipua civitatis et regni duracio honorum; tamen quia est animus hominis gloriosus et semper est avidus novas raciones audire, adducemusque novos modos quibus ostendi potest quod maxime decet reges et principes esse iustos. Possumus autem hanc veritatem quadruplici via venari iuxta quatuor que tanguntur de iusticia quinto Ethicorum. Prima via sumitur ex parte persone regie; secunda ex parte ipsius iusticie; tercia ex perfectione bonitatis que ex iusticia innotescit; et quarta ex ipsa malicia que ex iniusticia consurgit. Prima via sic patet. Nam si lex est regula agendorum, ut habetur per et quinto Ethicorum, ipse iudex; et multo magis ipse rex cuius est leges ferre debet esse quedam regula in agendis. Est enim rex sive princeps quedam lex, et lex est quedam rex sive princeps. Nam lex est quidam inanimatus princeps; princeps vero est quedam animata lex. Quanto ergo animatum inanimatum superat, tanto rex sive princeps debet superare legem. Debet enim rex esse tante iusticie et tante equalitatis ut possit ipsas leges dirigere, tamen in aliquo casu leges observari non debeant ut patebit infra. Dubitare ergo utrum rex debeat esse equalis et iustus est dubitare utrum ipsa regula debeat esse regulata. Si enim regula ab equalitate deficiat nichil regulatum erit, cum omnia per regulam regulantur. Sic si reges sint iniusti, dispositum regnum ut in eo non observetur iusticia. Ergo maxime studere debent ne sint iniusti et inequales, quia iniusticia et inequalitas eorum tollit ab eis regiam maiestatem et dignitatem. Nam reges iniusti etsi dominentur per civilem potenciam, non tamen digni sunt ut sint reges. Cum enim deceat regulam esse rectam et equalem, quia est quedam animata lex et quedam animata regula agendorum, ex parte ipsius persone maxime decet ipsum servare iusticiam. Secundo possumus investigare hoc idem ex parte ipsius iusticie. Nam iusticia est quoddam magnum bonum et preclarum; perficit enim ut dictum est hominem in ordine ad alium; tunc autem maxime clarescit bonitas alicuius quando usque ad alios se extendit. Unde quinto Ethicorum dicitur quod preclarissima virtutum videtur esse iusticia, neque vespera neque lucifer est ita admirabilis sicut ipsa

Vesperus enim et lucifer e una
et ead stella q e valde pulc
et clara / et ppi sui pulcritu
dine et venustate qua noie
appellar venus / hec aute stella
aliqn pcedit solem / et tunc
apparet in mane et dr lucifer
/ aliqn sequi ipm / et tunc app
aret in celo / Et dr vesperus
Est go intencio phi dicet q cu
venus queda e pulcerrima
stella / et que aliqn dr lu
cifer / aliqn vesperus / no est
ita pulc / nec ita preclara sic
e iusticia / pulcritudo enim stel
larum no e ita admirabi
lis sic pulcritudo eius / stelle
em pollet pulcritudine corpa
li / s iusticia pollet pulcritu
dine honesta et spuali et
ornat nos vtuali pfection qn
to enim pulcritudo spiritualis
excellit pulcritudine corpales
tanto pulcrdo iusticie et cla
ritas eius admirabilior e cla
ritate stellaru Si go decz reg
es et pncipes hre clarissimas
vtutes ex parte ipius iusticie q
est qda clarissima vtus pbar
ptt q decz eos obseruare iustia
am Tercio probat ptt ex ipsa
perfectioni bonitate / que ex in
stitia innotescit / Iusticia enim
no solu e pfecta vtus in se / s
si sit in regibus et pncipibus
ondit eos ee perfecte bonos /
Sicut enim videmus in aliis re
bus q vnu quodqz pfectum est

Cum ptt sibi simile producere
et cum actus sua se ad alios
extendit / ut tunc aliqd e pfec
te calidu qn ptt alia calefacere
et qn actus sua ad alia se ex
tendit / et tunc e aliqs perfecte
sciens qn ptt alios docere / et qn scia
sua ad alios se extendit Ideo
scribr pmo methaph Et sig
nu oino sciente e posse docere
/ ergo a sili tunc e aliqs pfecte bo
nus / qn bonitas sua usqz ad
alios se extendit Inde e ergo
q no cognoscr pfecta bonitas
homi / nisi qstituar in aliqo
pncipatu . Nam quidiu ali
qs no hz rege nisi se ipm
no bn plene apparet qlis sit
nec pfecte cognoscr bonitas
eius / s qn qstituitur in pncipa
tu aliquo . qz opportz q boni
tas sua ad alia se extendat .
tunc melius apparet qlis sit .
eo q opa sua ad exteriora se
extendunt Si go exteriora m
agis sit nobis / quanto aliquis
in maiori pncipatu qstituitur
qz opa sua ad plura se ex
tendunt . magis apparet q
lis sit Ideo dr quarto Ethicorum
q pncipatus virum ondit .
ptt q et puerbiale dr Sicqs
volt cognoscere viru ponat
ipm in aliquo pncipatu Ex
iusticia igitur qz e ad alteru

Innotescit perfecta bonitas. Nam excepta prudencia que aliis virtutibus perficitur et que magis est earum directiva, omnes alie virtutes morales que perficiunt hominem in se, se videntur habere ad iusticiam que perficit hominem in ordine ad alterum sicut subditi, quia quodammodo solum habent ipsum perficere secundum se, habent ad principem cuius bonitas et regimen se ad alios extendit. Sicut ergo in principe magis manifestatur perfecta bonitas quam in aliis, sic et iusticia magis manifestatur perfecta bonitas quam in aliis virtutibus moralibus. Decet ergo reges et principes esse iustos tum quia debent esse regula agendorum, tum quia iusticia est preclara virtus, tum quia ex ea est manifestata perfecta bonitas. Quanto hec decet reges et principes ex magnitudine malicie que ex iniusticia consurgit. Nam ut dicitur quinto Ethicorum: Sicut melior est qui non solum est bonus in se sed etiam bonitas sua se extendit ad alios, sic peior est qui non solum malus est in se sed etiam malicia sua se extendit ad alios, et quanto ad plures se extendit malicia eius tanto peior existit. Tanto igitur summopere studere debent reges et principes ut servent iusticiam et iniusticiam vitent quanto ex eorum iniusticia potest sequi maius malum, et potest inferri pluribus nocumentum. Restat autem utrumque declarandum, quomodo reges et principes possunt iusticiam acquirere, et quomodo debeant iusticiam observare, sed hoc in tercio libro ubi agetur quomodo regimen iuste debeat ipsi plenius ostendetur.

Quid est fortitudo et circa que habet esse, et quomodo possumus nos metipsos fortes facere. XIII

Circa quodcumque contingit peccare et bene agere, oportet dare virtutem aliquam per quam regulemur in agendo. Cum igitur circa timores et audacias contingat aliquem se habere recte, oportet dare et non dare virtutem aliquam circa timores et audacias. Accidit enim aliquos timere timenda, et non timenda. Sunt enim aliqui adeo pavidi et trepidantes ut mures timent. Alii vero adeo fatue audent ut etiam deum non timeant, quod non est fortitudinis sed insanie. Propter quod in primo Magnorum Moralium scribitur quod si quis valde impavidus existat quod deum non timeat, non est fortis sed insanus. Spectat igitur ad fortem timere timenda, et audere audenda. Cum ergo fortitudo quedam virtus reprimens timores et moderans audacias, reprimit enim fortitudo timores ne per eos retrahatur quis ab eo

Quod ratio dictat moderat autem audacias ne quis audendo aggrediatur quod ratio vetat. Viso quid est fortitudo restat videre circa que habeat esse talis virtus. Sciendum ergo quod timere et audere proprie respiciunt pericula. Nullus autem timet nisi imaginetur sibi imminere periculum / nec aliquis dicitur audax nisi aliquid aggrediatur terribile et periculosum. Periculorum autem quedam sunt bellica quedam autem ex aliis causis / exponimur / periculis non solum in bellis / sed etiam in mari et in egritudinibus et in aliis / circa que contingit esse pericula. Rursus in periculis bellorum / homines diversimode se habent. Nam quidam timent quidam audent / audentes autem diversificantur. Nam quidam delectantur aggredi bellorum pericula sed cum aggressi sunt circa si inveniunt resistentiam / non sustinent sed fugam arripiunt. Quidam autem non delectantur aggredi bella sed cum aggressi fuerint sustinent et tollerant bellorum pericula. Cum igitur virtus sit circa bonum et difficile, quia difficiliora et terribiliora sunt pericula bellica quam alia / et etiam quia in periculis bellicis difficilius est reprimere timores quam moderare audacias. Rursus vero quia in audendo / non tantum difficile est aggredi pugnam sicut tollerare et sustinere pugnantes / fortitudo que est virtus principaliter

circa pericula bellica quam pericula alia / principaliter est in reprimendo timores consequentes circa pericula talia / quam in moderando audacias circa ipsa. Sic etiam principaliter est congredi utique sustinendo pugnantes quam in aggrediendo eos. Quod autem pericula bellica sint difficiliora ad sustinendum quam pericula alia triplici via ostendi potest. Primo quia bellica pericula sunt magis prope oculos et magis senciuntur quam alia. Non enim sic aperte apprehendimus mortem cum egrotamus / quia egritudines intrinsecus latent / nec sic sentimus pericula maris / sicut pericula bellica. Nec ex tactu aque sic sentimus et imaginamur periculum sicut ex tactu gladii / pericula ergo bellica / tum quia manifesta sunt / tum etiam quia maxime senciuntur / et imaginantur circa maxime dolorem inferre difficiliora sunt ad sustinendum quam alia. Secundo talia difficilius sustinemus quam alia non solum quia sunt magis manifesta et doloris illativa sed quia imaginamur / quia per fugam ea de facili vitare possumus. Non enim sic vitare possumus per fugam egritudines / quia cum egritudo sit aliquid in nobis existens per fugam eam vitare non possumus / pericula cum maris

Non sic per fugam vitari possunt pericula belli. Cum ergo difficilius sit durare et sustinere pericula illa que per fugam vitare possimus quam ea que sustinenda necessitamur, eo quod per fugam ea vitare non possimus, difficilius sustinentur pericula bellica quam alia. Tercio pericula talia difficilius sustinentur, quia per ea maxime apprehendimus mortem violentam, cum mors ibi illata sit per mutilacionem membrorum et per incisuram corporis, per quam maxime apprehendimus violentam mortem. Mori enim per egritudinem vel per aliquem aliud modum non sic videtur repugnare nature corporis sicut mors bellica, per quam mors mutilatur et infertur. Est igitur vera fortitudinis principaliter circa pericula bellica, secundario autem circa pericula alia. Propter quod dicitur tercio Ethicorum quod principaliter dicetur utique fortis qui est impavidus circa bonam mortem, et maxime circa eam que est bellica, sed adhuc et in mari et in egritudinibus intimidus est qui est fortis. Ad fortem igitur spectat non timere quecumque pericula que indicat racio non esse timenda, principalius tamen est fortitudo circa pericula bellica tamquam circa difficiliora. Amplius licet fortitudo

sit circa pericula bellica reprimendo timores et moderando audacias, principalius tamen est circa repressionem timorum quam moderacionem audaciarum. Nam pericula terribilia ut plurimum tristia sunt. Tristia autem naturaliter quilibet refugit, sicut naturaliter prosequitur delectabilia. Cum ergo naturaliter tristia fugiamus, difficile est reprimere timores per quos tristia fugimus. Non autem sic difficile est moderari audacias per quas tristia aggredimur. Ergo si vera fortitudo est circa difficile, bene dictum est fortitudinem principaliter esse circa repressionem timorum quam circa moderacionem audaciarum. Et autem fortitudo principalius sit in sustinendo quam in aggrediendo, ut commentator ponit, tripliciter manifestari potest. Primo quia aggredi est fortioris, sustinere autem est debilioris. Aggrediens autem comparatur ad alios sicut ad debiliores, sed sustinens sicut ad fortiores. Difficilius autem est invadi a fortioribus quam a debilioribus. Propter quod difficilius est sustinere pugnantes quam aggredi pugnantes. Secundo hoc est difficilius, quia aggrediens imaginatur malum ut futurum, sed sustinens habet malum presens et presens. Difficilius est autem invadi et huic se fortiter opponere mala presencia, quam contra mala futura

Tercio hoc est difficilius quam aggredi vel sic subito, sed sustinere requirit durabilitatem et temporis. Difficilius ergo est habere se fortiter et constanter in sustinendo bella quod requirit durabilitatem et temporis, quam in aggrediendo ea quod subito fit. Ut vult philosophus tercio Ethicorum capitulo de fortitudine ait, quod fortitudo est circa timores et audacias, magis tamen est circa timores reprimendo eos circa timores quam circa audacias moderando ipsas. Et subdit fortitudinem esse in sustinendo tristia. Declaratum est igitur circa que habet esse fortitudo. Restat ergo declarandum quomodo possumus nosmetipsos facere fortes. Notandum ergo quod sicut virtus opponitur duabus maliciis quarum una superhabundat et altera deficit, ut largitas opponitur prodigalitati que superhabundat in expendendo et avaricie que deficit. Et fortitudo opponitur audacie que superhabundat in aggrediendo et timiditati que deficit. Semper tamen virtus opponitur plus uni malicie quam alie. Et quia difficilius est reprimere timores quam moderare audacias, fortitudo magis insistit ut reprimat timores quam ut moderet audacias, et plus repugnat et contradicit timor fortitudini quam faciat audacia. Tercia ergo non possumus punctualiter attingere medium inter audaciam et timorem, declinandum est ad audaciam que minus repugnat fortitudini quam timor, si volumus facere nosipsos fortes. Declarata sunt ergo illa tria que in principio capituli proponebantur. Ostensum est enim quid est fortitudo, quia est virtus reprimens timores et moderans audacias. Rursus manifestatum est circa que fortitudo, que principaliter est circa pericula bellica, et in reprimendo timores et in sustinendo pugnam, et consequenter autem est circa pericula alia, et in moderando audacias, et in aggrediendo pugnantes. Tercio declaratum fuit quomodo possimus facere nosmetipsos fortes, quia maxime hoc faciemus declinando magis ad audacias, que non tantum repugnant fortitudini sicut timor.

Quot sunt species fortitudinis et secundum quam fortitudinem decet reges et principes esse fortes. C. IIII

Distinguit philosophus tercio Ethicorum capitulo de fortitudine septem species sive septem maneries fortitudinis. Prima est fortitudo civilis. Secunda servilis. Tercia militaris. Quarta furiosa. Quinta consuetudinalis. Sexta bestialis. Septima est fortitudo virtuosa.

Fortitudo enim civilis est qua aliquis timens verecundiam et volens honores adipisci aggreditur aliqua terribilia. Unde ait philosophus quod circa hanc fortitudinem fortissimi videntur esse apud illas gentes apud quas inhonorati timidi sunt, fortes vero honorantur. Hoc modo ut idem philosophus ait hector fortis erat qui timens increpationes pollimedis aggrediebatur terribilia. Dicebat enim quod si fugeret polimedes qui erat ex parte adversa primum sibi increpationes imponeret. Sic etiam ut idem philosophus recitat Diomedes hoc modo fortis erat. Dicebat enim quod si non strenue bellaret hector laudans se in contionibus diceret diomedem a se devictum esse. Recte autem hec fortitudo dicitur civilis quia inter cognitos et notos quis magis fugit obprobria et querit honores. Videmus enim aliquos cum fuerint in ignotis partibus committere aliqua turpia que inter cognitos et notos nullatenus attentarent. Secunda fortitudo dicitur similis et hec peior est, ut cum aliquis non vitet obprobria, vel ut consequatur honores, sed timore pene vel aliqua necessitate ductus aggreditur pugnam. Hoc modo multi troianorum timentes hectorem fortes erant. Nam philosophus ait hectorem statuisse quod si quis troianorum in bello fugeret talis appareret quod non esset sufficiens fugare canes. Ad hanc fortitudinem inducuntur plurimi duces exercitus statuentes penam fugientibus faciendo fossatas ne possint propter fugere sed quadam necessitate bellare cogantur. Hoc modo quidam dicitur coegisse suum exercitum ad fortitudinem. Nam cum navibus cum toto suo exercitu transfretasset ne aliquis de suo exercitu haberet materiam fugiendi omnes naves combussit. Tertia fortitudo dicitur militaris et hec est fortitudo experientie. Milites enim per experientiam quam habent de bello multa aggrediuntur que videntur esse terribilia. Nam ut dicit Vegetius in libro de re militari. Nullus attentare dubitat quod se didicisse confidit. Videmus enim aliquos qui audientes solum strepitum armorum fugiunt nescientes discernere quid sit periculosum in bellis et quid non. Milites vero bellorum experti confidentes de sua experientia et cognoscentes bellorum pericula

Aggrediuntur aliqua terribilia ut videantur esse fortes, non tamen propter hoc fortes sunt. Nam tamen adeo invalescat bellum quod excedat eorum expectacionem in fugam convertuntur. Quarta fortitudo dicitur furiosa. Nam aliqui propter furorem et passionem in qua existunt aliquando aggrediuntur pugnam ita ut videantur fortes. Non tamen propter hoc tales fortes existunt, quia fortitudo vera aggreditur pugnam ut plurimum imminet non propter furorem sed propter bonum. Immo si ex furore pugnam quis aggreditur inveniens resistenciam pugnam non sustinet, quia si sit intrepidus propter furorem, tranquillato furore incipit timere et non sustinet bellum sed arripit fugam. Quinta fortitudo est consuetudinalis, accidit enim quod in pluribus bellis fuerunt in quibus forte bene accidit eis ex hac consuetudine, assumunt quandam spem victorie, et accipiunt quandam audaciam bellandi, tales ergo fortes esse videntur, quia aggrediuntur pugnam sperantes de victoria, et non credentes aliquid mali pati. Non tamen vere fortes sunt, quia si inveniant resistenciam, et contra expectata malum aliquod paciantur fugiunt. Sexta fortitudo dicitur esse bestialis, ut cum aliquis ignorans fortitudinem adversarii bellat, ut puta si habitantes in septemtrione sunt fortes et audaces, in meridie vero sunt debiles et timidi, ipsi meridionales aggredientes pugnam cum septemtrionalibus credentes eos esse meridionales, habent fortitudinem bestialem, sunt enim tales quasi bestie inconsiderate aggredientes bellum, non cognoscentes adversariorum potenciam. Septima fortitudo dicitur virtuosa ut cum aliquis non coactione vel furore, vel propter experienciam vel propter ignoranciam aggreditur bellum, sed propter bonum et electione. Reges vero et principes licet habeant in anima fortitudinem scire debeant, ut cognoscant qualis complexionis sunt fortes et quomodo possunt cum adversariis bellare, ipsi tamen debent esse fortes fortitudine virtuosa, ut non exponant gentem suam periculis bellicis, nisi habeant iusta bella, et nisi videant magnum pre vel regni quod ex tali bello consequi possit.

Et quid est temperancia et circa que habet esse et que sunt species eius et quomodo nos ipsos possumus facere temperatos

·VI·

Temperancia inter virtutes cardinales ultimum gradum tenet. Prudencia enim et iusticia principaliores sunt virtutibus moralibus, quia prudencia est in intellectu, iusticia in voluntate. Virtutes morales sunt in appetitu sensitivo et in irascibili et concupiscibili. Appetitus autem sensitivus deficit a voluntate et intellectu. Ideo iusticia et prudencia sunt virtutes principales. Est autem prudencia principalior iusticia, quia ipsa est directiva omnium aliarum virtutum. Fortitudo autem et temperancia licet non sint adeo principales sicut prudencia et iusticia, tamen inter virtutes principales computantur. Nam virtutes moderantes passiones dupliciter racioni deserviunt, prout racioni passiones racioni dupliciter obsistunt. Passiones vero vel obsistunt racioni quia alliciunt nos ad id quod racio vetat, vel ut supra dicebatur obsistunt quia retrahunt nos ab eo quod racio dictat. Inter cetera autem que possunt nos retrahere a bono racionis sunt timores belli et pericula mortis, circa que est fortitudo. Sic eciam inter cetera allicientia nos ad id quod racio vetat sunt venerea et delectabilia in gustu, circa que est temperancia. Fortitudo igitur et temperancia inter principales virtutes computari debent. Est autem fortitudo principalior temperancia, quia magis ordinatur ad bonum commune, ut ad tuicionem regni et ad defensionem patrie. Temperancia autem magis ordinatur ad bonum proprium, ut ad moderacionem sui ipsius. Bonum autem commune divinius est bono proprio. Postquam ergo diximus de prudencia que est principalior quam iusticia, et de iusticia que est principalior fortitudine, et de fortitudine que est principalior ~~iusticia~~ temperancia, restat dicere de ipsa temperancia que inter virtutes principales ultimum gradum tenet. Sciendum tamen quod sicut fortitudo media est inter timores et audacias, quia qui omnia timet non est fortis, nec qui omnia audet, sed qui timet timenda et audet audenda, sic temperancia media est inter delectaciones et insensibilitates. Vocamus enim insensibilem et agrestem qui omnes delectaciones corporales fugit. Insensibilitas ergo est ultra quam racio dictat fugere delectaciones sensibiles. Qui ergo omnes sensibiles delectaciones insequitur intemperatus est; qui autem fugit insensibilis et agrestis est; qui ergo fugit fugienda et prosequitur prosequenda virtuosus et temperatus est. Contingit enim peccare non solum delectaciones sensibiles prosequendo

Sed etiam tas fugiendo. Nam
qui adeo abstineret a cibo et po
tu et ab illicitis delectationibus
sensibilibus quod cum tali abstinen
tia eius vita stare non posset
quia huiusmodi contra rectam racionem
dictat vitiosus dici non posset.
Patet igitur quid est temperancia. Nam
sicut fortitudo est refrenativa timorum
et moderans audacias inter quas
ipsa fortitudo habet esse, sic temp
erancia est refrenans delectationes
sensibiles et moderans insen
sibilitates inter quas habet esse.
Si igitur temperancia delectationes
sensibiles reprimit, videndum est
circa quas delectationes sensibiles
habet esse. Delectationum autem
sensibilium quedam sunt fortes quedam
debiles, quedam nos magis
allicunt quedam minus. Licet
enim sint quinque sensus et circa
sensibilia omnium sensuum contingit
nos delectari, fortiores tamen del
ectationes sunt secundum gustum et
tactum quam secundum visum et au
ditum et odoratum, quod dupplici
ter patet. Primo quia quanto
magis utimur delectabilibus
tanto ardencius et fervencius de
lectamur, magis autem utimur
delectabilibus gustus et tactus quam
delectabilibus aliorum sensuum,
possumus enim videre audire et
odorare distancia, sed non pos
sumus gustare et tangere nisi
nobis coniuncta, ideo in hiis magis de
sensibilibus ardencius et fervenc
tius delectamur. Secundo hoc idem

patet, quia sensibilia gustus et
tactus magis directe et immedi
ate videntur ordinari ad con
servationem nature, ut delecta
bilia gustus ordinantur ad conser
vationem individui, sed delecta
bilia tactus ut matrimonialia
ordinantur ad conservationem speciei. Ideo
forte natura tantam delectationem pos
uit in delectabilibus gustus et
tactus ne periret individuum et
ut salvaretur species. Hic si verum
est circa bonum et difficile pon
enda est principaliter temperancia circa
delectationes gustus et tactus. Secundario
autem est circa delectationes aliorum
sensuum, hec est per accidens, quia
alii sensus per accidens percipiunt
bona delectabilia gustus et tac
tus. Est enim huiusmodi virtus
ut vult philosophus tercio Ethicorum
circa delectabilia illa in quibus
reliqua animalia communicant, re
liqua autem animalia in gustu
et tactu delectantur per se, in aliis
vero sensibilibus delectantur per accidens.
Ipse [?] quod in eodem tercio dicitur quod
canes non gaudent odoribus leporum
sed cibatione, si autem gaudent
odore eorum hoc est quia credunt
se cibare ex illis. Et leo non
gaudet voce bovis nec visione
cervi nisi in quantum per visum
et auditum cognoscat eos pro
pe esse et credit se saturare
ex eis. Est ergo temperancia circa

Delectaciones gustus et tactus, principalius tamen est ista delectaciones tactus, quia homines in illis ardencius delectantur, et ut videtur racionabiliter accidit. Nam delectaciones nutrimentales que sunt per gustum ordinantur ad conservacionem ipsius persone, sed delectaciones matrimoniales que sunt per tactum ordinantur ad procreacionem filiorum et ad conservacionem speciei. Dicemus ergo ut pluries dictum est bonum gentis divinius est quam proprium, racionabiliter videtur egisse natura si in operibus matrimonialibus vehemenciores delectaciones posuit quam in operibus nutrimenti vel forte ideo fecit hoc natura quia unusquisque magis sollicitus est de bono proprio quam de bono alterius. Non igitur oportuit tam vehementes delectaciones ponere in nutrimento quod ordinatur ad bonum proprium et ad conservacionem individui, sicut in matrimonio quod ordinatur ad bonum alterius et ad conservacionem speciei. Sic ergo quia difficilius magis bellandum est et magis insistendum est ut per temperanciam refrenemus delectaciones venereas que sunt per tactum quam nutrimentales que sunt per gustum. Immo in ipsis delectacionibus nutrimentalibus magis delectamur in tactu quam in gustu, comedendo enim et bibendo, ut unusquisque in se ipso experitur, delectamur in lingua ubi regnat gustus, et in gutture ubi non est gustus sed tactus. Et ut manifeste experimur magis delectamur cum cibus aut potus attingit guttur quam cum contingit linguam. Credendum est enim in talibus iudicio gulosorum. Recitat autem Philosophus in tercio Ethicorum de quodam nomine Philothema qui cum esset multum vorax, orabat ut guttur eius longius gruis fieret. Non enim oravit ut lingua eius esset lacior lingua bovis ut magis delectaretur in gustu, sed ut guttur eius esset longius gutture gruis, ut comedendo et bibendo diucius delectaretur per tactum. Ut igitur patet ex habitis temperancia principaliter est circa tactum, et ex consequenti circa gustum, per accidens autem est circa delectabilia aliorum sensuum. Species autem temperancie debemus sumere. Nam sicut spectat ad temperanciam reprimere delectaciones nutrimentales et venereas, quia delectaciones nutrimentales deprimimus si sumus sobrii et abstinentes, venereas vero si sumus casti et pudici, quatuor erunt partes temperancie sive quatuor erunt species ipsius, videlicet sobrietas, abstinencia, castitas et pudicicia.

Nam si volumus intinctales delectationes reprimere oportet nos retrahi a potu et a cibo / temperando nos a potu sumus sobrii / sed qui excedunt in potando sunt ebrii / temperando vero nos a cibo sumus abstinentes / abstinencia ergo et sobrietas refrenant in respiciendo delectationes intinctales / Sed castitas et pudicicia venereas delectationes refrenat / Oportet enim regem temperatum non solum vitare opera venerea sed gestus / prout ergo abstinet ab operibus venereis dicitur esse castus / sed prout vitat et horret etiam ipsos gestus incitantes ad venerea dicitur esse honestus sive pudicus. Visis viis de levi patet quomodo nos ipsos possumus facere temperatos / Nam temperancia et fortitudo circa contraria se habent / fortitudo enim est in aggrediendo terribilia / sed temperancia est in retrahendo se ab hiis que sunt delectabilia. Sicut ergo fortitudo magis convenit cum audacia / et si volumus esse fortes debemus esse magis audaces quam timidi / sic temperancia magis convenit cum insensibilitate / Si ergo nos ipsos volumus facere esse temperatos / ad illam partem declinandum est ut a delectationibus sensibilibus caveamus / Melius est enim aliquas delectationes etiam licitas vitare quam ad illicitas insequi. Declarata sunt ergo illa quatuor que in principio capituli promittebantur. Primo enim ostendebatur quid est temperancia quia est virtus reprimens delectationes sensibiles / et moderans insensibiles. Secundo vero declarabatur circa que habet esse / quia principaliter habet esse circa tactum et consequenter circa gustum / per accidens vero circa alios sensus / Tercio manifestabatur que et quot sunt species eius / quia quatuor / due moderantes delectationes intinctales ut sobrietas et abstinencia / due vero refrenantes delectationes venereas ut castitas et honestas sive etiam pudicicia / Quarto vero declaratum fuit quomodo possumus nos ipsos facere temperatos / quia hoc maxime facimus a delectationibus abstinendo / debemus enim ut in 2 Ethicorum hoc pati quod senes Troie paciebantur ad Helenam dicentes / abiciamus eam id est non respiciamus in eam.

Capitulum xvi[m] in quo ex probabilibus est esse intemperatum quam timidum et quod maxime decet reges et principes esse temperatos.

P.C.I.

Probat autem philosophus tertio Ethicorum quatuor rationibus quod detestabilius est esse intemperatum quam timidum. Nam quanto aliquis magis voluntarie peccat tanto magis est increpandus. Rursus quanto aliquis facilius potest bonum facere et non bonum facit et magis est detestandus et reprehensibilis. Intemperatus ergo magis est detestandus et reprehensibilis, tum quia magis voluntarie peccat, tum etiam quia facilius est ei facere bonum et acquirere temperanciam quam sit acquirere fortitudinem. Quod autem magis voluntarie peccet intemperatus quam timidus dupliciter potest ostendi. Primo quia insequi voluptates intemperatas est delectabile, fugere autem et timere est tristabile, magis autem quis voluntarie agit quod facit cum delectatione quam quod facit cum tristicia. Peccans igitur per intemperantiam magis voluntarie male agit quam qui peccat ex timore. Secundo hoc idem patet quia ut ait philosophus timor obstupefacit et reddit hominem immobilem et attonitum quod non facit delectatio per intemperantiam. Sed quando aliquis est in stupore est quasi extra se, nec voluntarie et deliberate agit quod agit. Tollerabilius est ergo peccare per timorem quam per intemperanciam cum ergo sit magis voluntarium hoc quam sit illud. Patet ergo intemperatum dupliciter esse magis increpandum quam timidum, quia magis voluntarie male agit. Sic etiam dupliciter potest ostendi magis esse ipsum increpandum quam facilius potest bonum facere. Facilius enim potest acquiri temperancia quam fortitudo. Nam ut in precedenti capitulo dicebatur temperanciam acquirimus abstinendo et refrenando nos a delectationibus sensibilibus. Fortitudinem vero acquirere possumus aggrediendo terribilia et experiendo pugnam. Refrenare autem a delectabilibus potest fieri sine omni periculo, sed aggredi terribile et experiri bella sine periculo fieri non potest. Valde ergo increpandus est carens intemperancia cum tamen sine periculo possit acquirere. Non autem adeo increpandus est carens fortitudine quia virtus illa difficilius et cum maiori periculo acquiritur. Rursus facilius potest acquiri temperancia quam fortitudo, quia multa talia experimur in vita, multociens enim occurrunt nobis delectabilia a quibus abstinendo disponimur ut simus temperati. Non autem sic est de fortitudine. Nam non consimiliter aggressio bellorum facit

Nos fortes nisi bella illa sit iusta / sed toto tempore forte vite hominis non occurret ei unum iustum bellum // Non enim sic possumus assuefieri ad opera fortitudinis sicut ad opera temperancie / Quare exprobrabilius est nos esse intemperatos quam non esse fortes. Si igitur regem non esse virilem et non esse constante animo est exprobrabile / patet quod est exprobrabilius ipsum esse intemperatum et insecutorem passionum. possumus tamen novas raciones adducere ostendentes quam detestabile sit regem intemperatum esse. tangit enim Philosophus tercio Ethicorum de ipsa intemperancia tria / ex quibus tres raciones sumi possunt quod maxime decet reges et principes temperatos esse. Est enim intemperancia ut ibidem tangitur vicium maxime bestiale puerile / turpe sive exprobrabile. Quod autem sit vicium maxime bestiale patet. Nam ut supra dicebatur / temperancia et intemperancia sunt circa delectabilia tactus et gustus secundum quod delectari commune est nobis et brutis. Ideo tercio Ethicorum dicitur quod quia temperancia et intemperancia est circa delectaciones quibus reliqua animalia communicant

ideo intemperati sunt serviles et bestiales. Bestia enim quia deficit in intellectu naturali est quid simile. Si ergo indecens est regem cum est aliis dominatur esse bestialem et similem / indecens est ipsum esse intemperatum. Secundo intemperancia est vicium maxime puerile. Pueri enim qui usum racionis non habent / non vivunt racione sed passione / ergo maxime videmus eos sequi delectabilia / et esse insecutores passionum. Unde Philosophus tercio Ethicorum Concupiscibile enim in quo habet esse vicium intemperancie assimilat puero / quia sicut puer debet regi per pedagogum / sic vis concupiscibilis est refrenanda et regulanda per racionem. Si igitur indecens est esse puerum regem puerum moribus / et non sequi racionem sed passionem / indecens est ipsum esse intemperatum. Tercio hoc est indecens regi / quia huiusmodi vicium maxime est turpe / et contemptibile / Homines enim intemperati quia appetunt turpia et vilia / ideo si in principatu sunt maxime contempnuntur / quia quilibet indignatur regi ab eo qui est intemperatus et non sequitur racionem sed passionem

Quare si decet regiam personam ostendere se reuerendam et honore dignam maxime est indecens eam esse intemperatam. Exemplum autem huius habemus in Sardanapalo Rege qui cum esset totaliter muliebris et deditus intemperancie ut recitatur in antiquis historiis non exhibat se ut liceret colloquia cum baronibus regni sui, sed omnes collocuciones eius erant in cameris ad mulieres et per literas mittebat baronibus et ducibus quid vellet eos facere. Accidit autem quod cum quidam dux exercitus dum ei seruiuisset et fidelis, Rex ille nollet complacere illi duci precepit ut introductum ad ipsum. Dux autem assuetus rebus bellicis videns regem suum et totum mulieb[rem] et bestialem, statim ipsum habuit in contemptu et indignatus de turpitudine eius voluit eum inuadere. Rex autem timens fugit et quia non credebat se posse fugere manus illius ducis clausit se in domo quadam et cum toto thezauro suo et omnibus suppellectilibus suis se concremauit. Sensibiliter enim videmus quod dediti voluptatibus sensibilibus contempnuntur, immo quia intemperati iniuriantur aliis in personis maxime quantum ad uxoribus et in filiabus maxime

prouocant alios quod se. Et quia potissime cauendum est regibus et principibus, ne furor populi irritetur contra eos, ergo maxime expedit eos temperatos esse.

Quid est liberalitas et circa que habet. et quomodo nos possimus facere liberales

Pa II

Enumerabantur superius duodecim virtutes inter quas ut dicebatur quatuor erant cardinales et principales videlicet prudencia, iusticia fortitudo et temperancia. Postquam ergo diximus de hiis quatuor virtutibus, et ostendimus quomodo reges et principes illis virtutibus decet esse ornatos. Reliquum est pertransire de virtutibus aliis. Virtutes autem alie vel respiciunt exteriora bona vel mala. Si exteriora bona, illa vel sunt bona secundum se vel in ordine ad aliud. Primo ergo dicemus de virtutibus respicientibus exteriora bona secundum se. Secundo determinabitur de virtutibus exteriora mala respicientibus, et de respicientibus exteriora bona in ordine ad aliud. Bona autem exteriora vel sunt utilia ut pecunia et diuicie et omnia que numismate mensurari possunt vel sunt honesta ut honores. Primo ergo dicemus de virtutibus respicientibus bona utilia, et postea de respicientibus bona honesta

Incipit eius cognicio inda asen
sa · Cum ergo bona vtilia
sint sensibiliora quam hone
sta · primo determinandum
est de virtutibus bona vtilia re
spicientibus / et circa bona vti
lia ut determinatur libro 4to
ethicorum est duplex virtus / Ma
gnificencia et liberalitas
hee enim virtutes due · respi
ciunt sumptus et pecunias sed
non eodem modo · Nam liberalitas
que alio nomine largitas nun
cupatur dicitur respicere sumptus me
diocres · Magnificencia vero
dicitur respicere magnos sumptus / quod
quid sit intelligendum in pro
secundo patebit · Cum ergo
in faciendo sumptus contingit
deficere · quod facit avariciam /
Et superhabundare quod facit
prodigalitas circa vtrumque
est contrarium regulam racio
nis / Oportet dare virtutem
aliquam mediam inter avari
ciam et prodigalitatem huius
modi autem virtus est liberalit
as · Nam sicut fortitudo quod
est media inter timores et
audacias / ideo est virtus respi
ciens timores et audacias
moderans · Ita liberalitas
quod est media inter avaricias
et prodigalitates · ideo est vir
tus respiciens avaricias / et
prodigalitates moderans /
Consistit autem huius virtus

In recto vsu pecunie / ad
rectum autem vsum pecunie
tria requiruntur · primo quod
non eam accipiat ea vn
de non debet / secundo quod accipiat vn
de debet / tercio expendat prout
debet · Spectat enim ad libera
lem non vsurpare alienos
redditus sed custodire proprios / Na
lis liberalis non diligat
pecuniam propter se / sed ut ea
ordinet ad debitos sumptus / ita
ut possit sumptus facere / non
debet proprios redditus inaniter
dispergere · Non ergo vsurpare
redditus alienos / habere de
bitam curam de proprijs / et ex
eis debitos sumptus facere /
sunt illa circa que videtur
esse liberalitas · Non autem est
circa hec tria pariter et primo
Nam circa expendere et circa
debitos sumptus facere est
liberalitas principaliter et primo
circa autem proprios redditus cu
stodire et circa non accipere
alienos est ex consequenti
vsurpantes enim bona vtilia
et non accipientes de ea sicut debent
nimis videntur pecuniam / propter
quod philosophus quarto Ethicorum
vsurarios lenones et vinctores
de meretricio expoliatores
mortuorum et aleatores
dicit esse turpia lucra

Et omnes tales appellat illib-
erales / Alleator enim et omnis
lusor taxillorum illiberalis est
/ lucratur enim ab amicis quibus
oportet bene facere / Est ergo circa
accipere liberalitas unde non
debet / Non tamen est circa hoc prin-
cipaliter / Nam accipientes unde
non debent magis sunt iniu-
sti quam liberales ut vult phi-
losophus quarto Ethicorum quare non
est liberalitas principaliter circa ac-
cipere unde non debet / Sed est prin-
cipaliter circa expendere quomodo
debet / Nam prius est unum quam
et illud maius / Si enim li-
beralis conservat proprios redditus
et accipit unde debet / hoc i-
deo facit ut possit ex propriis
redditibus bene facere debitos
sumptus et expendere sicut
debet / Merito liberalitas prin-
cipalius est in expendendo / et
in bene faciendo aliis / ex con-
sequenti autem circa custodire proprios
redditus / Et circa non usurpare
alienos. Probat enim philosophus
quarto Ethicorum quinque rationibus
liberalitatem magis esse circa ex-
pendere / et circa bene facere aliis
quam circa proprios redditus custodire
Liberalitas enim ut dictum est est
habitus circa debitum usum pecunie /
Uti autem pecunia est expendere
eam / et tribuere eam aliis /
custodire autem proprios redditus
non est uti pecunia / sed magis

est acquirere et generare ipsam pro-
quod patet liberalitatem magis
esse circa expendere / et circa tribuere
pecunias aliis / quam circa proprios
redditus custodire. Secundo hoc
idem patet / quia ad virtutem prin-
cipalius spectat facere maius
bonum / Maius autem bonum est
bene facere quam bene pati / et bene
operari quam turpia non operari
Qui autem debite expendit / et
aliis bona largitur / bene facit.
custodiens vero proprios redditus / et acci-
piens pecuniam a propriis possessi-
onibus bene patitur / sive bene
recipit / eo modo quo debet / non
usurpans autem aliena non operatur
turpia. Sed quo melius bene agere
quam non male facere vel quam
bene pati / melius bene expendere
quam aliena non usurpare vel
quam propria custodire. Tertio hoc
idem patet / quia circa illud ma-
gis consistit virtus / circa quod con-
surgit maior laus / Maior
autem laus consurgit in bene expe-
dendo quam in custodiendo propria
vel non usurpando aliena /
liberalitas ergo principalius consisti-
in debite expendendo et bene faci-
endo aliis. Quarto hoc idem
patet quia virtus principalius
est circa difficilius. Difficilius
autem est dona aliis tribuere quam
proprios redditus custodire vel quam
aliena non usurpare. Nam
custodire propria et cetera non est difficile

Revera unus quisque naturaliter inclinatur ut se diligat et ut bona custodiat. Dare autem propria bona eciam se difficultatem habet. quia propria bona sunt aliquid ad nos pertinens et naturaliter afficimur ad illa. immo avari adeo afficiuntur ad ista exteriora bona, ut pecuniam quam habent reputant aliquid incorporatum sibi. Videtur enim eis quod quando accipitur pecunia ab eis, quod accipiatur aliquid de proprio corpore. quia ergo propria bona sunt que nobis coniuncta. aliena vero sunt disiuncta. non est adeo difficile non usurpare aliena, atque non ita afficimur quia non sunt nobis coniuncta, sicut est difficile dare propria, ad que magis afficimur quia nobis quodammodo coniunguntur. Expendere eciam debite expendere, et eciam aliis bona tribuere, principaliter consistit liberalitas. tanquam eciam magis difficile. Tercio hoc idem patet. quia cum liberales maxime amentur, eciam illud maxime consistit liberalitas quod quis agendo maxime amatur. Non autem maxime amatur quis si aliena bona non surripiat. vel si propria reddita custodiat. Sed maxime diligitur si ex propriis redditibus debitos sumptus faciet, et bonus et dignus maxima bona tribuat. Circa in bonis expendendo et aliis bona tribuendo principaliter liberalitas consistit. Viso quid est liberalitas. quia est virtus reprimens avaricias et moderans prodigalitates, et ostenso circa que habet esse. quia principaliter est circa debitos sumptus. et circa debitas raciones expenditi aut est in custodiendo redditus proprios. et non in usurpando alienos. de levi patet quo nos possimus fieri liberales. Nam sicut fortitudo. quia plus opponitur timori quam audacie. facimus nos metipsos fortes declinando ad audaciam. ita quod pocius plus audeamus quam timeamus. Sic quia magis liberalitas opponitur avaricie. quam prodigalitati. declinandum est magis ad prodigalitatem quam ad avariciam. et magis debemus superhabundare in dando quam deficere.

Quod Reges et principes quod impossibile est esse prodigos. et quod maxime detestabile est in eos esse avaros. et pro posse decet eos esse liberales.

Volt enim philosophus quarto Ethicorum liberalitatem non esse in multitudine datorum

ceb

PCIIII

Secundum habitum id est in facultate et in voluntate dantis. Nam ut ibidem scribitur nichil prohibet minora dantem uel liberaliorem esse si a minoribus accipiat. Illiberalitas ergo mensuram recipit ex proportione datorum et ad possessiones dantis. Ideo philosophus ait tirannos non esse prodigos quia non videntur posse superhabundare multitudinem possessionis dacionibus et expensis. Quicumque igitur habet tot et tanta recipit quot daciones et expense possessionum multitudine superare non possunt quodammodo prodigos esse non possunt. Reges igitur et principes quia multitudine possessionum superhabundant non solum quod possunt esse prodigi sed vix possunt attingere ut sint liberales. Bene ergo cogitare debent quod minora faciunt quam deceat. Ex hoc autem apparere potest quam indecens sit eos esse avaros. Nam si regimen aliquod dicitur esse naturale debet proporcionari hiis que videmus in natura. In naturalibus enim nichil ociosum ut probant physica dicta. Ergo nec in regimine vite humane aliquid deficere esse debet. Cum autem natura humana modicis sit contenta quia non in persone modica sufficiunt quia si una aliquid persona

II

multitudine diuiciarum superhabundat ociose sunt ille diuicie si non ordinantur ad bonum aliorum. Quanto igitur reges et principes plurimis diuiciis superhabundant tanto detestabilius est eos esse avaros. Probat autem philosophus quarto Ethicorum triplici racione quod avaricia peior est prodigalitate primo quod omne detestabile est reges et principes esse avaros. Cum enim fugienda est avaricia a principibus quod si possent esse prodigi melius esset eos esse prodigos quam avaros. Primo enim quia melius est infirmari morbo curabili quam incurabili. Prodigalitas autem est morbus curabilis uel ab etate uel ab egestate nam qui prodigi sunt in iuventute quia senes avariores se iuvenibus cum veniunt ad senectutem ut plurimum curantur prodigalitas et desinunt esse prodigi. Curari eciam potest ab egestate. Nam qui prodigi sunt ut plurimum egent quia expense superhabundantes redditibus excipiendo igitur indigenciam inducunt ut non sunt prodigi. Est igitur secundum philosophum prodigalitas morbus curabilis uel ab etate uel ab egestate. Sed avaricia est morbus incurabilis quia quanto homines plus procedunt in avaricia

Et quanto plus senescit tanto ma-
gis avarus efficitur. Si ergo
caput regni a quo totum regnum
debet dirigi infectum est cupidita-
te secundum mores morbo in-
curabili omnino detestabile
est regem avarum. patet enim quod
melius esset eum esse prodigum.
Secundo hoc idem patet quia pro-
digalitas magis est consonia
virtuti quam avaricia. Nam
liberalis non libenter recipit
sed libenter dat. quorum utrumque
facit prodigus. neutrum tamen
facit avarus. Non igitur differt
prodigalitas a liberalitate
nisi quia prodigus non dat
ut debet. et quibus debet.
et circumstantia debita. quare cum
prodigus non sit amator pe-
cunie sicut nec liberalis.
De levi quis est sic prodigus
fieri potest liberalis. Si ergo omnino
non decens est esse regem vitio-
sum. tanto detestabilius
est ipsum esse avarum. quam pro-
digum. quanto avaricia plus
contrariatur virtuti quam pro-
digalitas. Tercio hoc est de-
testabilius. quia rex positus est in
regno propter salutem regni. ut
prosit hiis qui in regno sunt.
Avarus autem nulli prodest.
quia eciam sibi ipsi nequam est.
Prodigus autem multis prodest.
omnino ergo detestabile est regem
esse avarum. Viso quod quam

impossibile est esse reges prodigos
et quod detestabile est omnino eos
esse avaros. Restat ostendere
quod deceat eos esse largos. libe-
rales et communicativos. Sciendum
enim vero quod est circa sumptus
per quandam similitudinem dicitur
largitas. liberalitas et com-
municabilitas. Largitas enim
dicitur ad similitudinem vasorum.
vasa enim stricta os habentia
non habundanter emittunt quod
est in eis. habundancius ergo in
sumptibus et dacionibus dicitur
largus. quia ad modum lar-
gi vasis habundanter emittit quod
continet. Cum ergo tanto de-
ceat fontem esse ob largius
quanto ex eo plures participare
debent. tanto decet regem la-
rgiorem esse. quanto influencia
eius ad plures extendi in-
debet quam influencia aliorum.
Secundo huiusmodi virtus dicitur lib-
eralitas. quia pollentes ea
sunt ad similitudinem liberorum.
Avari enim non sunt liberi sed
sunt servi pecunie. Sic igitur
indecens est Reges et principes
esse servos. quemadmodum decet eos esse
liberales. Tercio huiusmodi
virtus dicitur amicabilitas. quia
per eam homines communicant
sua bona. per quam commu-
nicacionem ab aliis potissime
diliguntur. Nam liberales sunt
potissime amabiles. quare

Si maxime decet Reges et principes ut sint dilecti hiis qui sunt in regno maxime decet eos esse liberales. Spectat autem ad liberalem primo respicere quantitatem dati ut non det minus vel plus quam debeat. Secundo debet respicere quibus det ut non det quibus non oportet. Tercio videndum est cuius gratia det ut det boni gratia non aliquam aliam causam. Reges autem et principes vix possunt deviare a liberalitate in dando plus quia magnitudo expensarum vix potest excedere multitudinem redditum. Immo si contingat liberalem dare plus quam debeat ut velit plus modicum tristabitur. Nam magis conatur liberalis si det minus quam debeat vel si non expendat ubi oportet quam si non expendat ubi non oportet. Deviant autem a liberalitate Reges et principes in dando quibus non oportet vel cuius gratia non oportet dare. Etenim ut plus dant histrionibus et adulatoribus vel aliis quibus non oportet dare quia magis deceret esse eos pauperes quam divites. Sic etiam dant cuius gratia non oportet. Non enim dant boni gratia sed magis dant ut laudentur et propter inanem gloriam vel propter aliquam aliam causam. Decet Reges esse liberales et ut liberales sint oportet eos beneficiare bonos et boni gratia.

Quid est magnificencia et circa que habet esse et quomodo possumus nos metipsos magnificos facere. Capitulum XIX.

Dicebatur supra circa sumptus duplicem esse virtutem unam que respicit moderatos sumptus quam liberalitatem vocant. Aliam que respicit sumptus alios magnos quam magnificenciam nominant. Sed cum magis et minus non videntur diversificare speciem et nomen rerum ut velle plus primo posito. Non videtur sufficienter distingui magnificencia a liberalitate per hoc quod hec est circa magnos sumptus illa vero circa mediocres. Sciendum quod quia de racione virtutis est quod sit circa bonum et difficile quia tamen in maioribus sumptibus reperitur specialis racio boni et difficultatis que non reperitur in mediocribus sumptibus dici debet magnificencia que est circa magnos sumptus esse virtutem aliam a liberalitate que est circa mediocres sumptus. Vel possumus dicere quod sumptus ad duo comparari possunt videlicet ad facultates eius qui facit sumptus et ad opera ad que

Illi sumptus expendunt. Erit ergo
circa pecuniam duplex virtus una
que equat dationes et expen
sas facultatibus et hec est libe
ralitas. ideo dicitur esse liberali
tas circa mediocres sumptus non
simpliciter sed per comparationem ad dan
tem et ad facientem sumptus
Ideo largitor multorum posset esse
avarus si illa multa non
equarentur facultatibus dantis
Dicebatur enim supra non esse libe
ralitatem in multitudine d
atorum / liberalis ergo adequat
dationes / et sumptus facultati
bus / sed magnificus vult proportio
nare sumptus operibus / Unde
et nomen accepit ab ipsa factione
et ab ipso opere denominatur
magnificencia / Dicitur enim ma
gnificus quasi magna faciens. In
de est ergo quod quia in quacumque
statu homo sit / et quascumque
facultates habeat / sive mu
ltas sive mediocres / diffici
le est uti bene illis / et bene equare
sumptus facultatibus. Ideo
liberalitas se extendit ad m
ediocres sumptus / Sumptus
enim vel possunt considerari simpliciter
vel ut proportionantur facultatibus
Si autem considerantur sumptus simpliciter
sic liberalitas est circa magnos
sumptus si faciens eos multas
habeat facultates / et etiam
circa mediocres si faciens sumptus
illos mediocres facultatibus

Habundet. Sed si sumptus non
considerentur simpliciter / sed ut proportio
nantur facultatibus / sic libe
ralitas est semper circa mediocres
sumptus. Nam sic parvi sum
ptus sunt mediocres et propor
cionati pauperibus / sic magni sunt
mediocres et proportionati divi
tibus. Cum ergo liberalitas
non respiciat sumptus simpliciter / sed
ut proportionantur facultatibus.
non dicitur circa esse magnos et
mediocres sumptus / sed circa medi
ocres tantum / liberalitas ergo que
respicit sumptus proportionatos fa
cultatibus se extendit ad quas
cumque facultates / quia est in
mediocribus facultatibus / diffi
cile est se habere bene illis. Mag
nificencia enim respiciens sumptus
ut sunt decentes operibus non
respicit quecumque opera / quia
non est difficile facere decentes
sumptus in quibuscumque operibus
sed in magnis. Ideo magni
ficencia a magnis factionibus
et magnis operibus sumpsit nomen
In magnis autem operibus con
tingit aliquos deficere / quia
non intendunt quod magna opera
faciunt sed quod parum expendant
et tales vocantur parvifici.
Aliqui vero etiam in magnis
operibus plus expendunt quam
opera illa requirant / et tales
vocantur consumptores. Philosophus
vero vocat eos Banausos

Id est ignes et fornaces quia ta-
les sicut fornax omnia consumunt
Similiter in operibus faciunt decen-
tes sumptus et tales sunt vir-
tuosi et vocantur magnifici.
Erit igitur magnificencia me-
dia inter parvificenciam et con-
sumpcionem. Sicut liberalitas
est media inter avariciam et pro-
digalitatem. Patet ergo quid
est magnificencia Nam sicut li-
beralitas est reprimens avaricias
et moderans prodigalitates Sic
magnificencia est reprimens parvi-
ficencias et moderans consump-
tiones Et sicut liberalitas
faciens sumptus et dationes
proporcionatas facultatibus Sic
magnificencia est faciens decentes
sumptus magnis operibus Viso
quid est magnificencia re-
stat videre circa que habet esse
Homo enim comparatur ad plura
ad quatuor potest comparari videlicet
ad ipsum deum ad totam civitatem
ad aliquas speciales personas
et ad seipsum Magnificus enim
circa omnia ista decenter se habere
debet. Non tamen eque principaliter
intendere debet circa omnia ista
Nam principaliter et primo homo debet esse
magnificus circa divina con-
stituendo secundum facultates tribuat
templa magnifica sacrificia
honorabilia. preparationes [illegible] dignas
Ideo dicitur quarto Ethicorum quod
honorabiles sumptus quos
debet facere magnificus sunt
circa deum Secundo spectat ad

Magnificum secundum apparet facultates
facere decentes sumptus circa totam
communitatem. Nam ipsum bonum
gentis quodammodo divina sunt
Unde philosophus ait quod dona com-
munia sunt aliquid simile donis
sacratis Bonum enim divinum in
una persona singulari valde
debilis reperitur, sed in tota com-
munitate pulcrius lucescit di-
vinum bonum Tercio magni-
ficus se decenter habere debet circa a-
liquas personas speciales ut cir-
ca personas honore dignas Na-
m hic potissime apparet ma-
gnificencia quando quis magna
facit hiis qui sunt magnis
digni. Quarto debet se habere
decenter magnificus circa personam
propriam. decet enim quis se magni-
fice habere circa magna opera re-
spectu proprie persone Magna autem
opera proprie dici illa que durant
per totam vitam cuiusmodi sunt
domus et edificia Vel que
fiunt raro in tota vita cuiusmodi
sunt nuptie et milicie. De-
cet enim magnificum ut dicitur quarto
Ethicorum habitaciones parare decentes
magnificus dicitur inspicere quod de-
bet facere ad mirabiles et ad diu-
turnos domos quam quod faci-
at eas sophisticas et appar-
entes. Sic eciam decet magni-
ficum nupcias et milicias
et talia que raro occurrunt
magnifice facere. Patet igitur
circa quid est magnificencia
quod est circa sumptus decentes magnis

operibus principalr tn ē circa ma
gnos sumptus impensos er-
ga diuina et circa totā com-
munitatem Ex quo patet q̄ ē
circa magnos sumptus impē-
sos circa personas dignas et circa
scriptum Ostenso quod ē ma-
gnificencia et circa q̄ h̄z ēē
de leui patz quod possimus
nos ipos magnificos facere
Nam sic liberalitati plus con
traria avaricie quam prodiga
litati Sic magnificencia plus
contrariatur paruificencie quam con-
sumpcōni Nos ergo ipos si fa
cultas suppetit faciemus magnifi
cos declinando ad consumpcōz
Ut etiam in magnis operibus
potius superhabundent sumptus
quam deficiant &c

Quod maxime detestabile est reges et principes esse paruificos et quod decet esse magnificos

Tangit autem philosophus quarto
Ethicorum sex proprie
tates ipius paruifici
que si inessent Regibus ma
xime derogarent regie maie
stati Prima proprietas est
quia circa omnia deficit quod
et ipso nomine patet esse enim par-
uificum ē facere paruum et defici
ens Secunda proprietas est
quia si contingat paruificum
etiam magna expendere pro
paruo perdit magnum bonum
Unde et prouerbialiter dicitur
Quod viles homines in nuptiis et
conuiuia perdunt pro denariata pi
peris Dum enim circa magna
conuiuium non faciunt debitos
uel decentes sumptus volentes
parcere modice expense totum
conuiuium indecens reddunt Ter
cia ē quod quecumque facit paruifi
cus semper facit tardans Vide-
mus enim quod remouere pecuniam a
se ē abscidere membra a proprio
corpore Ideo sic dato quod necesse sit
aliquem mutilari et incidit
mutilacionem illam et maxima
tardat et subterfugit quantum po-
test sic dato quod paruificum opor
teat expensas facere tamen illos sum
ptus tardat et subterfugit quantum
potest Quarta ē quod paruifi
cus non intendit qualiter faciet
magnum opus ut qualiter faciat
magnas largiciones uel quo
faciat decentes nupcias sed
tota sua intencio ē quomodo fa
ciat paruos sumptus Est enim
proprietas paruifici ut appreciet
plus pecuniam quam opus ideo
maiorem diligenciam ponit quo-
modo modicum expendat pe-
cuniam quam faciat magnum
opus Quinta eius proprietas
est ut semper expendat cum
tristicia et dolore Dictum
enim quod paruificus reputat ex
teriora que h̄z quasi sibi incor-
porata et quasi pertinencia ad
substanciam suam et quia
sic affigitur ad ea et ita co
-me

tinuat se illis. Adeo sic in in-
cisione corporis per divisionem
continui resultat ibi tristicia
et dolor. Sic in separacione pec-
unie quod fit per expensas,
quia est ibi quedam divisio
continui, eo quod parvificus
reputat suam pecuniam esse
sibi incorporatam et continuatam
non potest eam expendere et eam
a se removere sine tristitia et
dolore. Participat enim in
hoc parvificus cum avaro quia
omnis parvificus avarus est
sicut omnis magnificus libera-
lis. Sexta est quia cum parvi-
ficus nichil faciat virtuo-
sum et quod semper agat maiora
quam debeat, dictum est enim quod
parvificus plus appreciatur
pecuniam quam daciones et sum-
ptus que sunt opera virtutis.
pecuniam enim reputat quid car-
ium. opera vero virtutum estim-
at quid vile et non appreciatur
ea. Cum ergo vix possit ali-
quis tam modicum dare de
tanto, dato eciam quod multum
recipiat de vili, quin videatur
plus dare quam debeat, non
potest parvificus ita modicum sum-
ptum facere circa quecumque
opus quin semper videatur ei quod
agat maiora quam debeat.
Quare si detestabile est regiam
maiestatem circa omnia de-
ficere, magna bona pro modi-
co perdere, semper tardare, et nil
prompte facere, ymaginem inire
de quo faciat magis virtutum

Sed quod modicum expendat,
semper faciat sumptum cum tristitia
et dolore, et cum nil faciat
credit se magna operari, quia
omnia hec valde derogant
regie maiestati, omnino detesta-
bilem est regem esse parvificum.
Quod autem deceat ipsum esse ma-
gnificum, sufficienter probant
superiora dicta, in quibus osten-
dimus circa que magnificencia
habet esse. Dicebatur enim ma-
gnificenciam respicere circa divina
et circa communia, et consequenter
vero circa personas dignas et
circa seipsum. Cum igitur Rex
sit caput regni et sit persona
honorabilius, reverenda et pu-
blica, et ad ipsum pertineat di-
stribuere bona regni, maxime
decet ipsum esse magnificum.
Nam quia est caput regni
et in hoc gerit divinum vesti-
gium, qui est caput et princeps
universi, maxime spectat ad
ipsum se magnifice habere circa
templa facienda vel circa appa-
ratus divinorum. Quia
vero est persona publica, ad quam
ordinatur tota communitas et
totum regnum, maxime spect-
at ad ipsum magnifice se habere
circa bona communia et circa ea
que totum regnum respiciunt.
Rursus quia ad ipsum spectat di-
stribuere bona regni, omnino
decet eum magnifice se habere
circa personas dignas quibus
digne competunt illa bona

Amplius quoniam dictum est Regia persona debet esse reuerenda et honore digna spectat ad regem magnifice se habere ad propriam personam et erga personas sibi coniunctas ut erga vxorem et filios habendo habitaciones honorabiles faciendo nupcias decentes extendendo miliciam ad mirabiles Que sunt proprietates magnifici et quas proprietates illas reges et principes habere debent

XXI

Philosophus quarto Ethicorum capitulo de magnificencia tangit sex proprietates magnifici quas habere debent reges et principes Prima est quia magnificus assimilatur scienti Dicebatur enim spectare ad magnificum in magnis operibus facere decentes sumptus cognoscere autem quibus magnis operibus qui sumptus sint conuenientes esse non potest nisi quis polleat sciencia et intellectu Secunda proprietas magnifici est facere magnos sumptus ut non ostentet se ipsum sed bonum gratia Est enim hic quedam cuilibet virtuti agere non propter fauorem vel propter gloriam hominum sed gracia boni Specialiter tamen hoc decet esse proprium magnificencie Nam cum in operibus magnificis ut cum aliquis magnifice se habet erga cultum diuinum et erga rem publicam et circa personas dignas Maxime ut quis appareat gloriosus et maxime ut quis ab hominibus laudetur difficile est in talibus non querere humanam laudem et quia virtus est circa bonum et difficile Ideo maxime spectat ad magnificum in suis magnificis operibus et distribucionibus finaliter intendere bonum et non fauorem et gloriam hominum Tercia proprietas magnifici est facere sumptus et distribuciones delectabiliter et prompte Nam qui primo quam sumptus faciat diu ratiocinatur et omnes minutas expensas inquirit et non delectabiliter et prompte largitur que largitur decet non est magnificus sed paruificus Ideo dicitur quarto Ethicorum quod diligencia raciocinii est paruifica Quarta est magnificum intendere ut faciat opus optimum et decentissimum quam quale et quantum sumptum faciet ad opus ut si decet aliquis magnificus aliquod templum construere ad honorem diuinum vel aliqua dona conferre personis dignis magis intendat quod templum sit admirabile et quod pulcrum et quod dona illa sint magna et decencia quam quod et quanta numismata oporteat ipsum consumere propter huiusmodi opera Quinta proprietas est quod magnificus

e excellenter liberalis idem
n e magnificum esse quod habun-
danter liberalem. Nam ut
infra patebit magnificencia
est quedam perfectio et quidam
ornatus liberalitatis, sicut
magnanimitas est quedam perfec-
tio et quidam ornatus omnium
virtutum. Cum enim magnifi-
cus sit ille qui in magnis
operibus facit decentes sumptus,
si facere decentes sumptus est esse
liberalem, facere maximos
decentes sumptus quod facit ma-
gnificus est esse maxime libe-
ralem. Sexta proprietas mag-
nifici est ab equali sumptu fa-
cere opus magis magnificum
parvifici enim quia semper inten-
dunt qualiter parcant nummo
ut supra dicebatur, pro modico
multum perdunt. Magnificus
vero tamen non est cure de parco-
cinio ab equali sumptu facit
opus magis magnificum
quia non parcit decentibus
sumptibus. Contingit enim
avarum plus expendere in a-
liquo negocio quam liberalem,
tamen quia semper nititur au-
arus aliquas decentes expen-
sas subterfugere, si modice sint
et parvi valoris, ideo opera
ubi multum expendit viliter
facit. Sed magnificus ab equali sumptu
vel etiam aliquo minori
liberalius vel magnificentius
facit decentius opus quam par-
vificus vel avarus. Has autem
proprietates debere inesse regibus et
principibus videre non est diffici-
le. Ipsi enim maxime debe-
rent esse scientes et considerantes
qui sumptus quibus operibus de-
ceant. Ad eos autem maxime
spectat facere magnas largi-
tiones et excellentes sumptus
boni gratia. Ipsi maxime de-
bent bonum intendere, quia totum
regnum debet in bonum dirigere.
Sic etiam ad eos spectat delect-
abiliter et prompte sumptus facere.
Nam ut supra dicebatur per
modicorum nimia attentio est ocio-
se sunt divicie, nisi ex eis
fiant debite largitiones et
decentes sumptus. Quanto
igitur reges et principes magis
habundant facultatibus et divi-
ciis, tanto magis debent eas
ampliores retribuciones facere
et magis delectabiliter et pro-
mpte expendere. Debent enim
reges et principes magis inten-
dere quomodo faciant excellencia
opera virtutum, quam quomodo par-
cant nummis et expensis.
Oportet etiam eos excellentes
esse liberales, et semper facere
magnifica. Omnes ergo proprieta-
tes magnifici per amplius et
perfectius decet ipsos reges habere.
Unde et plus quam alios Ethicorum
velit, quod non decet posset esse ma-

cumficus qr no cuilibz pt face
magnos sūptus s ut ibidē
dr tales oportet ee nobi
les et gloriosos Quare quāto
rex ē nobilius alijs tanto
decet ipm magis posse ma
gnificencia et hēre ꝓprietates
magnifici

XXII Quid ē mag nimitas et circa que hzt esse et quomodo possim nos metipsos magnimos facere

Bonorum exteriorum ut
sup̄ dicebatur quedam sunt utilia ut
pecunie et numismata quorum
pt mensurari numismate
quedam vero sunt bona ho
nesta cuiusmodi sunt honores
Sicut igr̄ circa ipa bona uti
lia ē duplex vtus vna re
spiciens magnos sumptus ut
magnificencia et alia q̄
respicit mediocres ut libe
ralitas Sic circa ipa bona
honesta ē duplex vtus vn
a que respicit magnos h
onores ut magnimitas
et alia q̄ respicit medio
cres que cum nomine pē
dicī honoris amatiua In
magnis aut honoribus gē
se pt hīe triplr̄ Nam qdā
in talibus deficiunt ut pusil
animes quidā vo supha
bundant ut ꝓsumptuosi
quidā aut se hīt ut decz
ut magnanimi Videmus
cīm aliquos aptos ad mag
potentes mag et ardua de
re Quadam aut pusil
animitate ducti retrahunt
se ab huiusmodi dictis magnis
Tales g° in talibus deficiunt
Et quidā econuerso superhabun
dant in talibus ingerentes se
ad aliqua que ꝑplere digne
no pnt quos phus vocat
Caymotes id est fumosos uel
ventosos Nos aut ꝓsump
tuosos eos vocare possimus
Magnimus g° medius est
inter pusillanimem et ꝓsump
tuosum Non enim se tra
hit ab arduis operibus que
digne pt agere ut pusillanimis
Nec se ingerit ad ea que
digne ꝑplere no pt ut ꝓsump
tuosus Quare manifeste pz
quid sit magnimitas Nam
sic liberalitas quia ē med
ia inter auaricias et ꝓdigali
tate ideo ē vtus quedam re
primens auaricias et moderās
prodigalitatem Sic magni
mitas quia ē media inter
pusillanimitatem et ꝓsumpcōnem
Est vtus quedam reprimens
pusillanimitatem et mode
rans ꝓsumpcōnem Viso q̄
sit magnimitas de leui
patz circa que hzt ee Vide
aut phus dicto Ethicorum
vellem magnanimitatem
esse circa honores circa dum

tias et principatus et vniuersa-
liter circa omnia fortunia et
infortunia. Non tamen est eque
principaliter circa ista. Nam mag-
nanimitas principaliter est circa honores
et non circa honores quoscumque
sed circa honores magnos et
consequenter autem est circa diuitias
et principatus et circa fortunia
et infortunia. Nam secundum phi-
losophum inter bona exteriora
maximum est honor. Diui-
tie enim et principatus et ali-
a exteriora bona non sunt
tantum bonum sicut honor quia
ut plurimum homines hec or-
dinant ut consequantur honores.
Sic ergo dicebatur de fortitu-
dine quod principaliter erat circa pe-
ricula bellica quia illa
sunt difficiliora et consequenter
autem erat circa pericula alia
ita quod fortis etiam in aliis
periculis detinet se bene. sic
magnanimitas principaliter est circa
honores tamquam circa bona ma-
xima exteriora et consequen-
ter circa diuitias et princi-
patus et circa alia exteriora.
Ita magnanimus detinet se
bene in possidendo diuitias
et principatus et in tollerando
fortunia et infortunia.
Magnanimus enim est sicut bonus
tetragonus qui numquam deicitur
si enim honoratur vel si
magis et fortunia occurrunt
non extollitur. Si autem in hono-
ratur et magis infortunia
veniant super ipsum non deicitur.
In quolibet enim statu nouit
magnanimus se detinere bene.
Ad pusillanimitatem enim per-
tinet nescire fortunas fer-
re. Nam Andronicus peri-
pateticus ait opus pusillanimi-
tatis esse quod neque honores
neque in honore neque bona
fortunia neque infortunia
possunt ferre. Sed honoratum
quidem intumescere et paruis
bonis fortunatum extolli. Osten-
so quid sit magnanimitas et
circa que habet esse restat o-
stendere quid nos reddat pos-
simus magnanimos facere. In-
ter cetera autem que nos ad
magnanimitatem trahunt est
parum appreciare exteriora bo-
na quecumque sint illa siue
sint honores siue principatus
siue diuitie siue quecumque
huiusmodi alia bona. Certum
est enim pusillanimitatem nescire
fortunas ferre. Sed ex modico
fortunio extolli et infortu-
nio vero deprimi. Magnanimus
quidem non sic. sed ut dicebatur
nouit fortunas ferre et in
quolibet statu sic se detinere
bene. Causa autem quare quis
nescit fortunas ferre se

Quia nimis apreciatur exteriora . ideo quando de huiusmodi bonis acquisiuit videtur ei totum acquisiuisse et intumescit . Quando vero aliquid de eis perdit, videtur ei totum perdidisse et deicitur. Quare si apreciamur opera virtutum, et non apreciamur exteriora bona nisi inquantum sunt organa ad virtutes, erimus magnanimi et strenuus fortunas ferre. Nam si augebimur in diuiciis et exterioribus bonis non extollemur, cum non reputemus talia esse simpliciter maxima bona. Et si contingat nos infortunari taliter decenter tollerabimus cum non multum reputemus ipsa.

Que sunt proprietates magnanimi et quod decet reges et principes magnanimos esse. XVIII

Recitat autem philosophus quarto Ethicorum, multas proprietates magnanimi inter quas enumerare possumus sex, quas reges et principes habere debent. Ut sit prima proprietas magnanimi, bene se habere circa pericula, bene autem se habere circa ea, est non esse amatorem periculorum, nec se exponere pro paruis periculis sive pro magnis, immo pluribus ex quibus potest consurgere magna utilitas. Cum autem se exponit periculis adeo debet esse constans in suis negociis, ut etiam si viderit expedire non parcat vite, ut ait philosophus quarto Ethicorum. Secundo oportet magnanimum bene se habere circa retribuciones. Magnanimus enim parum appreciatur exteriora bona et multum appreciatur opera virtutum. Propter quod quia esse plurium retributivum est facere opera virtutum. Conuenit magnanimo esse plurium retributivum ut dicitur quarto Ethicorum. Tercio spectat ad ipsum esse paucorum operativum. Dictum est enim magnanimum esse circa magna ut circa ea ex quibus consurgere potest magnus honor, talia autem non multociens occurrunt. Ideo decet magnanimum paucorum esse operativum. Quarto decet magnanimum esse apertum ut sit veridicus et sit manifestus oditor et amator, et magis curans de veritate quam de opinione, ut vult philosophus tercio Ethicorum. Quinto spectat ad magnanimum ut non sit ei cure quod laudetur, nec quod alii vituperentur. Nam cum talia inter exteriora bona computentur, ipse non multum curet de eis, propria ut dicebatur modicum appreciatur exteriora bona. Sexto spectat ad ipsum non esse planctivum neque deprecativum. Et maxime non debet esse

talis respectu exteriorum bonorum. Qui enim conqueritur de exterioribus bonis vel aliquas deperdit ea acquirere quodammodo pusillanimis est quia nimis appreciatur exteriora bona dicit Seneca. Quod insultare cum quis periculis comparatur. Haec autem propterea narratas a philosopho si bene intelligantur decet habere reges et principes. Decet enim reges non se exponere propinquissimis periculis nisi pro negotiis arduis ut pro defensione fidei vel pro tuitione regni. Si vero occurrat casus adeo arduus quod rex suam gentem vel se ipsum debeat exponere periculis ita debet esse constans et magnanimus ut pro bono communi et cum patriae sit vitam exponere. Secundo decet reges et principes esse plurimum retributivos quia quanto sunt in altiori gradu quam alii et quanto plus affluunt divitiis quam alii tanto in operibus virtutum et in retributionibus debent alios superare. Tertio decet eos esse paucorum operativos negotia enim ardua pauca sunt respectu aliorum. Non autem decet reges et principes omnia negotia quantumcumque modica expedire per se ipsos nec decet eos omnium operativos esse sed ut possint liberius intendere expeditioni negotiorum magnorum quae sunt pauca debent alia minora negotia aliis committere quae sunt multa. Quarto decet eos esse apertos et esse veridicos cum sint regula aliorum quam obliquari et falsificari non decet. Decet etiam eos esse manifestos osores et amatores ut manifeste odiant vitia persequantur malos et non permittant maleficos vivere et aperte diligant bonos et honorent eos quia hoc modo maxime inducent totum populum sibi commissum ut sit iustus et virtuosus. Quinto decet reges et principes non curare ut laudentur ab hominibus. Nam positi in dignitatibus multos habent adulatores et loquentes eis placentia. Si autem talibus adulatoribus credant contingit eos non agere secundum legem et rationem sed secundum passionem et voluntatem. Tanto igitur reges et principes et universaliter omnes existentes in dignitatibus minus debent curare de laude hominum quanto plures habent adulatores qui eos laudando conantur eos pervertere. Sexto quia reges et principes debent sibi esse sufficientes in exterioribus bonis

Ut declarabitur in parte tertio ubi
agetur de regimine regni igitur
nos decet eos esse plangitinos
neque depredatinos, prout contrario
ribus bonis. Omnes ergo assig
natas proprietates competere decet
regibus et principibus, quare
decet eos esse magnanimos

Quod decet reges et principes esse amatores honorum et qualis est virtus illa que dicitur honoris amativa

Capitulum IIII

Amatores honoris
alii vituperantur
alii vero laudantur
ut vult philosophus quarto
Ethicorum. Increpamus enim
aliquos, si quos dicimus vide
mus non curare de honore
suo. Rursus quia vituperamus
ambitiosos laudamus non
curantes de honore suo.
Curare igitur de honore suo prout
uno modo est laudabile, alio
modo est vituperabile. Non
curare de honore, quia non
vult facere opera honore digna
est vituperabile. Nobis igitur
decet esse curare de honore, non
quod simus ambitiosi, nec quod
finem nostrum ponamus in hono
ribus, sed quod agamus opera ho
nore digna. Opera autem ho
nore digna dupliciter considerari
possunt. Vel ut sunt proportionata
nobis, vel ut sunt digna
magno honore. Sicut enim
circa sumptus due sunt virtu
tes videlicet liberalitas que
respicit sumptus ut sunt me
diocres et ut sunt proportionati
nobis. Et magnificentia
que respicit sumptus ut sunt
magni et ut ordinantur
ad opera magna. Sic etiam ho
noris est duplex virtus. Una
que respicit honores medi
ocres et ut sunt proportionati
nobis, et hec a philosopho dicitur
honoris amativa. Alia
est que respicit magnos honores
ut magnanimitas. Eadem
ergo opera possunt esse aliarum
virtutum et magnanimitatis.
Nam agens opera virtutis et
aggrediens pugnam, si hoc
facit quia delectatur in talibus
operibus actibus fortis est. Si vero
hoc agat quia talia opera
sunt magno honore digna
magnanimus est. Sic etiam si a
gat opera castitatis quia de
lectatur in eis castus et tem
peratus est. Sed si hoc agat quia
sunt honore magno digna
magnanimus est. Ideo proprie materia
magnanimitatis non sunt peri
cula bellica, sed talia sunt
materia fortitudinis. Nec de
lectabilia sunt secundum
se, quia talia circa versatur
temperantia. Sed propria m
ateria magnanimitatis
dicitur esse honor quia

Quecumque agit magnanimus agit ea prout sunt magno honore digna. Magnanimitas ergo ut dicitur quarto Ethicorum est quidam ornatus omnium virtutum. Nam sicut magnificencia est quidam ornatus liberalitatis, sic excellenciori modo magnanimitas est ornatus omnium virtutum. Nam opera omnium virtutum sunt ex honore digna. Sed circa magnanimus operabitur opera singularum virtutum. Ideo dicitur quarto Ethicorum, quod non congruit magnanimo fugere commonentem quod est actus prudentie nec facere iniusta quod pertinet ad iniusticiam, operatur ergo magnanimus opera aliarum virtutum ut ea faciet excellenter. Nam cum inter exteriora bona sit honor plus excellens, faciens opera virtutum in quantum sunt honore digna excellenciori modo facit ea quam si ageret talia opera, quia delectabiliter in illis. Recte ergo magnanimitas dicitur omnes virtutes maiores facere, et dicatur omnes perficere et ornare. Quia actus earum per magnitudinem faciunt excellencius, ornatius et magis perfecte. Viso ergo quid est magnanimitas et qualiter se habet ad virtutes alias. Restat videre qualis sit illa virtus de qua

nunc intendimus que dicitur honoris amativa. Nam sicut circa opera ipsius est aliarum virtutum et magnanimitatis, sic eadem pertinet esse opera aliarum virtutum et honoris amative. Opera enim aliarum virtutum ut sunt magno honore digna pertinet ad magnanimitatem. Sed ut sunt proporcionata nobis et ut ordinantur ad mediocres honores pertinet ad virtutem que dicitur amativa honoris. Sicut enim decet Reges et principes esse magnificos et liberales, sic decet eos esse magnanimos et honoris amativos. Reges et principes decet honores diligere modo quo dictum est videlicet ut diligant et faciant facere opera que sunt honore digna. Videtur enim amativa honoris se habere ad magnanimitatem sicut formositas corporalis se habet ad pulcritudinem. Parvi enim si habent membra bene proporcionata et conformia sunt formosi, non tamen sunt pulcri, quia pulcritudo non est nisi in magno corpore. Sic facientes opera mediocri honore digna dicuntur honoris amativi, tamen tunc proprie sunt magnanimi, qui agunt opera magno honore digna, ut ergo Reges et principes sint in he-

gociis arduis nec mediocribus
faciant aliquid turpe sed ut
semper agant opera honore
digna. Bene dictum est quod decet
eos esse magnanimos et ho-
noris amativos

Et humilitas dici potest amativa et quod omnis magnanimus est humilis

xx. ca.

Philosophus quarto
Ethicorum mediocri-
ter se ingerentem ho-
noribus non appellat mag-
nanimum sed temperatum. Er-
go sicut temperantia in honoribus
sic idem quod sit humilitatem.
Virtutem illam de qua loquitur philosophus
quam appellat honoris a-
mativam quia tendit in me-
diocritate ut videtur quedam
humilitas dici potest. Ex sic
dictis quedam dubitaciones
insurgunt. Nam omnis mag-
nanimus est honoris amativus
sicut omnis magnificus est lib-
eralis. Si igitur honoris
amativa esset quedam hu-
milistas omnis magnanimus
esset humilis quod videtur
esse oppositum in adiecto quia
humilis alios reveretur, ma-
gnanimus vero ut dicitur quarto E-
thicorum alios despicit. Sci-
endum ergo quod si omnis ma-
gnanimus non esset humilis

Non dedissemus principibus
congruum documentum quia
docuissemus eos esse sine
virtutibus. Cum virtutes si-
ne humilitate esse non possint
ad plenam ergo declaracionem ve-
ritatis ostendendum est quod
sine humilitate non potest
esse magnanimitas. Magna-
nimitas autem et humili-
tas et huiusmodi virtutes mo-
rales esse habent circa passiones.
In tantum ergo virtutes dicte sunt bone et in
racionabiles quia moderantur
passiones magis ne devi-
emus a bono racionis. Sed
quod passiones nos deviare
faciunt a bono racionis du-
pliciter contingit ut supra
dicebatur. Primo prout pa-
ssiones nos inclinant ad id
quod racio vetat. Secundo
prout nos retrahunt ab eo
quod racio dictat. Quando igitur
nos passiones inclinant ad
aliquid quod est contra racionem
indigemus virtute retrahente
ut patet in temperancia per
quam retrahimur a delectacioni-
bus sensibilibus. Cum vero pa-
ssiones nos retrahunt quod ratio
dictat, non indigemus virtu-
te retrahente sed magis im-
pellente ut patet de fortitu-
dine que magis impellit

nos [?] ad pericula bellica
que nos retrahit ab illis
Cum ergo retrahere et impell-
ere sint quodammodo opp-
osita et formaliter differant
eque proprie et perfecte non
est eadem virtus retrahens et
impellens nec est eadem virtus
per naturam moderans passiones
impellentes nos ad ea que
ratio vetat et retrahentes
ab eo quod ratio dictat
Unde est igitur quod si virtus
et id aliter et aliter accep-
tum nos retrahit et impe-
llit opportebat etiam idem
dare duas virtutes unam
impellentem et aliam retr-
ahentem Videmus autem
quod magnanimitas est circa
tracta magnos honores
Magnus autem honor quo-
dammodo est magnum bonum
Magnum autem bonum ratione
qua magnum est nos retr-
ahit ne prosequamur illud
ratione difficultatis prout
vero bonum est nos allicit ut
tendamus in ipsum ergo circa
magnos honores et circa
magna bona dupliciter
contingit peccare Primo si
ultra quam ratio dictat pro-
sequimur ea inquantum bona sunt
Secundo si infra quam
ratio dictet retrahamus
nos ab illis eo quod ardua

Et difficilia sunt quare
circa talia duplici virtute
indigemus Una impelle-
re nos ne retrahamur propter
difficultatem et est magna-
nimitas et alia retra-
hente nos ne ultra ra-
tionem tendamus in illa pro-
secutione boni et hec est humili-
tas Omnis ergo magnanimus
humilis est Nam
tum impossibile est esse magna-
nimum non ente bono ut
probat philosophus quarto Ethicorum
Nullus autem bonus sit quod
si ultra quam ratio dictet
prosequitur honores cum
magnanimitas impellat
nos in magna bona ne
retrahamur ratione difficultatis
opportet quod ei sit annexa
humilitas ne ultra quam
ratio dictet in ea tendamus
ratione boni Alias enim
magnanimus esset vitiosus
Tendere igitur in magnos
honores et ad magna bona
esse potest a magnanimitate et
ab humilitate non tamen in
ratione eadem Nam prout te-
dendo in magna bona non
retrahimur propter difficultatem
sumus magnanimi sed prout
ea non prosequimur ultra quam
ratio dictet ratione bonitatis
sumus humiles Videtur ergo

Magnanimitas ab humilitate in duobus. Primo quia magnanimitas ut magnanimitas proprie repellit et excessum rectificat. Ideo magnanimus debet alios despicere, non quia aliis vitiose immiscetur, sed quia est tanti cordis, et sic impellitur a virtute, ut potius despiciat opera et vana hominum, quam velit propterea desistere ab operibus virtuosis. Humilitas autem contrario proprie reprimit extollentiam. Ideo humilis est alios reveretur, quia considerans proprios defectus in rebus licitis et honestis alios reveretur. Secundo haec differt ab illa, quia magnanimitas proprie ~~desperat~~ ~~moderationem~~ imo debet desperationem, ne aliquis propter difficultatem desperet tendendo in opera magno honore digna. Humilitas vero proprie moderat ipsam spem, ne aliquis nimis speret de proprio bono, ultra propter prosequitur honores magnos. Erit igitur omnis magnanimus humilis modo quo dictum est, idem quod mediocris est honoris amativa.

Prima ista differentia humilitatis, quod moderat spem adipiscendi honores magnos, mediocriter tendit in honores illos. Utrum autem humilitas sit idem quod simpliciter quod diligit mediocres honores, vel utrum sit simpliciter unum idem cum virtute illa, quam philosophus distinguens a magnanimitate appellat honoris amativam, non est presentis speculationis. Sed si contingat nos in moralibus ulterius exponere, ostendemus virtutem de qua loquitur philosophus non esse per omnem modum eandem cum humilitate, quia illa de qua loquitur philosophus quam ut dictum est tendit in mediocres honores, magis est in appetitu sensitivo, humilitas vero magis est in intellectivo.

Quid est humilitas et circa que habet esse et quod decet reges et principes esse humiles. Ca. VII

Satis est perhabita manifestum humilitatem a magnanimitate differre. Nam licet una et eadem virtus reformat superhabundantias et moderet defectus, nichilominus tamen quia proprie habet duo eadem virtuti competere pertinet. Spectat igitur ad magnanimitatem reprimere desperationem, ne desperans

de bonis arduis et spectat ad ipsam moderare spes ne ultra quam ratio dictet tendamus in illa. non tamen concernit principaliter utrumque. Nam cum magnanimi sit tendere in magna magnanimitas est magis virtus impellens magis quam retrahens nos ab illis. Principaliter ergo magnanimitas reprimit desperationem ne retrahamur ab arduis et ex consequenti moderatur spem ne preter rationem tendamus in illa. Humilitas ergo econtrario se habet ut supra diffusius dicebatur. Quare cum distincta sit humilitas utraque ab illa videndum est quid sit singulis utriusque.

Sciendum igitur quod sicut circa magnanimitatem contingit habundare et deficere sic et circa humilitatem habet esse. Nam ut patet ex dictis magnanimitas est virtus nos impellens ne ratione difficultatis retrahamur ut non prosequamur opera magno homine digna. Contingit magis in hoc aliquem superhabundare ut presumptuosi presumentes magis ardua quam debeant. Quidam vero deficiunt ut pusillanimes. Ideo magnanimitas est media inter presumptiones et pusillanimitates. Sic ergo ex dictis patet quod humilitas est virtus nos retrahens ne ratione boni et delectationis que est in rebus honorificis prosequamur ea ultra quam ratio dictat. In hac igitur aliqui superhabundant ut superbi prosequentes excellentias et honores ultra quam debeant. Aliqui vero deficiunt quia se deiciunt ultra quam debeant. Et illi qui nec contemnunt homines nec contemnunt opera homine digna quod non humilitatis sed magis est vilitatis et miserie.

Erit igitur humilitas inter media superbiam et deiectionem sicut magnanimitas est media inter presumptionem et pusillanimitatem. Propter quod est humilitas de levi patet circa quod habet esse. Intendit enim humilitas reprimere superbias et moderare deiectiones. Erit ergo humilitas circa superbias et delectationes non tamen est circa hec concernens principaliter. Nam humilitas principaliter intendit reprimere superbias ex consequenti vero moderare delectationes. Est igitur hic notabiliter attendendum quod cum virtus sit magis retrahens quam impellens principaliter opponitur superhabundantie per quam impellimur et ex consequenti defectui per quem retrahimur. Sed cum magnanimitas magis est virtus impellens quam retrahens econtrario se habet quia tunc principaliter opponitur defectui per quem retrahimur ex consequenti vero opponitur excellentie per quam impellimur. Magnanimitas ergo quia est virtus impellens in ardua bona magis opponitur pusillanimitati que est defectus nos retrahens a talibus bonis. Quia presumptionem que est excellens impellens nos in illa. Sed humilitas econtrario quod est virtus retrahens ne ultra rationem prosequamur

Sexcellencias et honores principalius oppo(situm) superbie que super-
habundat in talibus, ex con-
sequenti videtur contraria deiectioni.
Agendo enim opera honore
digna non solum attingit pec-
catum per superbiam, sed eciam deiectionem.
Nam si quis ultra quam sinus
status exigat preter racionem et no-
tabiliter se deiceret vel esset vi-
lis seu deiectus ut bestia quia
suum statum non cognosceret, vel
eciam esset superbus et iactator.
Nam aliqui ex hoc querunt excellen-
ciam et iactanciam deiciendo se
ultra quam deceat. Unde philosophus
quarto Ethicorum quandam gentem
grecam lathonienses scilicet iac-
tatores et superbos appellat, qui
ultra quam eorum status requireret
vilibus induebantur credentes ex hoc
in quendam honorem et in quas-
dam excellencias consurgere. Unde
ibidem scribitur quod superhabundan-
cia et valde defectus est quid
iactativum. Ipsa ergo est humi-
litas quia et preservat et eciam re-
pressionem superbie et ex consequenti
eciam moderacionem deiectionis. Re-
stat videre quod decet reges et prin-
cipes esse humiles quod dupliciter pro-
bare possumus. Prima sumitur
ex parte magnanimitatis, secunda
vero ex parte operum fiendorum. Os-
tendebatur enim supra quod nullus esset ve-
re magnanimus nisi esset bonus et
humilis quia magnanimitati est anne-
xa humilitas. Cum ergo deceat reges
et principes esse magnanimos

decet eos esse humiles. Debent
enim reges se gerere opera h-
onore digna non ultra quam eos
deceret, sed ut decet eorum statum
quod faciunt humiles se quod tamen suam
felicitatem non ponant in excellen-
cia honoris quod faciunt superbi.
Debent enim agere opera bona et
honore digna bona gracia et non ut osten-
tent se ut videantur excellere.
Secundo decet eos esse humiles
racione operum fiendorum. Nam super-
bus querens suam excellenciam
ultra quam debeat ut plurimum
tendit ad ea que proprias vires ex-
cellunt. Ideo decet homines esse
humiles ut considerato proprio defectu
vel propria facultate non tendant
in ardua ultra quam debeant
ut plurimum enim superbi et ultra
racionem excellenciam querentes se et
alios exponunt periculis non va-
lentes adimplere quod inchoant.
Tanto ergo reges et principes debent
a se superbiam removere quanto pe-
ius est bona communia periculis expo-
nere. Superbus enim dominus ut
plurimum periclitator efficitur po-
pulorum. Quid est mag-
nificencia et circa que habet
esse et quod decet reges et
principes esse magnificos.

XXVIII

Postquam determinavimus
de virtutibus respicienti-
bus exteriora bona
et quomodo ostendimus reges
et principes decet ornari virtutibus

Nullis Restat dicere de mansuetudine que restringit extrema in ira. Dicebatur enim supra quod circa quecumque contingit peccare et bene agere vel contingit habundare et deficere, oportet igitur dare aliquam virtutem per quam dirigamur ad bene agendum reprimentem defectus et moderantem superfluitates. In vindicando autem exteriora mala ab aliis facta vel quidam superhabundant ut iracundi nimis sitientes vindictam. Nam ex hoc ira provenit quia petimus vindictam quando enim specialiter mala illata vindictam aut punitionem appetit, cum hoc vehementer appetit accenditur eius sanguis circa cor quo accenso nascitur. Quidam quos sunt irascibiles et superhabundant in cupiendo vindictam, quidam vero sunt inirascibiles omnes iniurias dissimulantes, quorum neutrum bonum est. Irasci enim cuilibet semper et de quolibet vindictam expetere quod faciunt iracundi vituperabile est. Rursus numquam irasci et nullos velle aliquem puniri non est laudabile quia est agere preter ordinem rationis. Ratio enim dictat puniendos aliquos et faciendas et quod est irascendum cui debetur et quantum et quando. Irasci enim loco et tempore est virtutis opus. Sic ergo in passionibus ire et in appetendo punitiones et vindictas contingit superhabundare et deficere, oportet ibi dare virtutem aliquam reprimentem superhabundantias et moderantem defectus. Hec autem est mansuetudo. Patet igitur quid est mansuetudo quia sicut fortitudo est media inter timores et audacias, sic mansuetudo est media inter iram et quandam oppinam vindictam et inirascibilitatem per quam condempnamus mala nobis illata. Ille etiam est mitis qui nec de omnibus cupit vindictam nec intantum deficit a punitione quod nullos velit alios puniri, sed est ordinatus et punitus secundum ordinem rationis. Sicut ergo fortitudo reprimit timores et moderat audacias, sic mansuetudo reprimit iras et moderat irascibilitates. Viso quid est mansuetudo de levi patet circa que habet esse. Est enim ut dictum est circa iras et circa oppositum ire et circa inirascibilitates, principaliter tamen est circa iras. Mansuetudo enim principaliter et primo intendit reprimere iras, ex consequenti autem intendit moderari passiones oppositas ire. Nam est naturale nobis ut ex malis nobis illatis appetamus punitionem et vindictam. Rursus quia malum proprium magis videtur esse medicum quam videatur nobis esse alienum, non solum naturaliter inclinamur ut velimus puniri inferentes nobis aliqua mala, sed etiam quodammodo naturale est nobis appetere punitionem ultra condignum. Nam quia malum nobis illatum videtur nobis magis esse quam sit, iniuriatores magis quam puniri volumus quam sint puniendi. Difficile est quod valeat reprimere iras et eius appetere punitiones iniuriarum

Ultra quam racio dictat. Plures quo peccant in appetendo plus. pauci vero delinquunt in appetendo minus. Propter quod si virtus est circa bonum et difficile. mansuetudo principaliter opponitur ire. et intendit iras reprimere. ex consequenti autem opponitur inirascibilitati. et intendit eam moderare. quod ipsum nomen designat. Si enim vim nominis consideramus. mansuetudo nominat temperamentum ire. quod autem deceat reges et principes esse mansuetos ostendere non est difficile. Nam cum ira perturbat racionis iudicium non decet reges et principes esse iracundos. cum in eis maxime vigere debeat racio et intellectus. Sicut enim videmus quod lingwa infecta per coleram vel alios humores. non recte iudicat de saporibus. Sic infecto appetitu per inmoderatam iram. vel per alias inmoderatas passiones. pervertitur rectum iudicium racionis. Si igitur inconveniens est regulam pervertere et obliquare. regem qui debet esse quasi speculum. et forma vivendi. et qui debet esse regula agendorum. inconveniens est ut sit iracundus ne per iram pervertatur et obliquetur. Et sic eciam si nullo modo esset irascibilis. et nullo modo moveretur ad punicionem faciendam indecens esset. quod si puniciones non fierent in regno. homines fierent invasores aliorum. et pollicia durare non posset. Nulla igitur debet irasci per odium. nec debet puniciones appetere propter odium sed propter amorem et zelum est irascendum. et sunt puniciones appetende. Appetenda est enim puniciones propter amorem. et zelum iusticie. vel propter amorem reipublice. quia sine eis respublica durare non posset. Quare si quis intactum esset inimicus quod potius vellet iusticiam perire quam vindictam exponere virtuosus non esset. Tanto igitur magis debent reges et principes moveri ad puniciones faciendas. quanto magis ad ipsos spectat esse custodes iusticie. et observatores reipublice. Quare si reges non debent esse iracundi. et debent moveri secundum ordinem racionis ut fiant puniciones et vindicte. cum hoc faciat mansuetudo decet eos mansuetos esse.

Quid est amicabilitas et circa que habet esse et quod decet reges et principes esse amicabiles

XXV III

Ut postulat presens negocium sufficienter diximus de virtutibus respicientibus bona secundum se. et de respicientibus exteriora mala. Restat dicere de virtutibus respicientibus bona exteriora ut communicamus cum aliis. Communicamus autem cum aliis verbis et operibus. verba autem et opera in quibus cum aliis communicamus ad tria nobis deserviunt. videlicet ad amicabilitatem. ad veritatem. et ad iocum.

sas delectationes. Nam prout v-
bis et operibus debite cum aliis
conversamur / honorando eos et
recipiendo eos ut debemus su-
mus amicabiles et affabiles.
Nichil igitur est amicabilitas a-
liud sive affabilitas de qua hic
intendimus determinare nisi re-
cte conversari cum hominibus et ordi-
nare opera et verba nostra ad
debitam conversationem. Secundo
verba et opera nostra deserviunt no-
bis ad veritatem / quia per ea in-
dicamus quales sumus. Veri-
tas enim de qua hic determinare in-
tendimus nichil aliud est nisi
quod homo non sit iactator quod de
se verbis vel factis maiora osten-
dat quam sit / nec sit derisor vel
depretiator ut operibus aut verbis
ultra quam id dictat se contemti-
bilem ostendat / sed sit apertus
et verax ut talem se ostendat qualis
sit. Tertio verba et opera ordi-
nari possunt ad iocosas delecta-
tiones / ut homo sit debite iocun-
dus / Requiritur ut supra dicebatur
certa verba et opera in quibus
cum aliis communicamus / hinc esse
triplex virtus videlicet amica-
bilitas que alio nomine affabi-
litas dici potest / veritas que appar-
tio nuncupatur / et debita iocun-
ditas quam philosophus Eutrapeliam
vocat / Communicando igitur cum
aliis si bene conversari volumus
debemus esse debite iocundi vera-
ces et amicabiles / De quibus
omnibus est dicendum / Sed primo
de amicabilitate. Videmus
enim quod conversando cum aliis. alii

superhabundant / quia se ni-
mis ostendunt amicabiles /
cuiusmodi sunt blanditores et placi-
di / in adeo se ostendunt eis amicabi-
les et sociales quod nullum contristari
velint / sed omnia dicta et facta
aliorum laudant / Alii vero
e contrario ab hac conversatione nimis
deficiunt / sunt enim discoli et a-
grestes non valentes cum aliis
conversari / utrique autem a ratione
deficiunt / quia nec quis se debet
ostendere tantum socialem aliis
ut et videatur placidus et blandi-
tor / nec debet se tantum a socie-
tate retrahere ut videatur discolus
et agrestis et litigiosus / Erit
igitur virtus sit quoddam medium
inter superfluum et diminutum in
conversatione hominum circa quam contingit
habundare et deficere / oportet
dare aliquam virtutem reprimentem
superhabundantias et moderantem
defectus / Huiusmodi autem est amicabi-
litas sive affabilitas / nichil enim
est aliud affabilitas nisi esse virtus
qua medio modo se habet in conver-
satione hominum / ut nec superha-
bundemus in huiusmodi conversatione
quod faciunt blanditores / nec de-
ficiamus quod faciunt litigiosi et di-
scoli / Ipso quod est amicabili-
tas ut hic de ea loquimur quia
est virtus reprimens litigia et mo-
derans blanditias / ut patet lucide
ex philosopho secundo et quarto Ethicorum
De levi apparere potest circa quod habet esse
quia est circa opera et verba ut or-
dinantur ad debitam conversationem
in vita. Et homo enim naturaliter

Est animal sociale ut probat
ph'o primo poli'. Oportet etiam
verba et opera in quibus communicat
cum aliis dare virtutem aliquam
per quam debite conversetur / Sic
tamen recta racio dictat / quod iuxta di-
versitatem personarum diversimode
sit conversandum / licet omnes ho-
mines volentes vivere politice
debeant esse amicabiles et affa-
biles / non tamen omnes eodem mo-
debent esse amicabiles / Na
quia nimia familiaritas pa-
rit contemptum / reges et principes
ut in reverencia habeantur / et
ne dignitas regia vilescat / in-
aliquo se habere debent quam alii
Unde philosophus in quinto poli' da-
do cautelas regum et principum
ait . quod decet reges et prin-
cipes . apparere personas reveren-
das . ne contemptibiles habeantur
cum se in sumpcione ciborum et in
aliis / recta racio dictat / ut
iuxta diversitates personarum diversimode
fiat / quia aliquis cibus esset in-
ultus infirmo / quod esset medicus
sana / sic et in conversacione hominum
aliqua familiaritas reputatur
regi ad virtutem / et dicitur ex hoc
amicabilis esse / quod si vna a-
liqua alia quevis persona
non plus de familiaritate par-
ticiparet reputaretur ei adviti-
cium non ad virtutem / et non dicere-
tur amicabilis sed plusquam

Capitulum xxiiii de veritate et quod
habet esse et quod decet reges
et principes esse veraces

Sicut etiam conversacionem
in vita / contingit
superhabundare et de-
ficere / ut supra ostendebatur
sic etiam veritatem / contingit sup-
habundare et deficere. Veritas
enim in quadam equacione consistit /
quoniam ergo plus dicit quam sit / a
veritate recedit racione superhab-
undancie / qui vero que sunt negat
et minora confitetur / a veritate reca-
dit racione defectus / Quare cum
mendacium per se sit fugiendum / ut
dicitur quarto Ethicorum / qui non sunt
veraces nec aperti / nec osten-
dunt se tales quales sunt reprehen-
sibiles existimantur. Quodam
enim medium est non esse apertum
et non ostendere se talem qualis
est. Ab hac igitur virtute per
personam quis reddit se veracem
et manifestum aliquis declinat
per superhabundanciam / ostendentes
de se verbis vel factis maiora
quam sint / et tales vocantur
iactatores. Aliqui vero ab hac
virtute declinant per defectum fin-
gentes de se aliqua vilia que in ipsis
non sunt / vel negantes de se ipsis
aliqua / que in eis sunt / quos
philosophus vocat Yrones id est
irrisores per depreciatores / Opor-
tet ergo dare aliquam virtutem
mediam / per quam moderentur
diminuta / et reprimantur sup-
flua / Hec autem quam nomine
veritatis nuncupamus / patet igitur quod

ē veritas / quia ē virtus mode-
rans desperaciones et reprimens
iactancias. Deinde quid ē veri-
tas restat videre circa quam habet esse.
Sciendum ergo quod licet affirmare
in se esse quod nō ē / uel ne-
gare quod ē sit mendacium. tamen nō
dicere totum quod ē / absque men-
dacio fieri potest. Volens ergo esse
verax nō debet de se fingere bo-
nitatem quam nō habet. nec debet
concedere in se esse maliciam / quam
sibi inesse nō credit / nō tamen
opportet quod de se dicat tantam bo-
nitatem quantam sibi inesse cogno-
scit / quia licet nullus mentiri
debeat / non tamen semper et ubique
quelibet veritas ē dicenda / quia
loco et tempore. cum dictamine racio-
nis possumus veritatem tacere / Est
igitur veritas circa repressionem ia-
ctanciarum et circa expressionem m-
oderacionis desperacionum. non
tamen circa ē / eam prima / sed
principaliter veritas opponitur iac-
tancie / et mediat iactancias
reprimens / ex consequenti autem opponitur
desperacioni. et mediat despera-
ciones moderans. Tercio philosophus
quarto ethicorum de causa veritatis
te autem / quod declinare ad minus
et de se dicere minora quam sint
ē opus prudentis. Spectat
igitur ad veracem nullos de se
dicere quam sint / quod multi faciunt
concedentes eum de se aliquis magis
bonitates / cum tamen illis careat
et promittunt amicos et notis
magis bona et magis utilia

de quibus nil aut modicum opere
implent / tales autem possunt esse
iactatores / et alii nō apti
et veraces / pro nullos tamen in
talibus ē excedendum in plus
sed magis ē declinandum in minus
dum tamen sine mendacio fiat / et
nō notabiliter recedat a medio
/ quia si notabiliter a medio recederet
nō in hoc appareret verax sed
derisor. ut si adeo aliquis
esset fortis et strenuus / quod consta-
ret aliis / quod cum centum bellare
posset / si ille nō plus de se con-
cederet nisi quod cum uno valeat et debi-
lem bellare / omnes mente cognosce-
rent quod derisorie loqueretur / In-
de enim sumptum ē nomen yro-
nie et derisionis / quia aliquis
notabiliter de se minora concedit
quam sint / Ad veritatem ergo spectat
moderare huiusmodi derisiones et
reprimere iactancias / principaliter
tamen spectat ad ipsam iactancias
reprimere / quam derisiones mo-
derare / quia ut dictum ē in
talibus ē magis declinandum
in minus / dicendo de se minora
quam sint / quam sit excedendum
in plus asserendo de se ma-
iora. Possumus autem assignare
duplicem causam quare in talibus
semper ē declinandum in minus. Pri-
ma sumitur ex parte sui / secunda
ex parte aliorum / Quilibet
enim ita naturaliter afficitur
ad proprium bonum / ut semper ipsum cre-
dat plus esse quam sit / Ideo quamvis

Homines decipiuntur de se ipsis cre-
dentes se plus valere quam vale-
ant. Et in narrando etiam semper
bona propria semper declinandum est in
minus. quia estimare debemus
quod affecti ad propria bona vi-
dentur nobis illa maiora quam
sint. Et hanc autem rationem tangit
philosophus in auctoritate pre-
tacta. cum ait. quod pruden-
tis est declinare in minus. Nam
magne prudentie est cognoscere
se ipsum. et scire quod propria bona
semper existimare maiora quam
sint. Secunda ratio sumitur
ex parte aliorum. Nam non
declinantes in minus sunt lauda-
tores sui. iactatores se de bonis
que habent. et quia homines communiter
abhorrent laudantes se ipsos.
Ideo etiam ex parte aliorum debent
in talibus declinare in minus ne
homines aliis sint honerosi.
Et hanc autem rationem tangit philosophus
in eodem quarto Ethicorum dicens
declinandum esse in minus propter ho-
nerosas etiam superhabundantias.
Ostenso quid est hec virtus de
qua hic loquimur et etiam quomodo
habet esse. de levi patet quod decet
reges et principes esse veraces.
Nam declinantes notabiliter in
minus. et dicentes de se no-
tabiliter minora et viliora quam
sint. videntur esse derisores
et contentibiles. Excellentes
vero in plus et dicentes ma-
iora quam sint videntur esse iacta-
tores honerosi. Quare si reg-
es decet esse non contentibiles sed re-
verendos. et gratiosos et ama-
biles. Decet eos non esse iac-
tatores vel derisores. sed ap-
ertos et veraces. non ostenden-
do vel iactitando de se maio-
ra quam sint. vel promitten-
do aliis maiora quam faci-
unt. Immo tanto magis de-
cet reges et principes cavere
iactantias. quanto plures ha-
bent incitantes propter ad iac-
tantias. et de pluribus se iac-
tare possent.

Quid est iocunditas et circa que habet esse. et quod decet reges et principes esse iocundos

XXI

Quoniam enim aliqui
omnia verba vel facta
deservientia ludis
esse otiosa. actum non sic se habet.
Nam otiosum est id quod caret
debito fine. quicquid ergo de se
est ordinabile in debitum finem
non est otiosum. Et ludus autem
si sit liberalis et honestus
et moderatus ordinari habet
in bonum finem. quia est quodam
modo necessarius in vita.
Ideo dicitur quarto Ethicorum quod videtur
requies et ludus quod necessarium esse
in vita. Sicut ergo sensus cor-
poralis ut auditus et visus.
quia laborat in sentiendo. natura
ordinavit somnum per corporis
requie. Et est necessarius sompnus in vita

Sic quia studendo vel negotiis regni insistendo vel alia faciendo continue laboramus aliquas delectationes iocosas si sint moderate et honeste non ociose imponimus curis et laboribus nostris. Quare si in talibus contingat peccare et bene facere oportet etiam ipsos iocos dare virtutem aliquam per quam debite nos habeamus ad ludos. In quibus enim iocis quidam superhabundant desiderantes omnino risum facere, de quibus dicit philosophus quarto Ethicorum quod magis conantur risum facere quam decora dicere. Huiusmodi autem sunt histriones quos philosophus appellat Bomolochos. Philosophus enim tales assimilat avibus rapacibus circueuntibus predam sacrificatam in templis gentilium. Sicut enim aves ille non curabant qualiter acciperent de illa preda capere, sic volentes omnino facere risum et provocare alios ad cachinnum non curant qualiter possent capere dicta vel facta aliorum et ea convertere in ludum vel cachinnum. Hii ergo superhabundant in ludis. Aliqui vero econverso deficiunt et hii vocantur duri et agrestes. Huiusmodi autem sunt non sustinentes aliquem ludum nec dicentes aliquid ridiculum, immo dicentibus sunt molesti. Virtus quidem est iocunditas vel Eutrapolia prout est virtus circa huiusmodi dicta loquimur, quia et reprimens superfluitates ludi et moderans duricies. Huiusmodi autem virtus habet esse quantum tamen circa moderationem duriciei quam circa repressionem superfluitatis. In ludo vero non est sicut in passionibus, quia virtus semper est principaliter circa difficilius. Reprimere autem superfluitates ludorum est difficilius quam moderare defectum. Habet enim ipse ludus quandam delectationem annexam propter quam magis inclinamur ut sequamur delectationes iocosas quam ut fugiamus illas. Propter quod est eutrapolia sive iocunditas, et etiam quelibet virtus habet esse quod principaliter est in reprimenda superfluitate ludi, ex consequenti est in moderando defectum. Restat ergo videre quomodo reges et principes debent esse iocundos. Ut enim ex habitis patet prius, semper enim extrema vituperantur, medium autem laudatur. Huiusmodi autem medium quod est in virtutibus reprimentibus passiones et motus non est accipiendum secundum rem sed quo ad nos. Nam ut in precedentibus tangebatur, accipere est superfluum rem quod est medium alicui et econverso. Sic igitur decet omnes homines reprimere superfluitates ludorum, multo magis hoc decet reges et principes. Immo oportet reges et principes adeo moderate uti iocosis delectationibus quod si hoc facerent persone communes viderentur esse duri et agrestes

Non ergo intelligendum est reges et
principes non debere recreari ali-
quibus solaciis vel aliquibus
iocis. Sed quia ludi quibus uti de-
bemus teste philosopho quarto Ethicorum
debent esse liberales et hon-
esti, illis debent reges et prin-
cipes adeo moderate uti, ut
semper videantur maturi et in
nullo appareat puerilitas. Ab
ipsa enim infancia, qualis vi-
detur esse pueris delectari io-
cis, quare ludus si non sit mo-
deratus et honestus, aliquam
puerilitatem videtur habere annex-
am. Tanto igitur decet reg-
es et principes moderate uti de-
lectationibus ludorum, quanto de-
testabilius est eos esse pueriles.
Amplius ut patet ex habitis ex
hoc iocosa delectacio non est
ociosa, et ordinatur in bonum
finem, quia interposita negociis
curis, quandam recreationem
accipimus. Racione cuius ar-
dencius insurgimus ut insi-
stamus bonis operibus, quorum
curam habere debemus. Cavere
enim iocis immoderatis vel in-
honestis distrahat nos a bonis
operibus, et a debitis curis. Tan-
to detestabilius est reges et prin-
cipes immoderate vel inhon-
este uti delectacionibus ludorum,
quanto cura boni communis, quae spectat
ad principem excellencior est
quam sit cura alicuius parti-
cularis ~~alicuius~~ boni. Non
ergo omnino prohibenda sunt verba
vel facta iocosa, si sint ho-
nesta et moderata, et hoc
magis et minus, prout requirit
dignitas personarum. Et maxime
decet reges et principes omnes
virtutes habere, quia
si unam careant, nullam
habeant. XXXI

Tam sancti quam philosophi
in hanc sentenciam
convenerunt, quod opp-
ortet virtutes connexas esse. Di-
xerunt enim quod qui unam
virtutem habet, omnes habet.
Et qui una caret omnibus
caret. Cum ergo omnino ma-
nifestum sit, quod decet reges
et principes aliquas virtutes
habere, quia ut plane patet
opportet eos esse prudentes et
iustos, manifestum esse debet
quia prudencia et iusticia
sine virtutibus aliis haberi
non possunt, immo necesse est aliquam
unam virtutem, quam sine omnibus aliis
virtutibus habere possit perfecte.
Sed autem tractatores virtutum
senserunt dicentes virtutes
connexas esse. Non semper tamen
videtur apparere communiter. Videmus
enim aliquos liberales non en-
tes temperatos, sed dantes opera ve-
nereis gestibus, aliquos vero
econtrario qui sunt casti, et in
avaricia student. Non igitur
quod unam virtutem habet omnes habet.

Nec oportet quod si aliquae vir-
tutes sunt necessarie regibus
quod omnes virtutes sint eis
necessarie. Rursus videmus
aliquos esse liberales qui tamen
non possunt esse magnifici, quia
nesciunt magnifice facere eo quod
non habent magnos sumptus.
Sciendum ergo, quod philosophus circa finem
sexti Ethicorum manifeste probat
has virtutes esse connexas, sed
ut solvat huiusmodi obiectiones
ait quod virtutes dupliciter considera-
ri possunt, vel ut sunt naturales
et imperfecte, vel ut sunt
principales et complete. Virtutes
autem naturales et imperfecte
non oportet esse connexas. Vide-
mus enim aliquos naturaliter habe-
re quandam industriam et quan-
dam subtilitatem intellectus, propter
quod habent quandam prudentiam
imperfectam, qui tamen nec sunt
casti nec liberales nec ha-
bent virtutes morales alias.
Sic etiam et ipsa pudicicia, vi-
demus aliquos, maxime in-
clinari ad opera largitatis qui
non sunt casti. Aliqui vero econ-
trario habent quandam naturalem pu-
diciciam, non tamen liberales ex-
istunt. Sic ergo virtutes non
connectuntur, sed virtutes que dicun-
tur esse principales et perfecte, vel in
se vel in quadam valde propinqua
dispositione, de necessitate habent esse
connexe. Dicimus in propinqua
dispositione, quia pauperes propter ca-
renciam exteriorum bonorum
secundum philosophum non debent dici

Magnifici, ac tamen si pauperes
cum sua facultate sunt vere
perfecte liberales, propinquissimi
sunt ut sint magnifici, quia si bonis
exterioribus habundarent, statim
magnifica facerent. Decla-
randum est igitur ad hoc plenam
intelligenciam dictorum, quod
nulla virtus potest haberi perfecte
nisi omnes alie virtutes ha-
beantur. Nondum ergo ad hoc
nos indigemus virtutibus, ut propo-
nentes nobis bonos fines
recte et debite tendamus
in fines illos. Dupliciter
ergo in talibus peccare contingit.
Primo si proponamus nobis ma-
lum finem, ut viciosi faciunt.
Avari enim proponunt sibi ut fi-
nem studere avaricie. Intem-
perati vero venerea et sic de aliis.
Secundo in talibus peccare con-
tingit si non debite tendamus
in bonum finem. Volunt enim a-
liqui esse distributores donorum
et proponunt sibi ut finem opera lar-
gitatis, et tamen non curant
unde illa accipiant, dummodo
possint aliis dona aliqua
elargiri. Tales enim aliquando
per furtum, aliquando vero per ma-
nifesta oppressiones alios depre-
dant ut exerceant opera largi-
tatis. Tales igitur licet proponant
sibi bonum finem, non tamen recte
tendunt in illum finem. Non
ergo peccant in termino nec in
intencione sed peccant in via et
in modo adipiscendi finem.

Illum intentu(m) pro(pter) q(uod) tales et si aliquo(modo) sint liberales no(n) t(ame)n p(er)fecte liberales dici debe(n)t quia ad perfectam v(ir)tute(m) p(re)ce(ss)it non solu(m) p(ro)pone(re) debitu(m) fine(m), s(ed) e(ti)a(m) tende(re) in debitu(m) fine(m) debite. Indigemus e(ti)a(m) igit(ur) v(ir)tutib(us) moralib(us) quia per eas p(ro)ponim(us) nobis fine(m) bonu(m). Indigemus e(ti)a(m) prudencia, q(uia) per ip(s)am recte raciocinam(ur) de hiis que sunt ad finem. V(ir)tutes (er)go morales p(er) se et p(ri)mo rectificant fine(m), quia sic videtur qualis (est) lingua talis est sapor. ut si lingua (est) in multu(m) infecta colera, om(n)ia vide(n)t(ur) amara. Si v(er)o sit multu(m) infecta flecmate dulci, om(n)ia participare vide(n)t(ur) quanda(m) dulcedine(m), sic q(u)ales sumus, sc(ilicet) (secundu)m volu(n)tate(m) et appetitu(m) talem nob(is) fine(m) p(ro)ponim(us). Ut intemp(er)atus p(ro)ponit sibi ut finem venera, et temp(er)atus casta. liberalis expende(re), auarus (con)s(er)uare. Quare v(ir)tutes morales p(er)ficientes appetitu(m) rectificant fine(m), q(uia) habentes bonu(m) [appetitu(m)] per virtutes illas p(ro)onimus nobis bonu(m) fine(m). Prudencia v(er)o p(er) se et p(ri)mo rectificat ea que sunt ad finem. Nam p(ro)ponentes nobis bonu(m) fine(m) p(er) v(ir)tutes morales, per prudencia(m) bn (bene) raciocinam(ur) de hiis q(ue) s(unt) ad finem, et eligimus nobis recta(m) viam ut debite tendamus in illu(m) fine(m). Ideo de sexto Eth(icorum) q(uod) v(ir)tutes morales rectificant fine(m), p(ru)dencia v(er)o facit recte op(er)ari, ea q(ue) sunt ad fine(m). Loquendo ig(itur) p(ro)uti(us) et p(ri)mo, v(ir)tus moralis rectificat termi(num), p(ru)dencia v(er)o rectificat via(m), sed cu(m) n(on) sit perfecta via nisi ordinet in bonu(m) fine(m) et termi(num), nunq(uam) hebe(bitur) perfecte prudencia nisi sit coniuncta v(ir)tutib(us) moralib(us), per q(ua)s p(ro)ponam(us) nobis bonu(m) fine(m) et bonu(m) termi(num). Sic e(ti)a(m) q(uia) nunq(uam) debite et p(er)fecte bonu(m) habe(bi)m(us) fine(m) nisi tendam(us) in ip(su)m p(er) bona(m) viam, nunq(uam) p(er)fecte hebim(us) aliq(ua)m v(ir)tutem moralem nisi sit iuncta prudencie. Talem (er)go rac(i)o(ne)m intendit inuenire (Philosophus) circa finem sexti Eth(icorum), hinc p(er)fecte aliq(ua)m v(ir)tute(m) moralem h(abe)t perfecte prudenciam, s(ed) h(ab)ens p(er)fectam prudenciam, h(abe)t o(mn)es virtute(s), (er)go h(ab)ens aliq(ua)m v(ir)tute(m) hab(e)t omnem v(ir)tutem. Si (er)go v(ir)tutes morales et prudencia sunt iuncte q(uia) nullus (est) bonus per v(ir)tutes morales nisi sit prudens. Nam cu(m) v(ir)tus moralis sit h(ab)itus bonus electiu(us) et p(er)ficiat h(ab)ente(m) et bonu(m) op(us) suu(m) laudabile et bon(um)

reddat, cum ad bene eligere
et ad bonum opus non sufficit
proponere bonum finem, nisi per bo-
nam viam capiatur in finem illum.
Virtus moralis per quam nobis propo-
nimus bonum finem non potest esse si-
ne prudencia, per quam recte
tendimus in finem illum. Sic
eciam prudencia esse non potest
sine virtute morali. Differunt
prudencia et industria, quam
philosophus appellat deinotichitam.
Ille enim dicitur deinos et indu-
strius, qui proposito quocumque fine
invenit vias illas ut cicius
consequatur finem illum. Propter quod in-
temperati et viciosi possunt esse
industres et deinotes, scilicet
si sciant invenire vias per
quas consequantur venerea et tem-
poralia que sibi proponunt ut fines.
Prudens tamen nullus dicitur nisi ad
bonum finem inveniat bonas
vias. Non est ergo prudencia que
invenit bonas vias ad bonum finem
sine virtutibus moralibus, per quas
nobis proponimus bonum finem. Si
diceret aliquis virtutem moralem
non posse esse sine prudencia
nec econverso, Ita quod omnis prudens
est bonus et econverso, non tamen oportet
quod habens unam perfectam virtutem
moralem habeat omnes vir-
tutes morales. Potest enim quis
habere perfecte temperanciam, quam habe-
at prudenciam ut deficit tem-
perancie, non tamen habebit virtutes
alias, nec habebit prudenciam
ut deficit virtutibus illis. Erit
ergo ille perfecte temperatus

Non tamen erit fortis sed timidus
nec erit largus sed avarus. Sed
hec stare non potest. Nullus enim potest
esse perfecte temperatus, nisi sit for-
tis et largus, et nisi habeat
virtutes alias. Nec potest aliquis
habere aliquam virtutem, nisi ha-
beat omnes virtutes. Nam ille
est perfecte temperatus, qui nullo preter
racionem operatur venerea. Quare
si ille sit timidus, licet forte
non placeret sibi venerea com-
mittere, tamen ut fugeret verberacionem vel
mutilacionem vel mortem, eligeret
venerea operari. Sic eciam si esset
avarus, quia finem suum poneret
in habendo pecuniam, licet
forte secundum se ei displicerent ve-
nerea, tamen si posset lucrari pe-
cuniam quam intenderet ut finem
non timeret mechari. Incom-
plete ergo et imperfecte potest una
virtus haberi sine aliis, sed complete
et perfecte nullatenus haberi potest.
Quare si decet reges et prin-
cipes esse quasi semideos, et habere
virtutes perfectas, decet eos ha-
bere omnes virtutes, quia perfecte una
virtus sine aliis non potest haberi.
Immo expedit regibus et princi-
pibus cum non possint se exerci-
tare per defectum exteriorum bonorum
habere omnes virtutes non solum
secundum disposicionem, sed eciam simplici-
ter secundum se. Potest enim esse aliquis
pauper perfectus et si non operetur ma-
gnifica, quia non habet unde faciat
magnos sumptus. Rex autem ma-
gnificus perfectus esse potest nisi operetur.

magnificus et nisi omnibus virtutibus polleat.

Quot diversi gradus bonorum et malorum sunt et in quo gradu reges et principes esse debent

XXXII

Verba philosophi in septimo Ethicorum diligentius considerantes distinguere possumus quatuor gradus malorum, et quatuor gradus bonorum. Mali vero homines sunt in quadruplici gradu, quia quidam sunt molles, quidam incontinentes, quidam intemperati, quidam vero bestiales. Sicut et boni sunt in quadruplici gradu, quia quidam sunt perseverantes, quidam continentes, quidam temperati, quidam vero divini. Molles autem dicuntur illi qui modica passione vincuntur, quod ipsum nomen designat. Nam secundum philosophum in libro de generatione: Molle est id quod de facili cedit. Dicuntur ergo molles secundum philosophum, quia nolunt laborari et sunt nimis delicati. Nam ut in septimo Ethicorum scribitur, delicia quedam mollicies est. Tales ergo nihil difficile volentes sustinere, statim cum passionantur vel temptantur cadunt. In alio gradu dicuntur esse incontinentes. Hii autem differunt a primis. Nam molles nullam pugnam nec aliquid difficile sustinere possunt. Incontinentes vero pugnam sustinent, sed in sustinendo deficiunt. Continere enim ut ipsum nomen designat, hoc est quasi simul tenere. Incontinere ergo est aggredi pugnam et in pugna non posse tenere se sed deficere. In tertio gradu sunt intemperati. Intemperatus enim tunc dicitur aliquis, qui non solum passionatus cadit et per temptationes deicitur, sed delectabile est ei malefacere. Incontinentes vero et molles non delectantur male facere, immo aliud eligunt et aliud agunt, existentes enim extra passiones, tam incontinentes quam molles eligunt bene facere et proponunt sibi optimas leges; passionati vero cadunt et nulla de illis legibus observant. Tales autem philosophus assignat paraliticis, qui cum credentes ire in dextram, propter dissolutionem corporis et non valentes corpus regere vadunt in sinistram. Sic molles et incontinentes proponunt bene facere, et eligunt in dextram, tamen quia habent potencias anime dissolutas, nec habent bene eas regulatas et ordinatas secundum ordinem rationis, non vadunt in dextram sed cadunt et tendunt in sinistram. Aliter cadunt molles, et aliter incontinentes, quia molles modica pugna vincuntur, incontinentes vero maiori pugne succumbunt. Intemperati vero peiores sunt quam incontinentes et molles, quia sunt adeo habituati in malo, quod delectabile est eis male facere. In quarto autem gradu sunt bestiales, hii autem peiores sunt

quam intemperati. Illi enim bestiales esse dicuntur qui ultra modum hominum vel humanum male faciunt. Sunt autem bestiales operantes ea que contra naturam hominis sunt, sicut quidam barbari comedentes carnes humanas bibentes humanum sanguinem. talia enim non nisi a bestialitate provenire possunt. Narrat autem philosophus septimo ethicorum multas huiusmodi bestialitates. Dicit enim quod cum quedam pregnans esset et non potuisset parere et hoc tantum dolorem concepit et sic in bestialitate conversa est, ut omnes pregnantes rescinderet, quia ergo ipsa parere non poterat volebat ut nulla de cetero parturiret. Sic eciam ut ait circa quandam insulam maris, ut circa pontum existebant tunc temporis quedam gentes omnino bestiales comedentes carnes crudas et nocivas [?] carnes humanas et quod peius est prestabant sibi filios in convivium. Cum enim quis convivare volebat si filius suus domi non erat a vicino suo mutuabat filium et ipsum parabat in convivium promittens ei quod cum vellet facere ei suum filium tribuere. Sic eciam circa Falarim [?] alie phalarim ut ait quedam gentes bestiales morabantur satirisitantes [?] matres proprias

comedentes epata hominum. illi ergo sunt bestiales qui ultra modum hominum male agunt. Dicto de quatuor generibus malorum restat dicere de quatuor generibus hominum bonorum. Nam sicut quidam mali sunt molles qui modica passione vincuntur sic quidam boni dicuntur esse perseverantes. huiusmodi autem sunt qui stant et ex modica temptacione non cadunt. Loquendo ergo de perseverancia ut philosophus loquitur nihil aliud est quam quedam bona disposicio opposita mollitiei. ergo in primo gradu dicuntur esse perseverantes. In secundo vero dicuntur continentes. Continere enim est plus quam perseverare. Nam si quis eciam non temptatus vel modicum temptatus non ruat dicitur perseverare sed non dicitur continere nisi forte passionatus passiones illas vincat. Nam nullus continet nisi contra passiones se teneat. Ideo septimo ethicorum dicitur quod continencia dicitur eligibilior quam perseverancia. In tercio autem gradu sunt temperati. Illi enim temperati esse dicuntur qui non solum modicum passionati perseverant quod faciunt perseverantes. vel contra passiones fortes se tenent quod faciunt continentes sed sunt ita castigati in appetitu et habent tam moderatas passiones quod quasi pugnam non sentiunt

Sed delectabile e(st) eis bene facere
Sicut ergo perseuerantes oppo-
nu(n)tur mollibus, et continentes in-
continentibus, sic temperati oppon-
untur intemperatis. Nam sicut
delectabile e(st) intemperatis male
facere, sic delectabile e(st) etiam
temperatis bonum operari. In quarto
autem et in summo gradu bonorum
sunt homines diuini. Nam
sicut aliqui homines sunt bestiales
et sunt mali ultra modum
hominum, sic aliqui sunt quasi diui-
ni et sunt boni ultra modum
humanum. Unde et philosophus
7° ethicorum, septimum Priamum dicit quod
homerus refert de hectore
quod Rex priamus ter sunus
dicebat de ipso, quod erat valde
bonus. Ita quod non videbatur
existere filius viri mortalis
sed dei. Virtus autem illa
per quam quis dicitur esse bonus
ultra modum humanum, ap-
pellatur a philosopho heroyca id est princi-
pans et dominatiua. Ex hoc
ergo manifeste patet, quod reg-
es et principes si debent recte
dominari, non sufficit eis fu-
gere, etiam omnes gradus ma-
lorum, ut quod non sint moll-
es nec incontinentes nec intem-
perati, nec bestiales, Sed op-
ortet eos esse in summo gradu
bonorum. Qui ergo dominari
aliis et principari desiderat
opportet quod habeat virtutem illam
que est dominans et principans
respectu aliarum, que virtutes

sunt boni ultra modum aliorum
et sunt quasi homines diuini.
In hoc ergo gradu, et sic bo-
nos et perfectos decet esse secu-
lares principes, quales esse debent
ecclesiastici principantes, prouiden-
tie iudicio derelinquimus.

Quot sunt gradus virtutum et quas virtutes decet reges et principes habere

XXXIIII

Distinguunt autem tam
Macrobius quam pl-
otinus quatuor gradus
virtutum. Nam quedam sunt
politice, quedam purgatorie,
quedam vero purgati animi,
quedam exemplares. Dicun-
tur autem quedam exemplares in
ipso deo esse. Politicas autem
virtutes esse virtutes acquisit-
as, per quas homines bene se
habent in rebus humanis. Sed
virtutes purgatorias et pur-
gati animi dicunt esse virtu-
tes infusas, per quas sic quis
bene habet ad diuina. Vita
diuina autem ut aiunt est
duplex gradus. Nam sic aliqui
incedentes et euntes in di-
uina similitudine, tales dicunt
habere virtutes purgatorias.
Aliqui vero sunt quodammodo iam
assequuti similitudinem illam,
et tales dicuntur habere virtutes pur-
gati animi, sed hec licet in
se vera dicant, non tamen videntur

Attende ad intentionem eorum qui hoc modo de virtutibus sunt loquti. Nam philosophi non loquebantur nisi de virtutibus acquisitis; virtutes infusas non posuerunt. Omnem ergo virtutem quam ponebant, dicebant esse humanitus acquisitam. Secundo igitur philosophorum viam dicere possumus, quod sicut est dare diversos gradus bonorum, sic est dare diversa virtutum genera, ita quod tanto quod aliquis est excellentior in bonis excellentioris generis virtutem habet. Sic enim philosophus innuit quatuor genera bonorum, ut patet ex precedenti capitulo, quia ait aliquos esse perseverantes, aliquos continentes, aliquos vero temperatos, aliquos divinos. Sic possumus distinguere quatuor ordines virtutum, ita quod cuilibet generi bonorum debemus sumi ordinem virtutum. Dicimus igitur quod perseverantes habent politicas virtutes, continentes purgatorias, temperati vero habent virtutes purgati animi. Sed divini habent virtutes exemplares. Propter quod sicut divini meliores sunt temperatis, temperati continentibus, continentes perseverantibus, sic virtutes exemplares excellunt virtutes purgati animi, purgati animi excellunt purgatorias, purgatorie vero politicas. Quod autem hec genera virtutum adaptari predictis generibus bonorum patet per Plotinum dicentem quod prime virtutes scilicet politice molliunt, id est ad medium reducunt passiones; scilicet purgatorie auferunt; tertia que sunt purgati animi obliviscuntur; sed quartis scilicet exemplaribus nefas est atque turpe nominari. Generaliter bene dictum est quod perseverantibus competunt virtutes politice, quia perseverantes ut dicebatur opponuntur mollibus, et sufficit ad hoc quod aliquis perseveret quod teneat se in medio. Virtutes ergo que molliunt, id est disponunt animum ad bene faciendum et reducunt ipsum ad medium, competunt perseverantibus. Sunt enim huiusmodi virtutes infime inter alias virtutes, et perseverantes loquendo de perseverantia ut de ea philosophus loquitur tenent infimum gradum in genere bonorum. Competunt igitur huiusmodi virtutes competunt perseverantibus. Sed purgatorie competunt continentibus. Nam ex hoc est aliquis continens quia tenet se et abstrahit se a delectationibus sensibilibus. Continentes enim sunt entes in passionibus et pugnant contra ipsas. Modus autem vincendi eas est auferre et removere se ab eis; ideo continentibus dicuntur competere virtutes purgatorie, quarum officium est auferre et abstrahere nos a passionibus. Virtutes vero purgati

Animi competunt temperatis. Nam iste non auferunt sed oblivisci faciunt. Temperatus enim habet se appetitum castigatum, quod quasi pugnam non sentit, sed obliviscitur passionum inmoderatarum, et quodammodo delectabile est ei bene facere. Merito igitur tales dicuntur habere virtutes purgati animi, facientes ipsum oblivisci passiones illecebrosas, quia habet animum purgatum et castigatum ut non sit cure de talibus passionibus. Quarte vero virtutes scilicet exemplares ad aptum pertinent hominibus divinis. Tales enim adeo perfecti debent esse ut sint aliorum regula et exemplar. Declaratum est igitur primum, quod in principio capituli proponebatur, videlicet diversos esse gradus virtutum, declarare vero secundum et ostendere, cuiusmodi virtutes regibus et principibus competere debeant, si intelligantur prehabita nullam difficultatem habet. Dicebatur enim supra, quod reges et principes non sufficiat esse perseverantes continentes et temperatos, sed decet eos esse quodammodo divinos. Virtutes igitur competentes eis possunt dici exemplares, quia ipsi sunt regula aliorum et exemplar. Tante enim bonitatis debent esse principes, ut quilibet suus subditus accipiat inde formam vivendi et cognoscat defectum suum videns vitam et perfectionem principantis. Quare apud reges et principes non solum detestabile esse debet turpia operari, sed etiam nominare et audire turpia nephas esse debet. Bene ergo competunt eis virtutes exemplares, in quibus secundum Plotinum nephas est turpia nominare. Sed cum tante bonitatis nullus esse posset absque dei gratia et eius auxilio, quanto reges et principes excellere debent alios, tanto ardentius debent eos divinam gratiam postulare. In hoc ergo elucet dictum philosophorum, elatio volentium quod ex puris naturalibus possemus omnia mala vitare et perfectam bonitatem acquirere.

Quomodo bonarum dispositionum quedam sunt virtutes quedam annexe virtutibus quedam disponentes ad virtutem. xxxiiii

Dicebatur enim supra quod licet largo modo accipiendo virtutes omnis dispositio bona inest posset dici quedam virtus, tamen bonarum dispositionum quedam magis sunt annexe et adminiculantes virtutibus et disponentes ad virtutem, quam sint virtutes. Sic etiam

quedam dispositiones bone ma-
gis debent dici supra virtutem
quam virtus / sed quomodo hec essent non
probabatur / quia nondum decla-
rata erant ea / per que hec omnia
innotescunt / sed nunc probabi-
lis unde quomodo hoc se habeat
non est difficile / Nam Eubu-
lia et Sinesis sive virtus indi-
cativa et consiliativa / virtutes
sunt accipiendo virtutem lar-
ge / Unde et philosophus septimo
Ethicorum eas virtutes appellat
Accipiendo tamen virtutem ut hic
de virtute loquimur / aliquid
deficiunt a ratione virtutis / Nam
ut dicitur secundo Ethicorum / quod ad virtu-
tem pertinet / primo scire deinde
eligere et tertio firmiter et immo-
biliter operari / Sed nunc eubu-
lia consiliatur / sinesis iudicat
prudentia precipit / firmiter
et immobiliter opera fieri / et in
consiliata et iudicata / prudentia
cum immediatius se tenet ex
parte operis / est potior et ma-
gis habet rationem virtutis quam con-
siliativa et iudicativa / Ille
ergo magis sunt annexe vir-
tuti quam sint virtutes / bene
ergo dictum est / quod harum dispo-
sitionum quedam sunt annexe
et annexe virtutibus / et
quedam sunt dispositiones ad
virtutem ut perseverantia et con-
tinentia / Continentia enim
non proprie est virtus / quia virtuoso
est delectabile bene facere / con-
tinenti enim licet non sequatur rationem

sed passiones / tamen quia non continens
insequitur passiones se tenet
rationi pugne quam sentit / non
est ei delectabile bene facere / quia
dum ergo aliquis est continens / et quia
habet passiones fortes / non habet
usum rectum rationis perfectum et vir-
tutis / Attamen vincendo passi-
ones illas / disponitur ut sit
virtuosus / Ideo continentia licet pos-
set dici virtus / large accepta vir-
tute / magis tamen videtur esse dis-
positio ad virtutem quam virtus / Sic
tamen continentia sit potior quam per-
severantia / accipiendo perse-
verantiam ut de ea philosophus loquitur
deficit a ratione virtutis / proprie non
est virtus / sed vel est dispositio ad
virtutem / vel quedam conjuncta
consequens virtutem / Declarare de
quo perseverantia est disposi-
tio ad virtutem et quomodo est adiuncta
consequens virtutem / non est presentis spe-
culationis / Sufficit autem ad
presens scire / quod loquendo de perse-
verantia ut supra loquebamur / et ut
de ea philosophus loquitur est quedam
dispositio ad virtutem / Virtus vero
Heroyca / quam divinam vocare
possumus / magis est supra vir-
tutem quam sit virtus / Unde philosophus
septimo Ethicorum / loquens de hac
virtute ait quod non est virtus sed est
quid honorabilius virtute / Sic
ergo prudentia / iustitia et alia
de quibus supra tractavimus sunt
virtutes consiliativa et iudicati-
va sunt annexe virtutibus

scilicet prudentie. Continencia a quo et perseverancia dispositiones sunt ad virtutem. Ergo ita sit supra virtutem, bonum dictum est quod horum dispositionum quedam sunt virtutes, quedam annexe virtutibus, quedam disposiciones ad virtutem, quedam vero supra virtutem. Ut ergo reges et principes possint bonas disposiciones in se habere, decet eos hec omnia bonarum dispositionum cognoscere. Explicit secunda pars primi libri. Incipiunt tituli tercie partis primi libri

primum Quot sunt passiones anime, et quomodo accipiendus est numerus earum

secundum Que predictarum sunt priores et que posteriores et quo ordine habent ad invicem

tercium Quomodo decet reges et principes se habere ad odium et amorem

iiii Quomodo et que debeant reges et principes desiderare et abhominari

v Quomodo reges et principes se habere debeant circa spem et desperacionem

vi Quomodo reges debeant se habere circa audaciam et timorem

vii Quomodo differt ira ab odio et quomodo reges et principes se habere debeant ad iram et eius oppositum

viii Quomodo reges et principes se habere debeant circa delectaciones et tristicias

ix Quomodo harum passionum quedam sunt magis principales quedam minus

x Quomodo passiones anime ad passiones habitus reducuntur

xi Que predictarum passionum sunt laudabiles et que vituperabiles et quomodo reges et principes ad illas debeant se habere

I

Sequitur capitulum primum. Quot sunt passiones anime et quomodo accipiendus est numerus earum

Expeditis duabus partibus huius operis in quibus ostensum est in quo reges et principes suum finem ponere debeant, et quomodo oportet eos virtuosos esse. Restat

ergo exequi de tertia parte huius primi libri ostendendo quas passiones et quos motus animi reges et principes debeant imitari. Sed cum hoc sciri non possit, nisi prius sciverimus quot sunt huiusmodi passiones et que illarum sint magis prosequibiles, et que sunt laudabiles et que vituperabiles, ideo de hiis primo tractabimus. Accipiendo autem nomen passionis sicut dicebamus esse duodecim virtutes, sic dicere possumus quot sunt duodecim passiones, videlicet amor, odium, desiderium, abhominatio, delectatio, tristicia, spes, desperatio, timor, audacia, ira et mansuetudo. Computabatur enim supra mansuetudo inter virtutes, sed hoc est propter vocabulorum penuriam, ut ait philosophus quarto Ethicorum. Mansuetudo enim esse videtur nominare passionem oppositam ire. Sed cum sit quedam virtus inter iram et mansuetudinem, quia virtutem illam proprio nomine nominare nescimus, nominamus eam nomine mansuetudinis, eo quod ipsa plus convenit cum mansuetudine quam cum ira. Erit ergo mansuetudo equivocum ad virtutem et ad passionem oppositam ire. Siquis autem laborare vellet, quilibet posset invenire nomen proprium. Sed cum constat de re

de verbis minime est curandum. Enumeratis ergo passionibus, restat accipi earum numerus, quia passiones ipse esse non habent, nisi in appetitu sensitivo. Appetitus autem intellectivus, quia non est virtus in corpore, sive non est virtus fixa organo, ab huiusmodi passionibus est remotus. Erit ergo omnis passio ut hic de passione loquimur in appetitu sensitivo. Sensitivus autem appetitus, ut supra diffusius diximus, dividitur in irascibilem et concupiscibilem. Predicte igitur passiones sic distinguuntur, quia prime sex scilicet amor, odium, desiderium, abhominatio, delectatio et tristicia pertinent ad concupiscibilem. Relique vero sex ad irascibilem spectant. Numerum autem passionum concupiscibilis sic accipere possumus, quia omnis passio et omnis motus anime pertinens ad concupiscibilem vel sumitur respectu boni vel respectu mali. Si respectu boni hoc est triplex. Nam erga bonum per concupiscibilem tripliciter passionamur. Nam bonum apprehensum primo nobis placet, secundo tendimus in ipsum, tertio eo adepto acquiescimus in eo. Prout ergo aliquod bonum nobis placet est in nobis amor. Sed prout tendimus in ipsum dicitur esse in nobis desiderium. Prout vero quietamur in eo existit in nobis gaudium et delectatio. Amor igitur desiderium et delectatio sumuntur

Respectu boni. Odium vero abhominatio et tristicia sumuntur respectu mali. Nam prout nobis malum displicet est odium, prout vero ipsum fugimus abhominatio, sed prout eo adepto dolemus, dicitur esse tristicia. Viso quales accipiuntur passiones concupiscibiles, restat videre quomodo sumende sunt passiones irascibiles. Differunt autem hee passiones ab illis, quia passiones concupiscibiles respiciunt bonum vel malum absolute sumptum. Sed passiones irascibiles respiciunt bonum vel malum in eo quod arduum. Huiusmodi enim passiones vel sumuntur respectu boni vel respectu mali. Si respectu boni hoc est dupliciter, quia vel in ipsum tendimus et sic est spes. Nichil enim aliud est spes quam tendere in aliquod bonum arduum. Circa enim bona absolute sumpta, possunt esse amor vel desiderium vel delectatio. Non tamen est spes circa aliqua bona, nisi habeant rationem ardui. Quare si tendimus in bonum arduum dicitur esse spes. Sed si a tali bono desistimus dicitur esse desperatio. Spes ergo et desperatio sumuntur respectu boni. Alie vero passiones irascibiles sumuntur respectu mali. Nam malum dupliciter potest considerari vel ut futurum vel ut presens. Si consideretur ut futurum hoc est dupliciter, vel ut ipsum aggredimur et sic est audacia, vel ut ab eo refugimus et sic est timor. Si vero malum sit presens hoc est dupliciter, quia vel ex hoc consurgimus statim dare vindictam et sic est ira, vel a tali vindicta desistimus et sic est mansuetudo. Cum ergo non possimus pluribus modis variari nostri motus et nostre affectiones, erunt undecim passiones, sex pertinentes ad concupiscibilem, et quinque ad irascibilem, de quibus omnibus in Rethoricis diffusius diximus. Hic autem sufficiat superficialiter pertransire.

Que predictarum sint priores et que posteriores et quem ordinem habeant ad invicem. II

Quia nullus seipsum bene regere potest nisi sciat que passiones sint fugiende et que sequende, sed et in hoc primo libro determinare intendimus de regimine sui, videndum est quot sunt passiones et quem ordinem habent ad invicem, et que sunt magis principales, et quomodo una passio reducitur ad aliam, quia ex omnibus hiis magis innotescit nobis ipsarum passionum natura, qua inspecta cognoscemus que sunt laudabiles et que vituperabiles, et que sunt sequende et que fugiende

Viso quot sint passiones et quomodo accipi possunt, videndum est quem ordinem habeant ad se invicem. Ordo autem earum dupliciter potest accipi, vel singulariter vel per combinationem. Accipiendo ergo huiusmodi ordinem secundum combinationem, dicere possumus primas passiones esse amorem et odium. In secundo gradu vero sunt desiderium et abhominatio. In tertio vero spes et desperatio, in quarto autem timor et audacia. In quinto vero ira et mansuetudo. Ultime passiones sunt delectatio et tristitia.

Delectatio enim et tristitia sequuntur ad alias omnes passiones. Nam quacumque alia passione quis passionatur, vel delectatur vel tristatur; ideo hee due passiones post omnes alias collocande sunt. Amor et odium sunt simpliciter passiones prime. Nam sicut delectatio et tristitia ad omnes alias passiones sequuntur, quia omnes alie passiones vel terminantur ad delectationem vel tristitiam,

sic amor et odium precedunt omnes alias passiones, quia omnes alie passiones sumunt originem vel ex amore vel ex odio. Quicumque enim passionatur aliqua passione, vel sic passionatur quia amat, vel quia odit. Post amorem ergo et odium huiusmodi sunt desiderium et abhominatio. Nam desiderium immediate innititur amori. Cum enim amamus aliquid, vel desideramus ipsum habere, vel si ipsum habemus desideramus observare in habendo ipsum. Abhominatio immediate innititur odio, quia statim cum odimus aliquid abhominamur illud. Ergo sicut amor vel odium sunt passiones prime, sic desiderium et abhominatio sunt passiones secunde. In tertio autem loco ponende sunt spes et desperatio. Nam spes et desperatio cum sumantur respectu boni, precedunt timorem et audaciam, iram et mansuetudinem, que sumuntur respectu mali. Nam cum aliquid sit prius futurum quam sit presens, timor et audacia que sumuntur respectu mali futuri precedunt iram et mansuetudinem que sumuntur respectu mali presentis. Complane ergo patet quem ordinem huiusmodi dicte passiones servant, si sumantur bine et bine. Accepte vero singulariter sic ordinari debent, quia amor est prior odio, desiderium abhominatione, spes desperatione, timor audacia, ira mansuetudine, delectatio tristitia.

Amor enim est prior odio, quia semper passio sumpta respectu boni secundum quod huiusmodi prior est passione sumpta respectu mali. Nam appetitus per se tendit in bonum; si autem refugit malum, hoc est ex consequenti, quia contingit fugere aliquid malum ratione boni. Amor ergo est prima motio animi et prima passio. Nam ipsum odium ex amore sumit originem; nisi enim amaremus aliquid, nichil abhominaremur nec haberemus odio. Nam quia diligimus bonum et iustitiam, odimus et abhominamur

Fuces et iniustos. Desiderium autem quod innititur amori precedit abhominacionem que innititur odio. Spes vero precedit desperacionem. Nam si primum volitum est bonum, et quietius est volitum est volitum subiacens bono. Passio que magis coniungit nos bono tamquam primo dicta precedit alias passiones. Et quia tendere in bonum est coniungi bono, et prius est coniungi bono quam deficere ab ipso, spes per quam tendimus in bonum precedit desperacionem per quam deficimus ab ipso. Timor autem precedit audaciam. Nam quia appetitus per se primo intendit coniungi bono, ideo passio que tendit in bonum est prior passione que deficit ab ipso. Sic quia declinare vel refugere malum habet racionem boni, ideo timor per quem refugimus malum prior est audacia per quam aggredimur ipsum. Ira autem inter passiones est prior mansuetudine. Nam mansuetudo proprie non est passio, sed magis est defectus a passione, ideo inter passiones ira mansuetudinem precedit. Verum autem in aliquem modum mansuetudo precedit iram in negocio (?). Delectacio autem que est respectu boni est prior tristicia que respectu mali. Quia ergo visum est que sunt passiones et quomodo ordinantur ad invicem, ex hiis que dicta sunt aliquo figuraliter et sub typo innotescit nobis numerus passionum, que cognita cognoscere possumus quomodo sint prosequende et vitande passiones predicte. Quod sunt tanto magis decet reges et principes quanto per passiones ipsorum maius malum valet induci et per bonum excellencius impediri. De hiis tamen diffusius infra tractabitur.

Quod reges et principes decet se habere ad odium et amorem. III

Passiones autem quia diversificant regimen et vitam humanam, ideo quomodo debemus nos habere ad illas, necessarium est ostendere. Oportebat ergo circa omnes passiones, ut sciremus numerum passionum, de quibus determinare debemus; oportebit etiam ostendere ordinem earum, ut sciremus quo ordine determinaremus de illis. Tenuare (?) amor et odium sunt passiones prime. Primo videndum est quomodo decet reges et principes se amativos et odiosos (?), et ut ostendebamus nomen amoris non solum ut est passio simpliciter, sed etiam ut reperitur in appetitu sensitivo vel intellectivo, dicere possumus obiectum amoris proprie est bonum. Ubi ergo reperitur magis racio boni

Ubi esse debet magis principalis
et magis intensius amor. In
bonis autem divinis et in bo-
nis communibus magis reperitur
ratio bonitatis quam in bono
privato. Modus ergo quo quo-
libet debet esse amativus est
ut primo et principaliter diligat bonum
divinum et commune. Nam in bono
divino magis habet esse bo-
nitas unusquisque quam in
seipso. Bonum ergo divinum est
conservativum boni nostri, immo
et si esset annichilatum bonum
nostrum, deus si vellet posset re-
reficere. Unde tunc nullus
homo sine divino auxilio
esse posset bonus, aut aliquid
ipsum bonum facere, vel se in bo-
nitate conservare. Dictat n-
aturalis ratio ut magis de-
um diligat quam seipsum, quia
bonum unusquisque principaliter est
a deo, et excellentius reser-
vatur in deo quam in seipso.
Et quia commune bonum est divinius
quam singulare ut dicitur primo
primo Ethicorum. Et quia in omni
bono includitur bonum privatum,
semper bono privato preponendum
est bonum commune. Naturaliter
enim videmus partem se expo-
nere periculo pro toto, ut brach-
ium se exponit periculo pro cor-
pore. Ex naturali enim instinc-
tu, cum quis vult percutti
ne vulnerentur membra a quibus
principaliter dependet salus corporis
et ne totum corpus pereat, brac-
hium se periculo exponit. Sic
etiam antiquitus si propterea

civitate aliqua dominari et
tenere monarchiam. Hoc autem
quia cives pro republica non
dubitabant se morti exponere.
Dilectio enim quam habebant
romani ad rem publicam
fecit Romam esse principantem et
monarchiam. Hoc ergo modo
quoniam homines decet esse a-
mativos, ut primo et principaliter
diligant bonum divinum et commune
et consequenter bonum proprium et
privatum. Maxime autem hec
decet reges et principes. Quod
triplici via possumus declarare.
Regia enim dignitas comparatum ad
plura ad tria comparari potest. Vide-
licet ad tirannidem cui contrariatur,
ad virtutes quibus debet ornari,
ad vitia que debet fugere. Prima
via sic patet. Nam ut superius
dicebatur, et ut philosophus in po-
liticis probat, differentia est inter
Regem et Tirannum, quia rex
principaliter intendit bonum commune,
et intendendo bonum commune
intendit bonum proprium, quia sa-
lvato regno salvatur et rex.
Tirannus autem econtrario principaliter
intendit bonum privatum et
consequenter autem et esse per accidens
intendit bonum commune. Contingit
et bono communi coniungit sibi ali-
quod bonum privatum. Si ergo
modo opposito se habent regimen
et tirannides, cum modus am-
oris tirannici sit ut bonum
privatum preponat bono communi, modus
amoris regii esse debet ut
bonum commune preponat privato bono.

Imo quia speciali modo Rex
et quilibet princeps est mini-
ster dei et persona publica
et communis speciali modo spectat a-
d reges et principes bonum divi-
num et commune preponere cuilibet bono
privato / Secundo hoc idem patet
si considerantur virtutes quibus decet
Reges et principes esse ornatos
Sicut enim detestabilius est in
magistro carere sciencia quam in di-
scipulo / Cum magister est in sta-
tu in quo debet scienciam aliis tra-
dere / sic detestabilius est in rege
virtutibus carere quam in subiectis
quia status regius requirit ut
inducat alios ad virtutes / inter
ceteras autem que inducunt principes
Reges ad virtutes / est ut bonum
divinum et commune principaliter dili-
gat / Nam si rex principaliter bonum
commune intendat studebit ut ha-
beat memoriam preteritorum / provi-
denciam futurorum / et sit expertus
cautus / et ut habeat omnia
que ad prudenciam requiruntur
per que possit melius suum po-
pulum regere / imo si bonum
commune preponat bono privato / tanto
magis studebit ut prudencia
polleat / quanto maior pruden-
cia requiritur ad custodiendum
bonum commune quam proprium / Erit
ergo prudens / sic etiam erit
iustus quia bonum commune potis-
sime per iusticiam conservatur
erit magnanimus / quia bona grandia
maxime sunt ardua / et ma-
gno honore digna in que

Magnanimus tendit Erit mag-
nificus / quia iuxta philosophum quarto Ethicorum
magnificencia potissime se habet
circa bona divina et communia /
Erit fortis / quia cum bonum commune
preponat bono privato / non
dubitabit etiam personam exponere
si viderit quod expediat regno
Erit temperatus / quia si intendet
sua principaliter respicere bo-
num regni / abstinebit de-
lectaciones sensibiles immoderatas /
/ ne per eas impediatur debita
cura regni ut ergo sit ad verbum
dicere / amor boni divini et
communis inductivus est ad virtutes
singulares / considerando virtutes
quibus decet reges esse or-
natos principaliter debent diligere
bonum divinum et commune / Ter-
cio hoc idem patet si considerentur
vicia que debet fugere / Nam sicut
amor communis et divinus in-
ducit ad omnem virtutem / Sic
inordinatus amor proprius in-
ducit ad omne vicium / Tales
enim sunt tyranni volentes
explere voluntatem propriam et
querentes excellencias singula-
rem / ipsi quod sunt iniuria-
tores aliorum / Depredantur
sacra / spoliant populum / omnem
iniusticiam exercent / Unde
et Valerius maximus de di-
onisio Siciliano recitat
cum esset tyrannus et amator
proprii comodi / depopulabat
urbes expoliabat civitates
et depredabatur sacra /

Viso quod Reges et principes se habere debeant ad amorem quem maxime putantur debere amare bonum divinum et commune de facili patere potest quomodo se habere debeant ad odium. Nam amor est primus motus et prima passio ex qua omnes alie sumunt originem. Ut si homo diligit iusticiam et virtutem odit fures qui contrariantur iusticie et detractatores qui contrariantur virtuti. Et quia diligit temporalem vitam timet gladium qui tollit eam timor ergo et odium et breviter omnes passiones omnes motus tum sumunt originem ex amore. Potissimum igitur in intencione cuiuslibet esse debet quod sit amandum. Ostenso igitur quod reges et principes quodam speciali modo pre aliis odire debent que contrariantur bono divino et communi. Huiusmodi autem sunt opera iniusta et contumeliosa et universaliter omnia vicia sive tunc detractio odii sit exterminare et iniquum saciari possit nisi exterminet ut dicitur secundo Rethoricorum debent reges et principes sic sitire iusticiam et odire vicia ut non quiescant nisi ea extirpent et exterminent propter quod cum homines non sunt exterminandi et odiendi sed quia vicia sunt extirpanda et odienda si non possunt aliter vicia extirpari nec potest aliter conservari commune bonum nisi exterminando maleficos homines extirpandi sunt tales ne periclitetur commune bonum. Amare igitur commune bonum et odire maleficia que ei contrariantur tanto magis decet reges et principes quanto magis sunt persona publica et communis.

Quod et que debeant reges et principes desiderare et abhominari IIII

Tracto de amore et odio que sunt passiones prime. Restat dicere quomodo Reges et principes se habere debeant ad desiderium et abhominationem que sunt passiones secunde. Oritur autem desiderium ab amore et abhominatio ab odio. Nam gesta moralia quodammodo rebus naturalibus sunt similia. Nam sicut opera naturalia per suas formas ut per gravitatem vel levitatem tendunt ad loca propria sic per amorem tendit quis in bonum sibi proporcionatum et conveniens. In gravibus ergo vel levibus tria est considerare. Primo formam gravitatis vel levitatis per quam conformantur locis sursum et deorsum. Secundo est ibi considerare motum per quem tendunt in tales locos. Tercio statum et quietem per quam quiescunt in dicto loco. Sic et in gestis moralibus ut quis ponit est hec tria considerare. Nam cum bonum

aliquod primo apprehendimus
primo per amorem et quandam
complacentiam ei conformamur
Secundo per desiderium in ipsum
tendimus. Tercio per delec-
tacionem quietamur in ipso. Am-
or ergo nos conformat. deside-
rium nos movet. delectacio
nos quietat. Et quod dictum
est de bono respectu amoris
desiderii et delectacionis ut
supra tangebatur intelligendum
est de malo respectu odii ab-
hominacionis et tristicie. Nam
sicut bonum ut est amatum, ei con-
formamur. ut est desideratum in
ipsum tendimus. ut est adeptum
delectamur in ipso. Sic malum
ut est oditum est aliquid displic-
ens et difforme voluntati
nostre. ut est abhominatum ab
eo refugimus. Et si contingit
ipsum adipisci dolemus et tri-
stamur. Desiderium ergo licet
non sit idem quod amor. men-
suram tamen et modum debet su-
scipere ex amore. Sic et ab-
hominacio licet non sit idem quod
odium. tamen ex odio debet men-
suram suscipere. Sicut enim in
naturalibus videmus quod licet motus
deorsum non sit idem quod forma
gravis naturaliter tamen motus de-
orsum sumit mensuram et modum
ex gravitate. ut quanto aliqua
sunt graviora tanto velo-
cius moventur ad medium. Quare
si videre volumus quid reges
et principes debeant desidera-
re et abhominari aliqua

videndum est quid debeant ama-
re et odire. Videmus autem
in singulis actibus ut in 8° Polit-
icorum probatur quod finis appe-
titur in infinitum. ea autem
que sunt ad finem appetuntur secundum
modum et mensuram ipsius finis.
Ut medicus intendit inducere
sanitatem inquantum potest maio-
rem et meliorem quia sanitas
in arte medicine intenditur
ut finis. pocionem et flebo-
tomiam non intendit quanto
maiorem potest. quia tunc exter-
minaret infirmum. sed inten-
dit talia secundum modum et men-
suram quantitatis et sanitatis.
Cum ergo in arte regendi et
principandi principatur et finaliter
intenditur salus regni. et prin-
cipatus sicut in arte medicandi
principaliter intenditur sanitas cor-
poris naturalis. decet Reges et
principes principaliter intendere et
amare bonum regni et conse-
quenter si desiderium debet men-
suram sumere ex amore principaliter
Reges et principes intendere
debent bonum statum regni
et quod qui in regno sunt
bene se habeant ad divina
quod agant opera virtuosa. quod
sit in eis pax et tranquillit-
as. quod inter eos debita ser-
vetur iusticia. et cetera
talia ex quibus per se et essen-
cialiter dependet bonus status
regni. Alia autem desiderare
debent ut habent ordinem ad ista

Divitias ergo et civilem potestatem / et cetera talia bona intantum desiderare debent in quantum per ea sunt cohibere mala / punire iniusta et facere alia a quibus salus regni dependere videtur. Ulterius quod Reges et principes desiderare debent bonum / quia sicut debent amare primo et principaliter bonum divinum et commune / alia autem amare debent in quantum habent ordinem ad ista / sic desiderare debent primo et principaliter bonum divinum et commune / alia autem sunt desideranda ut ordinantur ad ista. De levi ergo patet que et quomodo abhorrere debent / quia principaliter sunt abhominanda / que contrariantur bono divino vel communi. Alia autem abhorranda sunt ex consequenti. Huiusmodi autem abhominacionem et desiderium / tanto magis decet reges et principes / quanto magis decet eos habere curam de bono regni et communi. Que sunt autem ista que regnum conservant in bono statu / et quomodo Rex se habere debet ad ipsum regnum / in tercio libro diffusius ostendetur.

Quomodo Reges et Principes se habere debeant circa spem et desperacionem. Capitulum LI

Cum determinavimus de ordine passionum / diximus quod amor et odium causant passiones primo / desiderium et abhominacio causant passiones secundo. Post has autem tercio loco collocande sunt spes et desperacio. Restat ergo videre quomodo reges et principes se habere debeant / circa spem et desperacionem / sed si considerentur dicta superius habita non est difficile scire / quomodo Reges et principes ad hec habere debeant. Dicebatur enim supra quod decet eos esse humiles et magnanimos. Cum ergo humilitas moderet spes quia humiles cognoscentes defectum proprium non sperant ultra quam debeant / Magnanimitas vero reprimat desperacionem / quia magnanimi propter difficultatem operis non desperant. Sed si Reges et principes fuerint humiles et magnanimi / sperabunt speranda propter magnanimitatem / et non sperabunt non speranda propter humilitatem / Possumus autem quadruplici ordine / quod decet Reges et principes / decenter se habere circa spem et sperare speranda et aggredi aggredienda. Nam si reges nil sperarent et nihil aggrederentur essent pusillanimes et non debite prosequerentur negocia regni. Sunt autem in spe ut quidam ponunt quatuor consideranda. per que arguere possumus / quod decet Reges et principes esse bene sperantes. Spes enim primo est de bono / nam de malo non est spes sed timor / secundo est de arduo / nam licet circa quodlibet bonum possit esse amor vel desiderium / spes tamen non habet esse

Nisi etiam bonum arduum. Nullus
enim sperare dicitur. nisi sibi vi
deatur bonum arduum et diffi
cile. Tercio spes dicit esse etiam
bonum futurum. de presentibus enim
bonis non est spes. licet possit esse
gaudium et delectatio. Quarto
spes dicit esse etiam bonum possi
bile. quia etiam impossibile
nullus sperat sed desperat.
Hec autem quatuor videlicet.
bonum. arduum. futurum. et
possibile. potissime competere
debent regibus et principibus.
Nam ad reges sunt latores
legum. quia secundum philosophum pre
spectat ad regem et principem leges le
ges ponere. spectat ad eos
sperare bonum. Rursus quia
principale intentum a legisla
tore et a rege. ut supra osten
dimus debet esse. bonum divi
num et commune. cum talia sint
bona excellencia et ardua
non solum spectat ad reges et p
rincipes tendere in bonum. sed
eciam decet eos tendere in bo
num arduum. Amplius quanto
maior est civitas. tanto plura
plura ei contingere. ideo maiori
indiget prudencia et sanio
ri consilio. Cum igitur pru
dencia et consilium non sint nisi
de rebus futuris. nec non con
siliatur de impossibilibus. ut vo
lt philosophus tercio Ethicorum. preterita
et presencia. que immutabi
lia sunt ut dicitur per ex sexto
Ethicorum. non cadunt sub con
silio. nec eciam cadunt sub prudencia

Decet ergo Reges et principes
considerare bona non solum ut
sunt ardua. sed eciam ut se
futura. Congruit eciam
eos considerare talia ut po
ssibilia. Nam pauperes impo
tentes et ignobiles. si non
sunt magnanimi et subtrah
unt se ab aliquibus bonis
arduis videntur mereri indul
genciam. quia civilis po
tencia divicie et nobili
tas non amminiculantur eis
ut possent prosequi talia bona
Reges autem et principes quibus
obsequuntur nobilitas generis.
potencia civilis. habundancia
diviciarum. inexcusabiles
esse videntur si sint pusillanimi
mes. et non credant eis esse
possibile prosequi bona ardua
et magno honore digna
Quare cum Reges et princip
es tendere debeant in bono
arduo. et debeant providere
bona futura possibilia pro
regno. decet eos esse sperantes
per magnanimitatem quam habent
omnia que aspiciunt ad spem
debitam requiruntur.
Ipso quod reges et principes bene
se habere debeant in sperando
speranda. decet eciam eos cum
magna diligencia investigare que
sperent. et que aggrediantur. nam
sic per magnanimitatem debent
esse prompti ut aggrediantur
ardua et sperent speranda
sic per humilitatem debent esse
moderati ut non aggrediantur

Aliquid ultra vires presumunt ut non sperant non speranda. Possumus autem duplici via investigare quod non debent reges et principes aggredi aliquid ultra vires et sperare ultra quam sit sperandum. prima sumitur ex parte officii regii. Secunda ex parte populi sibi commissi. Sperare enim ultra quam sit sperandum et aggredi opera ultra suas vires videtur esse ex improvidencia procedere vel ex aliqua passione immoderata. Videmus enim racionabiliter senes quod iuvenes semper sunt bone spei de quolibet enim negocio eciam si sit ultra vires. iuvenes bene sperant. quod contingit ex ignorancia. Inexperti enim non possunt cognoscere arduitates operis. contingit eciam hoc ex immoderacione passionis. Nam quia in eis nimius habundat calor. prorumpunt ut attemptent aliqua que consummare non possunt. Sic eciam dicere possumus quod ebriosi plus sperant quam debent. quod calefacti ex vino et ebrietate cum intencione racionis usum attemptant aliqua que non valent perficere. Cum ergo regium officium requirat hominem prudentem et non passionatum immoderata passione. debent reges et principes non aggredi aliquid ultra vires et non sperare aliqua non speranda. Secundo hoc decet eos ex parte populi sibi commissi. ut plurimum enim exponunt se periculo qui aggrediuntur aliqua ardua ultra vires. si inconveniens ergo totam gentem et totum regnum periculis exponere. diuturno consilio et magna diligencia excogitare debent reges et principes ea quae aggrediuntur. ne assumant ardua aliqua ultra vires et ne sperent aliqua non speranda.

Quomodo reges debeant se habere circa audacias et timorem. VI.

Secundum philosophum in secundo Ethicorum eciam in moribus singulares consideraciones magis proficiunt. verum quia nobis sunt nota confusa magis ut dicitur primo physicorum ideo in hoc primo de moribus regum oportet perstringere universaliter et typo. quia in secundo et maxime in tercio plus descendemus ad particulares circumstancias. expedit tamen hic universalia perstringere. quia horum cognicio faciat ad cognicionem sequencium. In tercio ergo libro magis particulariter tractabimus facta regni. nec tamen eciam in illo libro expediat penitus usque ad particularia descendere. quia experti in curiis et maxime reges et principes propter negociorum frequenciam satis particularia gesta noverunt. Sic si aliqua universalia in morali negocio tradentur suffragante experiencia quam habent de moralibus gestis sufficienter instrui poterunt in cognicione moralium. his ergo prelibatis dicamus quod sic universaliter et typo instruximus reges et principes quomodo se habere debeant circa spem et desperacionem quae respiciunt futurum bonum

Sic secundum eandem metodum
eos instruere possimus, quod
se habere debeant circa audaci-
am et timorem qui respiciunt fu-
turum malum. Videtur autem for-
te aliquam reges et principes in
nullo decere esse timidos, quia
Regie maiestati derogare dicitur.
Multos autem sic incitantes
reges habere consueverunt per-
suadentes eis ut omnia aude-
ant nichil timeant. Sed ta-
les sunt adulatores non veridi-
ci. Decet ergo reges esse fortes.
Nam qui omnibus audet et nil
timet ut dicitur primo Magnorum
moralium, non est fortis sed fatuus.
Oportet ergo videre quomodo eos de-
ceat timidos et audaces. Ti-
mor autem si moderatus sit expe-
diens est regibus et principibus.
Moderato enim timore omnes prin-
cipantes timere debent, ne a-
liquid insurgat in regno
quod bonum statum depravare
possit. Possumus autem constitutio
ad presens sufficit duplici via
investigare, quod moderatus ti-
mor necessarius est regibus et
principibus. Prima via su-
mitur ex parte consilii habendi. Se-
cunda ex parte operis fiendi.
Prima via sic patet, nam
ut dicitur 2o Rethoricorum capitulo
de timore. Timor consilia-
tivos facit. Ex eo enim quod
aliquis timet consiliatur quo-
modo possit effugere malum quod
dubitat. Cum ergo unum to-
tum regnum absque magno
consilio debite gubernari non
possit, expedit regibus et princi-
pibus ut consiliativi ~~regnantur~~

reddantur habere aliquem moderatum
timorem. Secundo hoc idem
investigare possumus ex parte
operis fiendi. Nam non sufficit
solicitari circa consilia et iudic-
are de consiliatis, nisi con-
siliata et iudicata per opera
debite et diligenter exequantur.
Moderatus autem timor non solum
consiliativos facit, sed etiam agit
ut opera diligentius operentur. Nam
si moderatus assit timor diligen-
tius agimus opera, per que
fugere credimus timorem illum.
Ostensum est ergo quod Reges
et principes moderatum decet
habere timorem, actu nullo
immoderato decet eos timere. Im-
moderatus autem timor contrarior habere
videtur, quia omnino derogat
regimini regni. Nam timor im-
moderatus primo reddit homines
immobiles, et contractum secundo
facit ipsum inconsiliativum. Tertio
facit eum tremulentum, quarto
facit eum inoperativum. Cum enim
quis timet calor ~~p~~ ad inte-
riora ingreditur, modo enim quem
videmus in hominibus, aspicere
possumus in ~~corpore nat~~ ca-
lore corporis naturalis. Cum enim ho-
mines existentes in campis time-
ant, statim confugiunt ad castra
vel ad civitatem. Sic cum quis
timet, calor existens in ex-
terioribus membris statim confugit
ad interiora propter quod homo in se
ipso contrahitur et redditur immo-
bilis, quasi si indecens est tunc
regem sive regem esse im-

mobilem et contractum inde-
cens est ipsum timere immode-
rato timore. Secundo hoc
est indecens quia immodera-
tus timor facit hominem
inconsiliativum. Cum enim quis
immoderate timet totus ob-
stupescit et est in agonia et
ignorat quid faciat propter quod
non recordatur consiliari et etiam con-
silium datum propter obstupefactionem
non apprehendit illud. Quare si
indecens est ut facta regni sine
consilio peragantur et ut rex
sit inconsiliativus indecens
est ipsum timere immoderato timo-
re. Et si Tertio immoderatus
timor reddit hominem tremu-
lentum. Nam propter timorem
calore se ingrediente ad in-
teriora, exteriora membra fri-
gida manent, nervi ergo fi-
unt frigescunt non valentes
sustinere membra. Quare accidit
eis tremor. Cum ergo si in-
conveniens est reges tremulos
esse cum deceat eos rigidos et con-
stantes, inconveniens est ipsum
timere immoderato timore. Quarto
immoderatus timor reddit homi-
nem inoperativum. Nam homo propter
timorem immoderatum tremens
obstupescit, immobilitatur, et ne-
scit quid faciat. Cum ergo totum
regimen sit in rege tamquam in
movente et expectet imperium
eius, si rex sit inoperativus et
imperare non valeat propter immod-
eratum timorem toti regno preiu-
dicium gignitur. Quare si hoc est
indecens non decet regem timere
immoderato timore. Viso quomodo

Reges se debeant habere ad timo-
rem, quia difficilius est reprimere
timorem quam moderare auda-
ciam, ut dictum fuit supra capitulo
de fortitudine. De facili vi-
dere potest quomodo se habere debeant ad
audaciam. Decet enim eos non
habere audaciam immoderatam
sed moderatam. Nam si auda-
cia sit immoderata homo plus
presumit quam debeat, quod regibus
non expedit, quia tunc periculo
exponerent totum regnum. Si vero
omnino nulla audacia habeat
omnino est indecens, quia tunc
nichil aggreditur. Moderate
ergo se ad timorem habere et ad au-
daciam regibus et principibus
omnino congruit.

Capitulum quomodo differt ira ab odio et quod reges et principes se habere debeant ad iram et eius oppositum. VII

Quia ira maximam
affinitatem habere vide-
tur cum odio, postquam
ostendimus quomodo reges et prin-
cipes se habere debeant circa
iram et mansuetudinem,
videndum est quomodo ira differret
ab odio et quod est detestabi-
lius an odium an ira inordi-
nata. Est autem una principalis
differentia inter iram et odium, quia
odium est appetitus mali sim-
pliciter et absolute. Nam odium opponitur
amori. Amare enim ut dicitur
secundo Rhetoricorum est idem quod
velle alicui bonum secundum
se, sed odire aliquem est velle
ei malum simpliciter et absolute

Ira aut no se Nam ira no
e appetitus mali simpliciter
sed in ordine ad vindictam
pt eni diffiniri ira quod
e appetitus pene in vindic-
tam Ex hac aut dra prin-
cipali inter iram et odiu sumu-
ntur octo dre quas assignat
phus primo Rethoricorum
Prima dra e qr ira e ex
hiis q sunt ad seipsm vel
de pertinentibus ad ipm Odiu
aut ee pt de pertinentibus ad
ipm et ad aliu Nam nullus
irascitur alicui nisi credat ipm
fore fecisse vel in se vel in fi-
lios vel in amicos vel ma-
liquos ad se pertinentes Sitim
est eni ira appetitus ee pene
no simplr sz in ordine ad vin-
dictam Nullus aut vlcisci
desiderat nisi de fore facientibus
vel in ipm vel in ptinentibus
ad seipm Sed odire quod
e velle malu zm se esse
pt vel defendentibus ad se
vel ad aliu Statim eni
cu stimus aliquem ee malu
ut cu stimus aliquem ee furem
possumus ipm odire sive
fore fecit in nos sive in ali-
os Secunda dra quia ira
sep e in singulari odiu aut
pt in gnn ee pt aut aliqs
odire gnne omes fures et de-
tractorem sed irasci no pt ni-
si alicui in speciali Nam
cu hō in gni no iniurietur
nobis sed sep committatur iniu-
ria per aliquem hominem spe-
cialem Sed odire fures pos-
sumus vniversalr no tn ira-
scimur nisi alicui singulari
Tercia dra e quia odiu
est quid insaciabile sz ira
saciatur Nam si odiu est
appetitus mali simplr ille
que odimus nec posset tm habere
de malo qui vellemus eo
haberet plus sed ira que appe-
titus pene no simpliciter
sed ut ordinatur ad vindictam
e quitus saciabile quia
cu aliquis tm passus e qr
videtur irato vlcionem decentem
fecit ee saciatur ira et cessat
iratus Quarta dra est
quia iratus appetit contristare
sed odiens appetit nocere vult
eni iratus inferre dolorem
et tristiciam sed odiens vult
inferre dampnu et nocumen-
tum Quinta dra e qr
semper quid vult iratus odien-
ti aut nil dre Non eni suf-
ficit irato qr alr paciatur
nisi senciat et nisi mani-
feste appareat qr ipe ei in-
ferat illud malu qr alr
no esset vindicta sed odien-
ti quidq nil dre Na cu odi-
unt sit mali zm se et abso-
lute sufficit odienti quod
alr paciatur malu qualitercuq
accidat ei malu illud Sex-
ta dra e quia ira semper
e cu tristicia tamta eni
e anxietas irati ut vind-
icta fiat qr donec facta
sit vlcio qsi continue e in
tristicia sed odiu sine tristicia
esse pt Nam ee vnt ad delec-
tacionem

Dan quia odire est pessima
voluntas alicuius omnis furcis non
tamen oportet quod semper ira co-
mittatur huiusmodi odium. Septima
differentia est quia ire videtur a-
nexa esse misericordia, non autem
odio. Nam cum ira satietur
si multa mala inferentur
alteri, iratus miseretur ei,
sed odium pro nullo miseretur
cum sit quid insaciabile.
Octava differentia est quia ira vo-
lt compati, sufficit enim ira-
to quod alter contra paciatur, donec
fiat condigna ultio, sed odium
vix exterminatur et vult non
esse, non enim sufficit odienti
quod alter contra patiatur, sed
vult eum interimi et non
esse. Cum ergo conditiones odii sint
multo peiores quam conditiones ire
magis cavendum est odium quam
ira, immo iram transire in odium
secundum augustinum hoc est trabem
facere de festuca. Est ergo
odium hominibus cavendum a quibus
magis tamen cavendum a regibus
et principibus, quia inferre
possunt pluribus nocumentum. Sic
igitur sentiendum est de odio et de
ira, quia odium detestab-
ilius est quam ira. Nichilominus
tamen si ira inordinata sit
detestabilior est quam odium, ut
ergo appareat quomodo reges et
principes se habere debeant circa
iram et mansuetudinem. Sci-
endum est quod ira aliquando pre-
cedit rationem, et tunc est in-
ordinata et cavenda, a-
liquando sequitur ordinem rationis

et tunc potest esse ordinata et im-
mitenda. Si enim ira rationem
precedit dupliciter est cavenda. Pri-
mo quia non perfecte rationem audit.
Secundo quia eam obnubi-
lat. Ira enim rationem precedens
secundum philosophum septimo Ethicorum assi-
milatur canibus vel assimila-
tur velocibus. Servi enim
veloces statim cum audiunt ver-
bum domini, antequam plene per-
cipiant preceptum eius currunt
ut exequantur mandatum
eius. Contingit eos
deficere quia non perfecte per-
ceperunt quid exequendum
sit mandatum illud. Sic
etiam et canes, statim cum
audiunt sonitum vel pulsum la-
trant non distinguentes an
veniens sit amicus an inimicus.
Sic etiam ira facit, statim
enim cum ratio dictat vindictam
esse fienda, statim vult
currere ut vindicta exequatur
non expectans super hoc iudici-
um rationis qualiter vindicta sit
fieri debeat. Est ergo ira ca-
venda inordinata, quia
non perfecte rationem audit. Se-
cundo cavenda est quia rationem
obnubilat. Nam corde non
existente in debito temperamen-
to, impediuntur ab usu rationis.
Quare cum per iram accendatur
sanguis circa cor, corpus
reddit intemperatum, ut non
possimus debite ratione uti,
ratio enim est intellectus

licet non sit virtus corporalis organi, tamen in suo actu corporalibus organis utitur, propter quod corde existente indisposito non potest libere uti actu suo. Quare si in quolibet homine tenebrosa est ratio, sive obnubilata, et non plene rationi obediens, in quolibet tenebrosa est ira inordinata, magis tamen tenebrosa est a regibus et principibus, quia eos maxime decet sequi imperium rationis. Tenebrosa est ergo ira inordinata et rationem precedens. Sed si sequitur imperium rationis potest esse ordinata et immittenda. Nam cum ira est rationis organum, et agit secundum imperium rationis, virtus exequitur opera virtuosa. Unde tertio Ethicorum approbat dictum Homeri dicentis: virtute immitte furori. Tunc enim virtus furori utitur, ut ne immittatur modo debito et ut decet, cum ira est organum virtutis et rationis. Patet ergo quomodo nos debemus habere circa iram et mansuetudinem, quia per mansuetudinem reprimenda est ira ne precedat iudicium rationis, et per iram reprimenda est mansuetudo ne impediat opera virtutis et rationis actum. Nunc igitur quousque per iudicium rationis plene quid agendum, debemus esse mansueti, sed postquam plene visum est quid actum sunt pessima asinine ira tamquam serva et ancilla rationis, ut per eam exequantur virilia que ratio iudicabit. Sic ergo se habere circa iram et mansuetudinem tanto magis decet reges et principes, quanto magis decet eos non impediri in usu rationis et virilia exequi que ratio iudicabit.

Quomodo reges et principes se habere debeant circa delectationes et tristicias. VIIII

Debebat enim super delectationes et tristicias tenere ultimum gradum in ordine passionum, quia ad eas tamquam ad passiones ultimas omnes alie terminantur. Nulla enim est passio que non terminetur vel ad tristiciam vel ad delectationem. Dicto ergo de omnibus aliis passionibus, restat dicere quomodo reges et principes se habere debeant circa delectationes et tristicias. De delectationibus autem duplex opinio antiquorum, ut patet .x. Ethicorum. Eudoxius autem posuit omnes delectationes esse bonas, quia quod ab omnibus appetitur maxime videtur esse bonum et eligibile. Omnia autem appetunt delectationes, quod non esset nisi delectatio esset simpliciter

de quo bonorum. Adducebat
autem Eudoxius ad hanc ra-
tionem aliam ex ipsa tristicia
que est delectationi contraria. Nam
si tristicia quelibet est fugi-
enda et habet rationem ma-
li, delectatio que est expeten-
da et habet rationem boni. A-
lij autem contrario dicebant omnes
delectationes esse fugiendas. Sed
hij omnes delectationes contemne-
ntes, stanti suam positionem oste-
ndunt reprehensibiles, quia
secundum philosophum absque delectatione
aliqua nullus vivere potest. Si-
cut ergo negans loquelam
concedit loquelam ut patet per
philosophum quarto Methaphisice. Sic po-
nens omnes delectationes esse
fugiendas ponit aliquam
delectationem esse sequendam.
Nam cum loquela negari non
possit nisi per loquelam,
negans loquelam loquitur,
loquendo autem concedit loquelam.
Sic quia nullus omnem delec-
tationem fugit nisi delectabi-
le sit ei omnem delectationem
fugere, sequitur quod fugiens omnes
delectationes sequitur aliquam
delectationem. Tertius autem habuit
duas vias omnino contrarias. Sed
via philosophi media, quia non
omnis delectatio est simpliciter bo-
na nec omnis simpliciter mala. Sed
aliqua delectatio est bona exis-
tenter, aliqua apparenter, a-
liqua secundum quid. Aliqua
est bona vere, aliqua est
bona alteri. Sic enim videmus
in gustu, sic et in appetitu
iudicare possumus. Aliqui
enim habent gustum infectum
ut infirmi, aliqui habent
ipsum bene dispositum ut sani.
Sic aliqui habent appetitum
infectum ut viciosi, aliqui
habent ipsum bene dispositum
ut homines boni et virtuosi.
Sicut ergo non sunt dicenda vere
dulcia que videntur dulcia
infirmis et habentibus gustum
infectum, sed que videntur dul-
cia sanis et habentibus lin-
guam bene dispositam. Sic non
sunt dicenda vere delecta-
bilia que sunt delectabi-
lia viciosis et habentibus appe-
titum infectum. Sed que sunt
delectabilia bonis et haben-
tibus voluntatem rectam. Erunt
ergo aliqua delectabilia vere et
simpliciter, aliqua apparenter et
secundum quid, et erunt aliquae
delectationes bone existenter
et simpliciter, aliqua apparenter
et secundum quid. Rursus quia
delectatio consurgit ex quietatione
convenientis cum conveniente, cum
ergo aliqua conveniunt bestijs,
aliqua hominibus, aliquae dele-
ctationes sunt convenientes be-
stijs, alique vero hominibus.
Delectationes autem intelligibi-
les et virtuose sunt conve-
nientes hominibus, sed delectationes
veneree sensibiles sunt convenientes

bestiis. Si autem homines talibus de-
lectacionibus uti debeant hec non
eam se et simpliciter, sed prout ha-
bent ordinem et prout deserviunt
actionibus virtuosis, patet ergo quomodo
nos habere debemus ad istas delecta-
tiones. Nam eciam detestabile sit cuilibet
quod sit viciosus, et quod mores
habeat bestiales, precipue ad
quelibet secundum non quod sint delecta-
bilia bestiis et hominibus vicio-
sis, sed que sunt delectabi-
lia racionabilibus et hominibus
virtuosis. Omnis ergo delectacio
est bona ut arguebat racio
primo. Sed non omnis delec-
tacio est bona cuilibet, sed
aliqua est bona bestiis et ali-
qua hominibus. Quanto
ergo detestabilius est reges et
principes eligere vitam pecudum,
tanto detestabilius est eos
sequi delectaciones bestiales.
Patet ergo quomodo reges et prin-
cipes se habere debent ad delec-
taciones, quia principaliter et per se de-
lectari debent in operibus virtu-
osis. Nam delectacio semper per-
ficit et expeditiorem reddit
operacionem convenientem. Si ergo re-
ges et principes delectabuntur
in actibus prudencie et in o-
peribus virtuosis, expedienciori
modo et magis perfecte effi-
cere poterunt huiusmodi opera.
Nam quanto quis vehemenciori
modo delectatur in actibus virtu-
osis, tanto excellencius efficit
illos actus. In delectacionibus
autem sensibilibus delectari non

debent principaliter et per se, sed uti debe-
ent eis moderate, prout ha-
bent ordinem ad opera virtu-
osa. Nam si tales delectaciones
vehementes sint, racionem ob-
nubilant et operaciones impe-
diunt virtuosas. Viso quomodo
reges et principes se habere de-
bent ad delectaciones, videre
restat quomodo se habere debent
ad tristicias. Tristicia autem
nunquam est assumenda, nec
est laudabilis, nisi supposi-
to aliquo turpi. Si quis
videt se in aliquo turpia e-
gisse, debet dolere et tristari
de turpibus, ergo est tristandum.
Sed omnis alia tristicia est mo-
deranda et vitanda. Ut ergo
huiusmodi tristicia modeletur da-
nda sunt remedia per que
huiusmodi tristicia vitari possit.
Videtur autem philosophus tria re-
media tangere per que tristicia
vitatur, videlicet virtutes, ac-
tiones et consideraciones virtute.
Per virtutes enim vitatur tristicia
ut vult philosophus nono Ethicorum.
Mali enim et viciosi de se ipsis
non gaudent. Non enim in-
veniunt in se ipsis unde delec-
tari possint. Nam mali sibi ipsis
inimicantur, et in se ipsis dissen-
ciunt ut ibidem innuitur. Ma-
lum racioni iudicant, et a-
liud passione agunt. Quia
ergo tales in se ipsis pacem non habeant,
de se ipsis non gaudent. Ma-
gnum autem remedium ut in nobis

ipsis delectationi inveniamus et fuge vitia et habe virtutes. Secundum remedium est consolatio amicorum, ut in eodem nono ethicorum traditur. Videmus enim tristiciam esse quoddam pondus aggravans animam, sic ergo in pondere corporali cum multi iuvant nos ad portandum illud minus gravamur. Sic cum videmus multitudinem amicorum condolere nobis alleviamur a dolore illo et minus contristamur. Huius enim racio licet tangatur in nono ethicorum, tamen dicitur fuisse platonis nec videtur ista quasi vera. Nam cum de dolore amicorum sit dolendum tum quod dolemus, et videmus amicos dolere, ut videtur non debet dolor minui sed augeri. Possumus ergo dicere quod cum videmus amicos dolere de dolore nostro, non quia illi dolent minuitur dolor noster sed quia videmus illos dolere augetur in nobis quedam firma fantasia quod sint amici, et quia delectabile est habere amicos delectamur et dolor noster delectando minuitur, quia omnis delectacio vel totaliter tollit tristiciam vel saltem eam minuit. Tercium remedium est consideracio veritatis. Nam licet de turpibus sit dolendum, de bonis tamen fortune vel de aliis que nobis contingere possunt absque eo quod operemur turpia dolere non debemus. Ad hoc autem maximum remedium est consideracio veritatis. Nam per huiusmodi consideracionem cognoscimus talia esse modica bona adeo quod eis amissis non dolebimus nisi forte per accidens inquantum per amissionem eorum impedimur ab operibus virtuosis. Patet ergo non esse dolendum nisi de turpibus et de operibus virtuosis. Si autem propter alia dolor vel tristicia contingat fugienda est vel per virtutes vel per amicos vel per cognicionem veritatis. Consuevit ergo dari adhuc quartum subsidium videlicet remedia corporalia, ut sompnus balneum et talia que tristiciam fugere solent. Cum ergo tales tristicie impediant operaciones virtuosas, tenentur magis reges et principes tales tristicias moderare, quanto decencius est eos excellere in operibus virtuosis.

Quomodo harum passionum quedam sint magis principales quedam minus. LP.

Sicut enumerabantur superius duodecim virtutes quarum quatuor erant principales et octo eis annexe, sic in hac duodecim passiones enumeratas secundum predecessorum doctrinam dicere possumus quod sint quatuor principales, ut spes timor, gaudium et tristicia.

Has aut magis pncipales
ee explicite via venari possum
Primo ut cparant ad passiones a
lias, scdo ut cparant ad sua obiecta
vel ad maiam circa quam versant
Tercio ut cparant ad poten
cias. anime ut ad irascibilem
et concupiscibilem in quibus
existunt. Prima via sic
patet. Nam omnes alie passi
ones videntur ordinari ad
istas. ut passiones simpliciter re
spectu boni ordinari viden-
tur ad spem et gaudium. Simplic
aut respectu mali ordinari
videntur ad timorem et tristi
ciam. Nam passio sumpta re
spectu boni primo incipit
ab amore. postea vadit in de
siderium. et terminatur in spe
dum bonum illud est futurum
Ultimo aut terminatur in gau
dium et delectacionem. cum bonum
illud est presens adeptum. respe
ctu vero mali incipit ab o
dio. et procedit in fugam
vel abhominacionem. et terminatur
in timorem. si malum illud sit
futurum. ultimo aut ter
minat in tristiciam si malum
illud sit pns et actu adep
tum. Timor ergo et tris
ticia sunt etiam passiones
principales. quia ad eas ordi
nantur passiones sumpte re
spectu mali. sicut ad spem
et gaudium ordinantur pa
ssiones sumpte respectu boni
Secunda via ad investiga
dum has passiones esse
principales sumitur ex parte ma

terie circa quam tales passiones
versantur. quia omnes passi
ones vel sumuntur respectu boni vel
respectu mali. Rursus bo
num vel malum considerari pt
vel ut est futurum vel ut est
iam pns. Sed sic ergo sumi
bilit hec diversi passiones.
quia de bono futuro est spes.
de pnti est gaudium. de ma
lo futuro est timor. de pnti
vero est tristicia. Tercio mo
hee passiones pnt sumi re
spectu potenciarum anime in
respectu irascibilis et con
cupiscibilis. in quibus existunt
Sicut est aut concupiscibilis
tendere in bonum et malum
simpliciter. irascibile vero non
dum hrc racionem ardui.
Cum ergo aliquid maxime
sit bonum. cum iam sit adep
tum. circa quod est delectacio
et gaudium. et maxime malum
sit cum iam est sic adeptum
circa quod est dolor et tri
sticia. Oportet delectacionem
et tristiciam esse pncipales passi
ones respectu concupiscibilis
Spes aut et timor sunt
pncipales passiones respectu ira
scibilis. Nam cum irascibilis
tendit in bonum et malum
in eo quod est arduum. quia tunc
maxime reputat bonum ar
duum cum est futurum. et speratur
tur. et malum arduum cum est
futurum et timetur. Spes et
timor sunt pncipales passiones

respectu irascibilis. Sed cum
ex passionibus diversificari ha-
beant opera nostra, decet nos
diligenter intendere in quibus
delectemur et tristemur, et
quae speremus et timeamus.
Sed hoc tanto magis decet
reges et principes, quanto eorum
opera sunt digniora, eo quod
respiciant bonum gentis. Quo-
modo autem reges et principes debi-
te se habeant circa delectationes
et tristicias, circa spes et timo-
rem, patefactum est per ea quae
supra dicta.

Quomodo passiones aliae ad passiones habitas reducuntur. ¶

Enumerabantur
supra duodecim
passiones, videlicet
amor, odium, desiderium, ab-
hominatio, delectatio, tristi-
cia, spes, desperatio, timor,
audacia, ira, et mansu-
etudo. Sed preter has
omnes passiones alias enu-
merare videtur philosophus secundo
Ethicorum, videlicet zelum,
gratiam, nemesim, quod
idem est quod indignatio de pro-
speritatibus malorum, mi-
sericordiam, invidiam, et e-
rubescentiam sive verecundiam.
Sed omnes passiones reducuntur
ad aliquas predictarum. Nam
zelus et gratia reducuntur ad
amorem, verecundia ad tim-
orem, et invidia et mi-
sericordia et nemesis sive
indignatio de prosperitatibus ma-
lorum reducuntur ad tristiciam.
Zelus enim reducitur ad amorem,
quia zelus nihil aliud est quam quidam
amor intensus. Ea enim quae
intense diligimus, vel sunt
corporalia vel spiritualia. Si
autem sunt corporalia, quia talia
cum habentur ab uno non habentur
ab alio, ideo zelus respectu
horum diffiniri consuevit, quod
est amor intensus non paci-
ens consortium in amato. In-
de ergo inolevit quod aliqui dicun-
tur zelotipi de persona aliqua
si nolunt in ea habere aliquem
consortium. Intensus ergo amor
corporalium videtur esse amor
privatus et reprehensibilis non
paciens consortium in amato.
Sed respectu bonorum intellec-
tualium et respectu virtutum
si sit amor intensus, est laud-
abilis et quasi communis. Nam
nunquam virtuosus quis esset, nec pro-
prie virtutes diligeret, si
nollet in eis habere consortium.
Huiusmodi ergo zelus respectu bo-
norum honorabilium diffinitur
a philosopho 2o Rethoricorum, quod
est tristicia de huiusmodi bonis
non quia insunt alteri, sed quia
non insunt sibi. Zelus ergo
reducitur ad amorem. Sic e-
tiam gratia reducitur ad amo-
rem, quia ex amore efficitur
aliquis graciosus alteri. Gra-
cia enim ut de ea tractat
philosophus, et ut est passio

Nichil est aliud quam quidam motus animi per quem inclinatur aliquis ad beneficia conferendum. Zelus ergo et gratia reducuntur ad amorem, sed verecundia reducitur ad timorem. Dupliciter enim quis timet pati corrupcionem, videlicet et inhonoracionem. Qui enim expavescit mala corruptiva dicitur timidus, sed qui expavescit talia et inhonorativa dicitur esse verecundus. Nil ergo est aliud verecundia quam timor inhonoracionis vel timor inglorificacionis. Unde verecundia erubescentia nominari convenit, quia verecundantes communiter erubescunt sicut timentes pallescunt. Nam ex eo quod aliquis credit se amittere vitam, quod est bonum intrinsecum, timet; sed ex eo quod credit se amittere gloriam et honorem, que sunt bona exteriora, verecundatur. In timentibus ergo sanguis recurrit ad interiora, et membra remanent pallida, quia timor consurgit ex eo quod aliquis credit se amittere interiora bona. Sed cum quis verecundatur, sanguis fluit ad exteriora, et facies apparet rubea. Currit ergo sanguis tunc ad exteriora, quia verecundia consurgit ex eo quod quis credit se amittere exteriora. Duplex est ergo timor: unus amittendi vitam et bona interiora, per quem quis pallescit; et alius amittendi gloriam et honorem, que sunt bona exteriora, per quem aliquis erubescit. Timor ergo corruptivi et amittendi bona interiora, quia non habet speciale nomen, retinet sibi nomen commune et dicitur timor; sed amittendi gloriam et honorem habet speciale nomen et dicitur verecundia vel erubescentia. Verecundia ergo quidam timor est, et reducitur ad timorem.

Viso quomodo zelus et gratia reducuntur ad amorem, et quomodo verecundia reducitur ad timorem, restat videre quomodo invidia et misericordia et nemesis sive indignacio reducantur ad tristiciam. Sciendum ergo hec tria esse species tristicie. Nam aliquis tristatur propter illud de malo alterius vel de bono. Si tristatur de malo et maxime credit ipsum indigne pati illud malum, sic est misericordia. Nam ut in 2o Rethoricorum dicitur, misericordia nichil est aliud quam tristicia quedam super apparenti malo corruptivo vel contristativo eius qui indignus est sortiri malum illud. Si vero tristicia sit non de malo sed de bono, hec potest esse duplex, vel de bono secundum se et sic est invidia.

Nam invidia ut dicitur in secundo Rethoricorum, nihil est nisi quaedam tristicia quaedam super apparenti actione aliquorum bonorum circa similes, non ut aliquid sibi sed propter illos. Invidia enim est contristari de apparenti bono alicuius, non quia ipse non habet illud bonum, sed quia ille cui invidet possidet de bono illo, et potissime est invidia circa similes, ut figuli invident figulis et fabri fabris et sic de aliis. Si vero sit tristicia de bono alicuius, non quocumque modo, sed ut indigne habet ab eo, sic est nemesis vel indignatio. Nam in secundo Rethoricorum Nemesis vel indignatio est tristari de eo qui videtur bene prosperari. Si ergo omnes hee passiones diversificant humanas operationes, debemus nos omnes eas cognoscere, et tanto magis hoc decet Reges et principes, quanto hii debent operationes maxime excellentes.

Que predictarum passionum sint laudabiles et que vituperabiles, et quomodo reges et principes ad illas debeant se habere. XI.

Predictarum passionum quedam videntur esse laudabiles ut misericordia et verecundia. Nam verecundia ut vult Philosophus, licet non sit virtus, est tamen laudabilis passio. Sic etiam, quia et nemesis laudabiles passiones esse videntur. Quedam autem sunt vituperabiles, ut invidia, et etiam odium vituperabile est nisi sit viciorum. Alie autem passiones videntur se habere ad utrumque. Est enim diligenter advertendum quod sicut in moribus laudantur media et vituperantur extrema, passiones ergo ille que videntur esse de se laudabiles important rationem medii, ut verecundia est medium inter stupidum et inverecundum. Nam qui de hominibus verecundatur dicitur stupidus, qui autem de nullo verecundatur dicitur inverecundus. Nullus autem horum est laudabilis, qui vero medio modo se habet, ut qui verecundatur ut decet et non verecundatur ut non debet, dicitur verecundus et est laudabilis. Sic etiam est misericordia media inter crudelitatem et molliciem. Nam qui nulli compatitur est crudelis, qui vero omnibus compatitur mollis et muliebris, qui ergo compatitur patientibus indigne tenet medium et laudatur et dicitur misericors. Sic etiam nemesis est media inter invidiam et placiditatem. Nam invidus de omnibus prosperitatibus dolet, placidus autem vel oppositus invido de omnibus prosperitatibus gaudet. Nemesis tenet medium

gina gaudet prosperitatibus bonorum et dolet de prosperitatibus malorum. Sic etiam gratia ut est quoddam laudabile medium est inter superfluum et diminutum. Nam qui est omnibus gratiosus tam dignis quam indignis vituperabilis est, qui autem nullis est gratiosus vituperari debet, sed qui est gratiosus dignis et non indignis hic tenet medium. Et laudat passiones quod laudabiles tenent medium, vituperabiles vero tenent extremum. Nam invidia extremum tenet que de omni prosperitate dolet. Sic etiam odium ut est vituperabile extremum tenet. Passiones vero que se habent ad utrumque et possunt esse laudabiles et vituperabiles ut sunt vituperabiles tenent extremum, ut sunt laudabiles tenent medium. His visis dicere quid est quomodo Reges et principes ad has passiones se habere debeant. Nam gratiam et misericordiam prout sunt passiones laudabiles imitari debent. Decet enim gratiosos et misericordes esse. Ipsi enim maxime esse debent debiti distributores bonorum et malorum sive beneficiorum et penarum. Beneficia autem tunc recte distribuuntur cum Reges et principes et

hii quorum talia est distribuere bonis et dignis sunt debite gratiosi. Mala autem et pene tunc debite infliguntur qui sunt indigne patientibus ad misericordiam promoventur naturaliter. Verecundia autem et nemesis licet videantur esse laudabiles passiones non tamen simpliciter et per omnem modum attribuende sunt regibus et principibus. Non enim decet reges et principes verecundos esse, quia non decet eos talia operari unde verecundari possint. Propter quod dicitur quarto Ethicorum quod laudamus iuvenes verecundos, senem autem nullus vero laudabit si verecundabilis sit, non estimamus ipsum non oportere operari in quibus est verecundia. Dicit etiam ibidem quod studiosi non est verecundari, quia verecundia est in pravis. Cum autem non sit prava operari [?] si decet operari verecundari debet. Nemesis autem videtur non multum esse laudabilis nec multum laudetur qui nimis indignatur de prosperitatibus malorum. Nam mali non possunt possidere maxima bona cum igitur sint virtutes, sed forte possunt possidere bona media vel bo-

inia tuo modi sunt bona ex
teriora / talia autem que
inia sunt in quo bonor
no multum aiiund e si po
ssidentur a malis / dum
tamen hoc accidit sine culpa
ppa Nam si alicuius celebris
dispensare non debet / ea
attribuere indignis sed di
gnis. Reges ergo et prin
cipes imitatio debent esse
mansueti / et indignari
de prosperitatibus malorum ne
indignis distribuant sua bona
ona / Sic ergo se hic de
bent ad predictas pas
siones / que videntur esse
virtutes / Invidiam autem
que est vituperabilis passio
penitus effugere debent / et
etiam odium / nisi esset vicio
rum / Nam vitia sunt o
dienda et sunt penitus
extirpanda / In aliis autem
passionibus que pure sunt lau
dabiles et vituperabiles de
bite se habeant / si fuerint
ergo nati per virtutibus de quibus
supra fecimus mentionem / Nam
per virtutem mansuetudinis
debite se habebunt circa iram
et eius oppositum / Nam ille
dicitur esse mansuetus qui irascitur
ut debet / et cum debet et
quando non debet / per fortitu
dinem vero debite se habe
bunt circa audaciam et tim
orem / Nam ille est fortis qui
audet audenda / et timet
timenda / Per magnanimitatem
et humilitatem bene se hab
ebunt circa spem et despe
rationem / Nam magnanimus
ab rebus non desperatus nec
retrahatur a bonis arduis
propter difficultatem / humilitas
vero moderabit spem / ne
nimis se ingerant ad illa
propter bonitatem et delectationem
que est in eis / Per alias
vero virtutes existentes in
concupiscibili bene se habe
bunt circa concupiscibiles
passiones ut ament et de
siderent amanda et desi
deranda / et abhorreant
abhorrenda / Delectentur
et tristentur ut est delec
tandum et tristandum / et ad hec
omnia se habent ut requi
rit ordo et regula ratio
nis / Hec ergo ad presens de pa
ssionibus sufficiant / que si quis
est hic diminuta infra di
fusius tractabitur / Dicetur
enim infra in tercio de timore
et amore et misericordia et
de aliis ut nostri cognicio
postulabit / ibi enim oste
demus quomodo se habere debent
reges ut applicis timeantur
et quomodo amentur / et quomodo
debent esse misericordes et
quomodo zelatum / Nam multa
que hic sunt universaliter
tradita ibi particulariter
ostendentur

Expliciunt tres partes primi libri. Incipiunt tituli quarte partis eiusdem libri

primum — Qui sunt mores iuvenum laudabiles et quomodo Reges et principes ad illos mores debeant se habere

secundum — Qui mores iuvenum sunt vituperabiles et quomodo Reges et principes ad huiusmodi mores debeant se habere

iii — Qui mores senum sunt vituperabiles et quomodo reges et principes vitare debeant dictos mores

iiii — Qui mores senum sunt laudabiles, et qui sunt mores eorum qui sunt in statu et qualiter Reges et principes se habere debeant ad huiusmodi mores

v — Qui sunt mores nobilium, et quomodo Reges et principes se habere debeant ad illos mores

vi — Qui sunt mores divitum et quomodo Reges et principes se habere debeant ad illos mores

vii — Qui sunt mores potentum et quomodo ad mores illos Reges et principes debeant se habere

Qui sint mores iuvenum laudabiles et quomodo Reges et principes ad illos debeant mores se habere. primum capitulum

Expeditis tribus partibus primi libri, quia ostensum est in quo reges et principes summum bonum ponere debeant, et quibus virtutibus debeant esse ornati et quas passiones debent sequi. Restat exequi de parte quarta, videlicet quos mores debeant imitari. Mores autem dupliciter diversificari possunt, ab etate et fortuna. Ab etate quidem, quia alios mores habent iuvenes, alios senes, alios illi qui sunt in statu. A fortuna autem mores diversificari dicuntur. Nam bona fortune huiusmodi sunt bona exteriora ut nobilitas, divicie, potencie, modicum mores diversificant. Nam ut plurimum alios mores habent nobiles quam ignobiles, alios potentes quam impotentes, et alios divites quam pauperes

De omnibus aut hiis moribus
dicemus. Sed primo de mori-
bus iuvenum, quorum mores
quidam sunt laudabiles quidam
vituperabiles. Inter alia quidem
que tangit philosophus secundo Retho-
ricorum de iuvenibus, tangit
sex mores laudabiles et
sex vituperabiles. Primo enim
sunt laudabiles iuvenes in-
oris quia sunt liberales, et
secundo quia sunt animosi et bo-
ne spei, tercio quia sunt
magnanimi, quarto quia
non sunt maligni moris
quinto quia sunt de facili mi-
serativi. Sexto et ultimo
quia sunt verecundi et eru-
bescitivi. Sunt enim iuve-
nes liberales quia non sunt experti
indigencie, et bona que habent
non acquisierunt per laborem.
Nam quilibet cum maiori dilige-
ncia retinet facultates suas
quando per indigenciam passus est
aliquam malum. Vel quando
facultates illas acquisivit
propria industria et proprio labore.
Nam quod cum labore acquiritur
diligencius custoditur et retinetur.
Immo adeo quilibet delectatur
in proprio opere, quia ipsos sua in-
dustria acquirit carius possidet.
Secundo iuvenes sunt bo-
ne spei, quod triplici racione
contingit ut probat philosophus se-
cundo Rethoricorum. Sunt
enim iuvenes animosi et bo-
ne spei. Primo quia paucorum

experti non in multis passi sunt
repulsam, ideo credunt omnia
obtinere. Sunt eciam bone spei
quia in eis multum habun-
dat calor, cor de quo et alijs
membris inflammatur a cal-
ore excitate in ipsis iuvenibus
fiunt iuvenes bone spei et
animosi ut omnia audeant. Rur-
sus iuvenes parum vixerunt
in preterito, et secundum cursum naturalem
debent multum vivere in futuro,
cum ergo memoria sit ex respec-
tu preteritorum, et spes respectu fut-
urorum, iuvenes parum
vigent memoria, ut multum
vigent spe. Non enim multum de-
lectantur iuvenes in hiis que
fecerunt, quia memorantur
se pauca vel modica fecisse
sed multum delectantur in cogit-
tando que facturi sunt. Sperant
enim se magna facere. Hinc contin-
git eos animosos et bone spei
esse. Tercio decet eos esse
magnanimos, cuius causa ex
precedentibus assignatur. Nam
ex hoc aliquis est magnanimus quia
dignificat se magnis, et ingerit
se ad faciendum magna. Iu-
venes ergo cum sint liberales
et cum sint animosi et bone spe-
ei, non habent unde retrahantur
quin sint magnanimi. Possent
autem ad hoc specialis racio as-
signari. Nam cum iuvenes sem-
per calidi et calidi sit super-
ferri, iuvenes semper volunt
superferri et excellere, sic enim vi-
demus in ordine viventium.

quod semper calida elemen-
ta ut ignis et aer, super-
feruntur frigidis, videlicet
aque et terre. Cum ergo in-
citat per que quis videtur
superferri et excellere sit ho-
nor et gloria iuvenes qui sunt
per calidi, et cupiunt excel-
lere, maxime desiderant
gloriam et honorem, et per consequens
sunt aliquomodo magn-
animi, cuius propria materia
videtur esse honor. Quar-
to iuvenes sunt laudabiles
quia non sunt maligni
moris. Dicuntur enim non esse m-
aligni moris, quia non cred-
unt alios esse malignos, sed
ut plurimum credunt homines
omnes esse bonos. Cuius racio
est quia inexperti de factis
aliorum, non iudicant de fa-
ctis hominum secundum ea que vider-
int, sed secundum ea que vident
in se ipsis, sic credunt esse in
aliis. Ideo dicitur in secundo Re-
thoricorum quod pueri sua inno-
cencia alios mensurant. Si-
cut enim ipsi sunt innocentes, sic
credunt alios innocentes.
Quinto iuvenes de facili
sunt miserativi, quia ut supra
dicebatur ex hoc maxime
consurgit misericordia, si cre-
dimus alios indigne pati.
Quia ergo iuvenes sua innocen-
cia alios mensurant et cre-
dunt alios indigne pati,
de facili mouentur ad misericordiam.

Sexto iuvenes sunt erubesci-
tivi et verecundi. Nam quilibet
timet perdere quod nimis af-
fectat. Erubescencia autem et
verecundia ut dicebatur est ti-
mor ingloriacionis. Cum ergo
iuvenes, quia per calidi
nimis affectant excellere,
timent inglorificacionem, ideo de
facili erubescunt. Philosophus in
secundo Rethoricorum aliam causam
videtur tangere quod iuvenes
naturaliter sunt verecundi. Nam ut
ipse ait nichil nouerunt nisi
que sunt docti a lege. Appellat
autem ibi doctrinam legum
moniciones paternas vel ma-
ternas per quas instruuntur
pueri. Cum ergo matres
semper moneant suos filios
ad honesta, quia est hone-
stum id quod honoris
status, iuvenes multum aff-
ectant ea que importare
videntur honoris statum
et per locum ab opposito mul-
tum timent que importare ig-
nominiam et inhonoracionem
et quia erubescencia est
timor ingloriacionis iuve-
nes de facili erubescunt.
Viso quid mores sunt lau-
dabiles in iuvenibus, de le-
vi patet per ipsos Reges et
principes sibi debeant ad
illos. Nam nec quicquid est lau-
dabile in hoc est laudabi-
le in quocumque. Decimo
enim quod esse furibundum

e laudabile in tanc(?) n(on)
t(ame)n laudabile in homi(n)e
sic licet vereco(n)dia sit la
udabile in iuvenibus / quia
ratio(n)e etatis se (con)tine(re) non
p(os)s(u)nt / q(uod) (com)mittant aliq(ua) t(ur)
pia / de quib(us) dec(et) eos vere
cu(n)dari. Reges aut(em) et pri(n)
cipes quos dec(et) e(ss)e / q(uas)i se
nidos(?) / non solu(m) quod
turpia (com)mittant / sed abh
o(m)inabile eis e(ss)e debet q(uod)
audiant turpia ~~et~~ nota(n)
quia corru(m)pu(n)t mores bo
nos colloquia prava / n(on)
ergo sunt in statu / q(uo)d debeat
verecundari / nisi ex suppo
sitione / quia si (con)tingeret
eos op(er)ari turpia / verecu(n)
dari debent / etia(m) plus q(uam)
alij / eo quod magis inde
center se gererent. Prima
ergo (com)munia(?) q(ue) diximus laud
abilia in iuvenibus / adap
tare possumus regib(us) et pri(n)
cipib(us) / quia dec(et) eos esse
liberales. bone spei / non
maligni moris magnanim
os. et misericordes. Sextum
aut(em) videlicet vereco(n)dos e(ss)e
no(n) dec(et) sim(pliciter) (com)pete(re) regib(us)
dec(et) e(ni)m Reges e(ss)e liberales
quia (cum) nat(ur)a(liter) agerent / si
multitudine divitiar(um) qua
pollent / non implicarent
in debitos et p(r)ivos usus ut
sup(ra) in tractatu de liberalitate
sufficient(er) tetigimus / decet
etia(m) eos / tanto magis bo
ne spei q(uam) alios / quando

facta communia et(iam) que in
sidiare debent / sunt dignoa(?)
q(uam) alia. Rursus dec(et) eos
totu(m) e(ss)e magnanimos. quia
ut dicebatu(r) in quoda(m) c(apitu)lo
de magnanimitate / maxi(me)
magnanimitas / (com)petit regi
b(us) et p(ri)ncipib(us) / q(uia) eos ma
xime dec(et) magna op(er)ari
et in ardua tendere / sic etia(m)
in (con)trariu(m) e(ss)e eos e(ss)e malig(ni)
moris / ut non de quolibet
habeant / opinione(m) mala(m)
Nam si acta subditoru(m) / sem(per)
interp(re)tarentur in mala p(ar)te
contingeret eos e(ss)e tirranos
et vastatores gen(er)is(?) / sic e(ti)
ia(m) decet eos e(ss)e misericordes
Nam ut ait ph(ilosoph)us p(rim)o Ret
horicor(um) / homines ut plurimu(m)
mala faciu(n)t / ipsa ergo hum
ana fragilitas venia(m) postu
lat pro delictis / Sic reges
et p(ri)ncipes / et in quoru(m) iudi
ciu(m) / sit lapis(?) lacto(?) / et infli
guntur pene / dec(et) eos mi
s(er)atiuos e(ss)e. Esse aut(em) vere
cundos / no(n) dec(et) simpl(ici)t(er) ut
sup(er)ius dicebatur. **Cum mo
res iuvenu(m) sint vituperabi
les. et quo reges et princi
pes ad huiusmodi mores
debeant se habere**

Sicut supra diximus
enumerantes
porum(?) iuvenum
sex mores lau
dabiles. sic enim

mearum possumus sex vituperiales, quos eciam tangit
philosophus secundo rethoricorum.
Primo enim iuvenes sunt passionum insequtivi, secundo
sunt de facili volubiles, tercio
sunt nimis creditivi, quarto
sunt contumeliosi, Quinto
sunt mendaces, omnia quodammodo pertinaciter asserentes, Sexto in actionibus non
servant modum, sed omnia faciunt valide. Sunt enim primo iuvenes insequtores passionum
et maxime insequuntur concupiscencias circa corpus,
sunt enim incontinentes et insequtores venereorum, quod
duplici de causa contingit
Nam cum iuvenes sunt per calidi et corpore calefacto
~~[illegible]~~ fiat venereorum appetitus naturalis, dispositio corporis incitat iuvenes ad
concupiscencias venereorum.
Rursum hoc idem contingit, quia
enim in omnibus actionibus nostris
vel sequimur passionem vel racionem, et quanto minus vigeat
racio in nobis, tanto magis passio vigorat. Iuvenes ergo, quia sunt inexperti
et non vigent intellectu et
prudencia, magis reguntur
passione quam ~~[illegible]~~ racione, quare ut plurimum sunt passionum insequtores. Secundo
sunt de facibili volubiles
Nam naturam sequuntur complexiones corporis. Sic ergo in corporibus iuvenum humores sunt in

magno motu, sic ipsi habent
voluntates et concupiscencias
valde volubiles. Ideo dicitur
secundo Rethoricorum, quod
iuvenes acute concupiscunt
sed cito saciantur, vehementer
volunt sed facili permutantur.
Tercio sunt nimis creditivi
quod ut ad presens spectat duplici de causa contingit. Primo
quia non sunt maligni moris, non putant alios esse
malos, sed sua innocencia
alios mensurat. Cum ergo nature sit, quod quivis de facili credat ei, quem credit esse bonum
et quem non cogitat ex malicia loqui. Iuvenes credendo omnes esse innocentes, omnibus
de facili credunt. Rursum hoc idem
contingit in experiencia. Nam
ex multis sermonibus in deceptis
enunciantibus ad pauca respicientes facile iudicant. Unde
et proverbialiter dicitur, quod modica novit cito iudicat.
Iuvenes ergo quia non sunt multum
experti, statim cum eis proponitur
aliquod negocium, non valentes
ad multa respicere, eo quod
sunt multorum ignari, statim de
illo negocio iudicant et credunt sic esse ut eis proponitur.
Si enim multa cognoscerent
et condiciones hominum considerare scirent non statim assentirent
cuilibet omnibus hiis que
eis dicuntur. Sed diligenter
inspicerent utrum illa essent
credenda. Quarto sunt contumeliosi

Nam ut supra dicebatur iuuenes maxime appetunt excellere quia videtur eis quod excellant cum contumelias inferunt de facili sunt contumeliosi. Quinto sunt mendaces et quod dicunt omnia pertinaciter asserunt. Nam quia sunt inexperti ignorant seipsos et omnia scire putant ideo de omnibus respondent et volunt videri omnia scire et omnia affirmant ut omnia scire videantur. et quia affirmant ea que ignorant de facili mentiuntur. postquam autem mentiti fuerint appetentes gloriam sunt pertinaces in mendacio cogitant enim se esse ingloriosos si appareat non esse sic ut dicunt. Sexto in suis actionibus non habent medium sed omnia faciunt valde. Unde dicitur secundo Rethoricorum quod amant valde odiunt valde omnia faciunt valde. hoc autem ideo contingit quia sunt acute ire et vehementes habent concupiscencias. Nam ire et concupiscencie semper vehementes sunt nisi per rationem moderentur. Iuuenes ergo quia magis viuunt passione quam ratione non habent concupiscencias moderatas sed omnia faciunt valde. Viso quod sunt mores iuuenum vituperabiles de facili videri

potest quomodo Reges et Principes ad huiusmodi mores debeant se habere. Nam si talia sint vituperabilia iuuenibus multo magis sunt vituperabilia in adultis et adhuc multo maxime vituperabilia sunt in regibus et principibus qui debent esse caput et regula aliorum. Indecens est enim reges et principes esse passionum insequutores et vehementes habere concupiscentias quia in eis maxime debet dominari ratio et intellectus. quod autem sic se habent non viuunt ratione sed passione. Rursus detestabile est eos esse mutabiles et volubiles. Nam cum inconveniens est regulam obliquari. Reges et principes qui debent esse forma viuendi et regula aliorum indecens est quod de facili permutentur immo decet eos esse firmos et stabiles. Tertio indecens est eos esse nimis creditiuos. Nam cum multos habeant adulatores et plures sint in eorum auribus susurrantes cum magna diligencia cogitare debent qui sunt qui loquuntur utrum sint sapientes vel ignorantes utrum sint virtuosi vel viciosi quia magis credendum est sapientibus et bonis quam insipientibus et malis

Quarto indecens est eos esse iniuriatores et contumeliosos. Nam penas inferre debent non propter iniuriam vel contumeliam vel nequiciam, sed propter iusticiam et propter commune bonum. Quinto a regibus et a principibus et universaliter ab omnibus dominantibus est mendacium fugiendum, ne se ipsos contemptibiles reddant. Si enim mendacium reddit homines contemptibiles, quanto magis indecens est regiam maiestatem contemptibilem esse, tanto maiori cautela studere debent ut adhereant veritati. Sexto indecens est eos non habere modum in actionibus suis. Quia cum alia sint moderanda per mensuram, decet maxime mensuram et regulam moderatam esse. Reges ergo si aliorum debent esse regula et mensura, potissime decet eos moderatos esse.

Qui mores senum sunt vituperabiles et quomodo reges et principes vitare debeant dictos mores. III

Enumeratis moribus iuvenum et ostenso quomodo ad mores illos reges et principes se habere debeant, restat videre qui sunt mores senum, et quomodo reges et principes se habere debeant ad mores illos. Senum autem quidam mores sunt laudabiles, quidam vituperabiles.

Philosophus autem secundo Rethoricorum inter alios mores quos tangit de senibus, enumerat sex vituperabiles mores. Primo enim senes sunt nimis increduli. Secundo sunt valde suspiciosi. Tercio sunt timidi et pusillanimes. Quarto sunt illiberales. Quinto sunt difficilis spei vel sunt male spei. Sexto vero non verecundantur sed sunt inerubescitivi. Sunt enim primo senes increduli, quod ex experiencia contingit. Nam quia in multis experti sunt et cognoscunt homines multum mentiri, non de facili sit eis fides, sed credunt omnes alios deceptores esse. Ideo dicit Philosophus secundo Rethoricorum, quod senes multis annis vixerunt et in pluribus decepti sunt. Propter ergo hanc experienciam contingit eos incredulos esse. Secundo senes sunt suspiciosi, quia semper cum videant ut plurimum suspicantur malum, et referunt res in deteriorem partem. Videmus enim senes econtrario disponi iuvenibus. Pueri enim quia non multa mala fecerunt et innocentes sunt, sua innocencia alios mensurant et omnia referunt in meliorem partem. Credunt enim omnes bonos esse. Senes vero econtrario, quia multis annis vixerunt et in multis peccaverunt,

Mensurant acta aliorum secundum ea que gesserunt in seipsis / et quod ut plurimum credunt alios malos esse etiam in peiorem partem recipiunt eorum opera / Unde de secundo Rethoricorum Senes qui vixerunt multis annis et non [illegible] qui in multis peccaverunt / ideo sunt male suspiciosi / et omnia indeterminate existimant. Tercio senes sunt pusillanimes et timidi / pusillanimes enim sunt / quia sunt humiliati a vita / et defecerunt / Sic ergo deficiunt in eis humores et vita / sic deficit in eis cor / et sunt pusillanimes et etiam sunt timidi quia ut de secundo Rethoricorum infrigidacio [illegible] vitam formidinem / Nam cum plurimum [illegible] se naturaliter dispositum existens in aliqua passione naturaliter passionatur passione illa / Cum ergo timidi efficiantur frigidi / et senes sunt naturaliter frigidi sequitur quod sint naturaliter formidolosi / sequitur ergo senes esse naturaliter timidos quia deficit in eis naturalis calor et habent membra naturaliter frigida. Quarto sunt illiberales / quod triplex contingit primo ex defectu vite / secundo ex experiencia temporis / tercio ex eo quod non vivunt spe sed memoria

Quia cum ut plurimum secundum commixtiones corporis / sic ergo senes in processu temporum deficiunt in humoribus et in vita Sic videtur ipsis / quod omnia eis deficiant. timentes ergo defectum pati sunt illiberales et non audent expendere / immo videntes se sepe deficere / non confidunt de propriis viribus / sed solum confidunt de eis que habent / ponentes ergo in eis suam spem et confidencias non audent expensas facere Rursum illiberales sunt ex experiencia temporis / quia cum multis annis vixerunt / credibile est eos passos fuisse indigencias fuisse. timentes igitur indigenciam pati illiberales fiunt Contingit tercio eos esse illiberales / quia magis vivunt memoria quam spe / cogitant enim se multum vixisse in preterito et parum victuros in futuro / ideo quia memoria est preteritorum et spes est futurorum non vivunt spe / nec confidunt de hiis que debent acquirere in futuro / sed vivunt memoria et confidunt de hiis que acquisierunt in preterito / quare non confidentes de acquirendis fiunt illiberales / et acquisita non de facili tribuunt. Quinto sunt male spei / nam cum sperant. sed cetera omnia se deficere viderunt / Causa autem huius assignata est in precedentibus

Nam si spes est futurorum, et
memoria preteritorum, et senes
multum vixerunt in preteri-
parum credunt se vivere
in futuro, in sperando defici-
unt et modica se cogitant
facturos. Non enim vivunt
nec delectantur in sperando
sed in memorando. Huius
autem signum, quod omnibus libe-
ter tractat ea in quibus
delectatur. Videntes autem
quod cum senes ad invicem
congregantur, semper reci-
tant res gestas quas fecerunt.
Non enim delectantur in recita-
do res fiendas, quas sunt
facturi, eo quod videant se
multa fecisse, et cogitant se
pauca facturos. Sunt ergo
difficilis spei, quia in speran-
do deficiunt, et pauca se
facere sperant. Sexto senes
sunt verecundi et inerube-
scitivi. Nam senes quia
illiberales sunt magis
curant de utili quam de ho-
nesto. ~~quia~~ magis enim
student ad utilitatem, quam
ad ea que requirit honoris
status ut vult philosophus secundo re-
thoricorum. Verecundia ergo
cum sit timor inhono-
rationis, non competit senibus
quia magis de utili curant
quam de honore, tota enim
causa, quare quis est vere-
cundus ut vult philosophus, est quia
vult haberi in honore et vult
~~respicit~~ reputari. Senes autem
sic deficiant in vita, et in
humoribus, et in calore naturali
sic deficiant in animo, et non
curant reputari, ideo contin-
git eos esse inverecundos.
Posset enim una causa a-
signari que tamen communis est
ad omnia tacta. Dictum
est enim senes esse frigidos.
Frigidum enim omnia constipat, et
constringit, et in constringendo
ea reddit ipsa graviora, et
facit ea appetere inferiorem locum.
Videmus enim quod elementa fri-
gida et gravia in inferiori lo-
co collocantur, calida vero
et levia in superiori. Senes
ergo quia frigidi sunt, ex fri-
giditate constipantur et retrahuntur
in seipsis, et redduntur immobi-
les ut non audeant, nichil
enim credant, nil sperant,
ut non curant excellere, nec
curant reputari, quia fri-
gidi non est appetere locum su-
periorem sed inferiorem. Visis qui
sunt mores senum vitupe-
rabiles, de levi patet per
quem Reges et principes ad
huiusmodi mores debeant se
habere. Nam constat, quod licet
reges non debent in omnibus
de facili esse creditivi ut pu-
eri, non tamen decet eos esse incr-
edulos, sed consideratis condicio-
nibus personarum debent adhibere

fidem hiis que eis dictum est in dictamine et ordine racionis. Secundo non decet eos esse suspiciosos ut omnia referant in deteriorem partem, quia ex hoc contingeret eos esse crudeles et inmiserativos, et mererent malivolenciam subditorum. Tercio non decet eos esse timidos et pusillanimes, immo fortes et magnanimos, quia cum negocia respiciencia totum regimen circa que reges et principes insudare debent sunt magna et ardua, oportet eos esse fortes et magnanimos. Quarto detestabile est eos esse illiberales. Nam supra cum de virtutibus tractabatur sufficienter ostensum fuit quod non solum decet reges et principes esse liberales circa mediocres sumptus, sed eciam congruit eos esse magnificos in magnifica faciendo. Quinto oportet eos esse bone spei, quia si se omnibus deficere crederent, nil attemptarent et periclitaretur regimen. Sexto non decet eos esse inverecundos eo modo quo senes existunt ut non curant de honore status, et quod magis spectant ad utilia quam ad opera honore digna. Non decet tamen eos verecundari, quia indecens est eos operari turpia ex quibus verecundia consurgit.

IIII

Qui mores senum sunt laudabiles, et qui sunt mores eorum qui sunt in statu, et qualiter reges et principes se habere debeant ad huiusmodi mores.

Postquam moribus iuvenum et senum vituperabilibus, restat enumerare mores ipsorum laudabiles. Videtur autem prius secundum rethoricam circa senes tangere quatuor mores qui possunt esse laudabiles. Primo senes habent concupiscencias remissas et temperatas. Secundo sunt inspativi. Tercio dubia non pertinaciter asserunt. Quarto nil agunt valde. Concupiscencie enim senum maxime circa venerea sunt moderate et temperate, quia ut supra dicebatur corpore existente calefacto fit incitacio venereorum et concupiscencie. Ergo per locum ab opposito existente infrigidato fit remissio concupiscenciarum. Constat enim quod concupiscencie venerea per appetitum in alia se extendunt. Hoc autem est contra racionem frigidi. Nam frigidum est quod huiusmodi non proprie se extendit in alia, sed magis constringit in seipso. Senes ergo racione frigiditatis constringuntur in seipsis, ut habeant concupiscencias remissas et moderatas. Ex hoc autem apparet propter quid senes sunt illiberales. Nam cum per illiberalitatem contingat peccare dupli-

Primo si ultra quam racio dictet teneat quod habet. Secundo si per racionem concupiscit habere que non habet. Senes magis peccant per illiberalitatem in retinendo quod habent quam in concupiscendo indebite quod non habent quia per frigiditatem magis constringuntur in seipsis quam extendantur ad alia. Cum enim nulla sit actio anime in qua non utatur aliquo organo corporeo. Sicut in opere artificiali variato organo fit variatio operis sic et in actionibus anime corpore transmutato anima sequitur complexionem corporis et fit variatio actionum eius corpore ergo infrigidato anima per appetitum inclinatur ut sequatur modum frigidi et quia frigidum restringit et condensat et remittitur in seipso ideo senes racione frigiditatis concupiscencias habent remissas ut vult philosophus secundo Rethoricorum. Secundo senes sunt miseratiui sed ut philosophus ait non propter eandem causam miseratiui sunt senes et iuvenes. Iuvenes enim sunt miseratiui propter amiciciam senes autem propter imbecillitatem quia multum timent miserie super amicos et super eo quod credunt indigne pati. Iuvenes ergo sunt amatores amiciciarum et propter suam innocenciam alios mensurant existimant omnes bonos esse. Quare si paciantur putant eos indigne pati. Propter quod de facili sunt misericordes. Senes vero non sunt miseratiui quia credunt alios bonos vel quia sint amatiui amiciciarum sed quia existit ex imbecillitate vel in defectu considerat ut alii compaciantur ei et misereantur eius. Propter quod et ipse de facili inclinatur ut misereatur et compaciatur aliis. Tercio nil dubii pertinaciter affirmant. Nam ut philosophus ait secundo Rethoricorum quia senes vixerunt multis annis et viderunt quod sepe sunt decepti non audent aliquid pertinaciter asserere timentes ne ita res se habeant et ne decipiantur. Ideo philosophus ait quod senes omnia dubia sentenciant et semper apponunt forte vel fortassis et nil firme pronunciant. Si enim ab eis queritur de aliquo negocio dicunt forte vel sic est vel quodammodo ita erat timentes enim decipi. Nil firme sentenciant. Quarto nil agunt valde sed in omnibus operibus suis videntur esse temperati. Nam sicut iuvenes quia in eis habundant concupiscencie et passiones in omnibus tenent extremum et omnia nimis agunt valde. Sic senes quia habent

passiones et concupiscencias
remissas ut plurimum agunt
omnia moderate. Viso que
sunt mores iuvenum et se-
num de levi patet qui
sunt mores eorum qui sunt
in statu. Nam illi qui sunt
in statu et sunt medii inter
senes et iuvenes ut vult
philosophus secundo Rethoricorum h-
abent quicquid laudabilitatis
est in senibus et iuvenibus. Nam
ipsi nec nimis sunt calidi
ut iuvenes nec sunt infri-
gidati ut senes nec sunt
sine amore et [illegible] ut
iuvenes nec sunt sic timi-
di et pusillanimes ut se-
nes sed tenentes medium
inter utrosque sunt timidi
ubi est timendum et audac-
es ubi est audendum. Se-
cundum quod non sunt omnino inexper-
ti ut iuvenes nec sunt in-
tantum decepti ut senes nec ab
omnibus credunt quod faciunt iu-
venes propter inexperienciam nec
omnia discredunt quod faciunt
senes eo quod in omnibus multum
sunt decepti sed habent se medio
modo. Docet autem secundo Re-
thoricorum quod qui sunt in statu
nec sunt ab omnibus credentes nec
ab omnibus discredentes sed iu-
dicantur magis secundum veritatem.
Amplius quia sunt medii inter sen-
es et iuvenes nec sunt intem-
perati ut iuvenes nec sunt ferm-
dinosi et eciam viles ut senes
sed ut dicit 2o Rethoricorum non
sunt viles intemperancia

et temperati cum virilitate. Ut ergo
sit ad unum dicere quicquid
laudabilitatis est in senibus vel
iuvenibus totum reperitur in hiis
qui sunt in statu et quicquid vitu-
perabilitatis est in eis totum remo-
tum ab illis. Nam ut supra pluries
dicebatur semper extrema sunt
vituperabilia et medium est lau-
dabile. Si igitur in senibus vel
iuvenibus est aliquid laudabile
hoc est quia non omnino recedunt
a medio. Si autem est in eis aliquid
vituperabile hoc est prout esse ha-
bet in extremo. Quicquid ergo est
medium in senibus vel in iuve-
nibus totum complete et per-
fecte reperitur in hiis qui sunt in
statu. Quicquid laudabilitatis
est in eis totum reperiri debet in h-
iis qui sunt in statu. Rursus quic-
quid est in eis extremitatis
remotum ab illis qui sunt in statu
quicquid vituperabilitatis est in illis
removere debemus ab illis qui sunt
in statu. Sic ergo loquendum
est de moribus hominum non tamen
intelligenda sunt talia omnino
[illegible] [illegible] quod senes non
possent esse liberales et magna-
nimi et quod iuvenes non
possent esse temperati et stabiles
sed intelligenda sunt secundum quan-
dam promptitudinem et inclina-
cionem quia secundum cursum naturalem et
secundum ordinem quem videmus
iuvenes et senes et illi qui
sunt in statu quandam promp-
titatem et inclinacionem habent
ad mores eis convenientes

Vt ergo per habita manifestum
hiis visis de leui patere
potest quomodo reges et principes
ad huiusmodi mores debeant
se habere. Nam mores senum
cum quod huiusmodi sunt, eos ha-
bere decet. Nam cum reges et
principes magis debeant viuere
racione quam passione, decet
eos habere concupiscencias tem-
peratas. Secunda ut supra
dicebatur concupiscencie vehe-
mentes senes sunt, racior per cu-
tiunt. Decet autem eos esse
miseratiuos, non propter defectum
vel propter imbecillitatem, sed propter
bonum regimen, et ut magis
amentur ab hiis qui sunt in reg-
Nam totum regnum ad dilectionem
regis prouocatur, si videt
ipsum clementem et misericordem.
Tercio non decet reges et princi-
pes dubia pertinaciter in al-
teram partem asserere, ne per hoc
iudicentur leues et indiscre-
ti. Quarto in suis actionibus
debent habere moderacionem et
temperanciam, quia ut dictum
est ipsi esse debent forma vi-
uendi et regula aliorum.
Senum igitur et iuuenum, quia
mores sunt imitandi, a-
liqui fugiendi. Sed eorum qui
sunt in statu medio omnes
mores sunt imitandi. Di-
cimus autem medios quia sicut
senes et iuuenes, licet ha-
beant quandam naturalem proni-
tatem et inclinacionem ad
mores vituperabiles, possunt tamen
contra illam pronitatem facere, et
sequi laudabiles mores,
sic et illi qui sunt in statu
et si de se pronitatem habeant
ad mores laudabiles, tamen
possunt contra istam pronitatem facere
ut per corruptorem appetitum
sequantur vituperabiles mo-
res. Sic ergo dignum est domina-
ri racionem et intellectum, de-
cet reges et principes qua-
liter dominantur sequi mores
laudabiles secundum dictamen
et ordinem racionis.

**Qui sunt mores no-
bilium et quomodo reges et prin-
cipes se habere debeant
ad illos mores. VI.**

Prout ad presens spe-
ctat dicere possumus
ipsorum nobilium
esse quatuor mores la-
udabiles. Primo enim
sunt magnanimi. Secundo
magnifici, tercio dociles et
industres. Quarto sunt pollitici
et affabiles. Sunt enim
nobiles magnanimi. Nam
nobilitas ut vult philosophus po-
et secundo Rethoricorum, idem est quod vetus
genus. Ex hoc enim aliqui dicuntur
esse nobiles, quia processerunt
ex genere honorabili, genus
autem honorabile dicitur, ut
vult philosophus 2o Rethoricorum,
si ab aliquo antiquo et
illo genere multi processere preclari

Et multi insignes. Vt ergo
gentis quam dicit philosophus no-
bilitatem est nil aliud est quam
esse ex aliquo genere uel ex a-
liqua prozapia in qua etiam
ab antiquo fuerint princi-
pantes et multi insignes.
Sic ergo sentiendum est de no-
bilitate. Secundum quod 2m
genus opinionem hominum omnia
mensurant in numismate
et diuicie videntur esse pre-
cium rei augentes. Ex hoc
quod aliqui sunt diuites
reputantur digni principari
et eo ipso credimus
eos esse insignes et hon-
ore dignos. Quia ergo sic
est nobilitas 2m acceptionem
communem hominum nil aliud
est quam antiquitate diuicie
Quia ergo nobiles ex antiquo
fuerunt predecessores et in
suo genere fuerunt multi insigni-
tes et diuites et eleuatur
cor nobilium ex exemplo
parentum ut tendant in ma-
gna et sint magnanimi
Naturale enim est quod effectus
vult assimilari cause. Cum
ergo filii sint quidam effectus
parentum naturale est filios i-
mitari parentes. Nobiles
ergo ipsi animaduertentes
quod in eorum genere fuerunt mul-
ti insignes et tenderunt
in ardua ut imitentur
parentes affectant magna
et contingit eos esse magnani-
mos. Secundo nobiles

Non solum sunt magnanimi
et magni cordis sed etiam
si adsit facultas sunt mag-
nifici et facientes magna. Na-
turaliter patribus semper filii sunt
nobiliores parentibus. Nam
ut dictum est nobilitas id
est 2m genus acceptorum quod an-
tique diuicie quia nullus
est vir et honorabilitas g-
eneris. Quilibet autem aliquem
maxime reputat honora-
bilem si ab antiquo affluebat
diuiciis. Cum ergo semper
sit dare initium in quo ge-
nitores aliquid diuiciarum incepe-
runt quanto magis pro-
ceditur per procreationem filiorum
tanto magis est memoria ge-
nitores suos fuisse pauperes
Ideo semper augmentatur nobili-
tas et semper sunt antiquiores
diuicie magis in filiis quam
in parentibus. Quare cum
nobilitas semper incumbit animum
nobilium ut faciant ma-
gna sequitur nobiles esse ma-
gnanimos et magis quam
parentes quia quodammodo
sunt nobiliores illis. Ideo
nobiles non solum sunt ma-
gnifici sed etiam inituntur ma-
iora facere quam parentes. Unde
dicit philosophus 4to Ethicorum
quod magnanimos et mag-
nificos decet esse nobiles et glo-
riosos. Vult enim id quod no-
biles ex sua nobilitate incitantur
ut sint magnanimi et magnifici

Tercio nobiles sunt dociles
et industres. quod duplici de
causa contingit. Una su
mitur ex nutrimento et custod
ia corporis. Alia vero ex con
versacione et societate aliorum.
Cum enim nobiles cum ma
gna diligencia nutriantur
et cum magna cura proprium
corporis custodiant. racionabile
est eos habere corpus bene dispositum
et bene complexionatum. Cum
enim molles carne aptos
mente dicamus ut vult philosophus
2o de anima. contingit nobi
les habere mentem aptam. et esse
dociles et industres. quia
in eis viget carnis molli
cies et bonitas complexionis.
Amplius hoc idem contingit ex
conversacione et societate aliorum.
Nobiles enim quia multos habent
respicientes ad eos et conside
rantes eorum facta. incitantur
ut sint viri meditativi
subtiles investigatores que
decet eos facere. Similiter ne
opera eorum que multi conside
rant. reprehensibilia vide
antur. timore contingit eos
esse diligentes consideracionem suorum
agibilium. esse dociles et in
dustres. Ex hoc autem ap
paret quod multum cavendi sunt
adulatores omnia aliorum
commendantes. cum enim nobi
les non reprehendunt. sed a
b adulatoribus eciam ma
la facta commendantur.
disponuntur ut sciant agere
ut sequantur voluntatem
non racionem. Maxime ergo no
biles sunt dociles et indu
stres. quia timentes reprehen
sibilia facere. diligenter con
siderent quid agendum. Sexto
nobiles contingit eos esse po
liticos et affabiles. Nam
quia ut plurimum in curiis
nobilium conveniunt esse ma
gis societas. contingit eos esse
politicos et sociales. quia
ut plurimum in societate vixe
runt. Sicut enim rusticani quia
quasi solitarii vivunt sunt
rudes et silvestres. sic
nobiles econtrario vitam soci
alem viventes sunt sociales
et affabiles. Horum autem
morum qui possunt esse boni
et laudabiles. quid habere
oporteat reges et principes
in animo habitum sufficienter est
dictum. Diximus enim supra
cum de virtutibus tractabamus
quomodo decet reges et principes
esse magnanimos. quomodo magni
ficos. quomodo prudentes
et dociles. et quomodo affabi
les et sociales. Viso quomodo
mores nobilium laudabiles
sunt. Restat videre qui mo
res sunt vituperabiles. Nar
rat enim philosophus secundo Rethoricorum
duos mores vituperabiles.
quos dicit competere ipsis nobilibus.

libus. Nobiles enim sunt ni-
mii honoris appetitiui.
Secundo sunt progenitorum despe-
ctores. Naturale est enim
quod quilibet acumulare velit
ad id quod habet, ideo qui
incipiunt ditari volunt esse
ditiores, et qui sunt honorabi-
les volunt esse honorabi-
liores. Nobiles ergo quia ex
suo genere videntur hono-
rabiles, ideo volunt acu-
mulare ad illud quod habent
et volunt fieri honorabiliores,
ideo sunt nimii honoris appe-
titiui. Secundo sunt ela-
ti et despectores progenito-
rum, ut plurimum enim nobi-
les maiores se reputant
quam patres suos, quod ideo con-
tingit quia semper nobilitas
longe facta est maior quam
propinqua, et semper est magis a-
ntiqua. Esse autem ellatos
et despicere progenitores suos
et nimis esse honoris cupidos
videtur mali moris. Non
enim debemus appetere ipsos honores
in se, quia hoc faciunt el-
lati et superbi. Sed debemus
appetere opera honore digna
que faciunt virtuosos et magna-
nimos. Reges ergo et princi-
pes qui non possunt naturaliter do-
minari nisi sint boni et vir-
tuosi, debent scire bonos
mores nobilium ut sint
magnanimi, magnifici, pru-
dentes et affabiles et fugere
malos ut non sint elati et ali-
os despicientes.

Qui sunt mores divitum et quomodo Reges et principes se habere debeant ad illos mores. VI

Narrat autem philosophus
secundo Rethoricorum
quinque malos mo-
res ipsorum divitum. Divites
enim primo sunt elati, secundo contu-
meliosi, tertio sunt molles et
intemperati, quarto sunt iactatores
contra alios despicientes, quinto
reputant se dignos principari.
Sunt enim divites
elati. Nam ut philosophus ait
ideo sic disponuntur quia habendo
divitias credunt se habere omnia
bona. Unde et secundo Re-
thoricorum dicitur quod divicie sunt quasi
quoddam precium et quedam dignitas
aliorum. Videmus enim esse in-
genium opinionem vulgarium quia
mensurant numismate et omnia
esse appreciabilia precio dena-
riorum. Habentes ergo numisma-
ta estimant se habere omnia
bona, eo quod reputant pe-
cuniam esse dignitatem et opti-
mum aliorum omnium aliorum. Sic
in cordibus suis efficiuntur super-
bi et elati, credentes omnibus
excellentiores esse. Secundo
divites sunt contumeliosi. Nam
si sunt elati et volunt
videri excellentes cum ex hiis
non excellere videantur

Sic et aliis contumelias inferunt divites ut videantur aliis preferri, et ut appareat eos esse excellenciores illis moventur ut aliis contumelias inferrent. Tercio divites sunt molles et intemperati, quod eis contingit ex deliciis vivendi. Assueti enim sunt vivere adeo delicate quod non possunt aliquas molestias sufferre, ideo statim cum passionantur tristantur et sunt insecutores passionum, non valentes passionibus resistere, quia assueti sunt vivere delicate et sine molestia. Quare non sunt viriles et temperati sed magis muliebres, quia sunt molles et insecutores passionum. Quarto quia divites sunt iactatores et despectores aliorum. Nam ut innuit philosophus secundo Rethoricorum maximum incitamentum habent ut sint elati. Nam quia sapientes contingit indigere bonis divitum, contingit ut divites in suis cordibus eleventur, despicientes alios et credentes se esse super eos, eo quod videant eos indigere bonis eorum. Recitat enim philosophus secundo Rethoricorum quod cum quesitum fuisset a muliere quadam utrum esset melius fieri divitem quam sapientem, respondit quod magis videbat sapientes frequentare ianuas divitum quam divites ianuas sapientum. Divicie ergo, eo quod sunt magis sensibile bonum, a vulgaribus qui non cognoscunt nisi bona sensibilia reputantur excellens bonum et maximum, ita ut divicias bonis aliis preferant. Quinto divites reputant se dignos reputari. Nam ut philosophus ait hic, cum putant illud precium quo aliquis efficiatur dignus principari, credunt enim quod dignitas principatus sit divicie. Videntes enim eis divicias esse tantum bonum, quod quicumque hoc bono affluunt sunt digni principari. Omnes ergo hii mali mores divitibus competunt, eo quod decipiantur circa divicias, credentes eas esse magis bonum quam sint. Decet autem reges et principes hos malos mores fugere. Nam si diviciis affluant, non decet propter hoc extolli, nec propter hoc credere debent se esse dignos principari. Nam dignitas principatus principaliter innititur virtutibus et prudencie que sunt bona interiora. Non autem principaliter innititur diviciis que sunt bona exteriora. Divicie ergo si ordinentur ad opera virtuosa, debitum finem felicitatis intendunt et sunt organa ad ipsam. Et faciunt ad quandam adornacionem ad eius

claritate Si si ordinetur ad iactanciam uel ad concupiscenciam uel ad vituperanciam uel ad alia viciosa opera tunc magis reddunt homines infelices quam felices / reputatur quod quis dignus principari si sit prudens et bonus si diuiciis affluit. Sic reges et principes non sunt digni principari / nisi fugiant malos mores ipsorum. et nisi suas diuicias ordinent ad bonum et ad opera virtuosa. Viso quod sunt mali mores diuitum / et quod deceat reges et principes fugere tales mores diuitum / Restat ostendere bonos mores eorum. Philosophus autem secundo rethoricorum solum vnum bonum morem videtur diuitibus attribuere / videlicet quod bene agant circa diuina / Diuicie enim videntur esse bone fortune non videtur sufficere industria humana / ex hoc quod aliquis fiat diues. Videmus enim homines aliquos magis industres minus ditari / Circa ergo sic est acquisicio diuiciarum ut dicitur secundo rethoricorum attribuenda est fato et ordinacioni diuine / magis quam sagacitati humane / digne ergo diuites circa diuina se habere bene debent / hec est ergo quod dicitur secundo rethoricorum quod vnus vnus optimus mos secundum diuites circa se habent bene circa diuina / videntur aliqualiter perfata id est per ordinacionem diuina habere quicquid est bona / Hoc dictum philosophi diligenter est considerandum. Nam diuicias et quecunque bona habemus magis debemus referre in ordine diuine / et in diuinam prouidenciam / quam in propriam industriam / Quod si hec bene attenderent diuites faciendo magnifica circa diuina / non tenerent se deo bona largiri / sed magis cogitarent quod ei reddunt quod ab ipso acceperunt. Hunc autem bonum morem videlicet se bene habere circa diuina tanto magis decet reges et principes. quanto summo deo indiciam de pluribus debent reddere racionem

Qui sunt mores potentum et quo ad mores illos reges et principes debeant se habere. VIII

Nobilitas. diuicie et ciuilis potencia inter bona exteriora computantur. non tamen dicuntur idem bonum. Contingit enim aliquos esse nobiles quia processerunt ex honorabili genere qui tamen non sunt diuites / sic eciam contingit aliquos esse diuites / qui non sunt nobiles / quia non processerunt ex honorabili genere sed sunt ditati nuper. Est

go ee nobile et ee diuitē ac
esse potentē / Nā ex hoc dr
aliquis ee potēs / qr ē i aliq
no pncipatu / et hēt multos
subiectos ~~dom~~ dominio / Sz tñ cū
multos nobiles videas esse
impotentes et et nō posse
pncipari / nō ē idē ee nobi
lem / et ee potentē / Rursus
videos habundare aliqs in
argento et auro / et in agris
et in vineis qui tñ deficiūt
in ciuili potencia / quia ulli
regimini subiecti imperio / Sz re
non idē ē ee diuitē et ee
potentē / Viso igr qui sūt
mores nobiliū / et qui diui
tū / Restat vidē qui sūt
mores potentiū / sunt aūt
potentes ut vult phūs 2o
Rethoricorum qui omo hēnt me
liores mores quā diuites
Narrat eñ phūs / tria in qui
bus mores potentiū excedūt
mores diuitū / Primo eñ po
tentes sunt magis studiosi
quā diuites / et magis boni
potentes quā diuites / quia
ut phūs coacti sunt inten
dere in ea que sunt circa potesta
tē / Naz qui ē in aliquo
potentatu / vel in aliquo
pncipatu qr ē psona cōis
et publica / ad quā multi
respiciunt vertimentur declin
are / a medio omī / et agere
opa virtuosa / Ipse go pncipa
tus quodāo inducit homines
ad bonitatem et ad iusticiam

Studiosiores igr sunt potētes
quā diuites / quia coacti
sunt intendere circa opa po
tentatus que ee debent bōa
et studiosa / Secundo po
tentes magis sunt temperati quā
diuites / Nam ad quas dat
se exercicio retrahitur a bo
et ad dat se vni operi retr
hitur ab alio / Diuites go
si nō habundat in ciuili
potencia / et nō curant ope
ribus iusticie intendere va
cant ocio / et de leui incli
nantur ut dent opam rei
bus venereis / et fiant intē
pati / potentes go et pnci
pantes / quia oportet eos in
tendere exterioribus curis / retra
hunt ut nō omo possint
vacare venereis / Sz ne cōiter
potentes ee magis tēpatos
quā diuites / Tercio pote
tes sunt mīa cōtinenciores
quā diuites / ideo sedes sunt
Rethoricorum / qr si potentes in
iuriantur / nō iniuriantur
in paruis sz in magnis
potentes eñ existentes in pn
cipatu quia sunt in loco m
agno honore digno / nō
intendunt nisi in magna
et in ardua / ideo si cōtin
gat eos alios iniuriari /
nō iniuriabuntur in paruis
sed in magnis / Nō eñ curā
bunt facere parua offensa

Sed vel in nullo dampni-
ficabunt alios / vel infer-
rent magnum dampnum.
Nunquam ergo sunt continentes
circa divitias / quia non cu-
rant quomodo continentiam
inferre / sed sunt continent-
es in magnis. Mores
ergo divitum omnino peiores sunt
quam mores nobilium quam
vel potentum. Ideo divi-
tie si tales non eciam con-
comitentur potestatem et no-
bilitatem ut plurimum reddunt
hominem infelicem quam feli-
cem / Cum enim sic divi-
tes est / quod nec est nobilis
nec est in aliquo potentatu
ut plurimum est inseparatus /
et insensatus fortunatus.
Dives enim si non sit nobilis
et non processit ex genere an-
tiquo et honorabili / sed sit
nuper ditatus / dicitur esse inse-
paratus felix / quia nescit uti
divitiis que sunt organa ad
felicitatem / vel dicitur inseparatus
fortunatus / quia nescit fortu-
nas ferre / vel nescit de-
bite se habere in divitiis que
sunt bona fortune. Ideo
dicit Philosophus Rethorice 2 / quod nup-
per ditatum esse / est incru-
ditum divitiarum / quia enim
nuper ditati sunt / non sunt
eruditi quomodo possunt uti divi-
tiis / ipsi quod in eodem 2o Ret-
horicorum scribitur / quod mores

divitiarum ut in summa sic dicere
sunt mores insensati et in-
felices. Nobilitas ergo bina
spacia divitiis / quia enim sic
est dives / quod tamen est nobilis / et
ab antiquo sui progenitores
divites extiterunt / melius
novit divicias supportare
et propter tales non tamen extollitur
videntur enim bona sensibilia
omnino esse contraria stricte et vir-
tutibus. Nam divicie et sen-
sibilia bona prius quam ha-
beantur reputantur maio-
ra quam sint habita postea vile-
scunt. Scientie vero et virtutes
modo contrario se habere videntur
Nam prius quam habeantur non
reputantur tanta magna sicut postquam
habita sunt. Cum enim quis
audit et incipit de suavitate
virtutum / et de dulcedine scientiarum
statim percipit ea esse maio-
ra bona / quam credebat / bona
ergo sensibilia / quanto magis
habentur tanto minus repu-
tantur. Quare eius ditati
ab antiquo assueti sunt
magis in divitiis / et ma-
gis assueti sunt in eas quam
nuper ditati. Non tamen res-
uitunt divitias nec sic ex-
tollunt ipsi illas sicut qui
de novo divitias susceperunt
Ne igitur quis insensatus fe-
lix / et nesciat ferre fortu-
nas / expedit ut divicias
concomitetur nobilitas / divites

cum nobilis et ab antiquo
sit in omnibus melius se h[abe]
a[g]e qui rusticus ex novo
ditatus. Bene igitur dictum est
quod nec dives sit insensatus
felix, requiritur ut sit nobi
lis, sed ne sit inflatus
requiritur ut sit potens. Quia
ut dicebatur potentes reges et
principes quia ut plurimum
hiis tribus exterioribus bonis
affluunt, videlicet diviciis
nobilitate et potencia, decet
eos esse eruditos et temperatos.
Nam propter nobilitatem, eo quod ab
antiquo habundaverunt
student magis fortunas ferre
et etiam divicias student magis
erudite se habere. Rursum quia
pollet principatu et potencia
et oportet eas diversis civibus
intendere, retrahunt a venereis
et inducunt ut sint tem
perati. Sic ergo sequendum est de
moribus, quia iuvenes et
senes, et illi qui sunt in statu
potentes nobiles et divites
tales mores habent quales diximus.
Non quod omnes universa
liter tales sint, et quod necesse
sit eos tales esse, sed quia
ut plurimum, divites nobiles
et aliorum sunt tales mores
quales dicebamus superius.
Rursum licet non sit necesse eos
tales mores habere, tamen insti
tui veniunt et magna

prouitate habent ut sequantur
mores predictos. Iuvenes
vel senes non indignentur
si aliquos malos mores
de ipsis tractamus, vel nar
ramus. Quia nulla eis
per hoc [nec] ~~nat~~ moris ne
cessitatem imponimus, quia possunt
omnes malos mores vitare
et sequi ordinem racionis.
Sic etiam nec nobiles vel
divites indignari debent
si ipsorum aliquos narramus
malos mores, quia non
oportet omnes esse tales, sed
sufficit id reperiri in pluribus
pronitate eum quandam nos
necessitatis plurimum in moris
in eis ~~intendimus~~ ponere
intendebamus. Narratis ergo
moribus laudabilibus, et vi
tuperabilibus, et in diversis
etatibus et in diversis statibus
decet omnes homines sequi
mores laudabiles et fugere
vituperabiles. Sed tanto magis
decet hoc reges et principes
quanto in altiori gradu consistunt.
Ipsi enim ut supra dicebatur
debent esse exemplar et
forma vivendi, quicquid
ergo laudabile est in moribus
singulorum, totum decet in ipsis
per amplius et perfectius re
periri.

Explicit primus
liber de Regimine principum
in quo de tima[?] de regie sui

Incipit secundus in quo determinabitur de regimine domus et primo sequuntur capitula

i Quod naturale est homini vivere in societate, quod decet hoc reges et principes diligenter advertere

ii Quod se habet communitas domus ad communitates alias, et quomodo huiusmodi communitas sit necessaria in humana vita

iii Quod communitas domus est aliquo modo communitas prima et quod communitas naturalis est, et quod reges et principes et universaliter omnes cives hoc ignorare non debent

iiii Qualis sit communitas domus, et quod oportet eam ex pluribus constare personis

v Quod oportet in domo saltem duas communitates esse, et quod oportet eam consistere saltem ex tribus generibus personarum

vi Quod in domo perfecta oportet esse tres communitates ex quattuor generibus personarum, et tria genera sive regimina, et quod oportet hunc secundum dividere in tres partes

vii Quod homo est animal naturaliter coniugale, et quod nolentes nubere non vivunt ut homines, sed sunt bestie vel dii

viii Quod omnes cives et maxime reges et principes debent suis coniugibus indivisibiliter adherere

viiii Quod omnes cives et maxime reges et principes una sola uxore debent esse contenti

x Quod coniuges omnium et maxime regum et principum uno viro debent esse contente

xi Quod decet omnes cives et maxime reges et principes non ducere coniuges in una consanguinitate sibi coniunctas

xii Quod reges et principes et universaliter omnes cives decet accipere uxores ornatas exterioribus bonis

xiii Quod decet omnes cives et maxime reges et principes querere in suis coniugibus non solum bona exteriora, sed etiam interiora tam corporis

quarta Anime

xiiii Quod omnes cives et maxime reges et p[rincipes] non debent suas uxores eodem regimine regere quo regendi sunt filii

xv Quod omnes cives et maxime reges et principes non debent suas coniuges eodem regimine regere quo regendi sunt servi

xvi Quod detestabile est in omnibus civibus et maxime in regibus et principibus in etate nimis iuvenili uti copula coniugali

xvii Quod tempore frigido quo flant venti boreales magis est danda operam procreationi quam tempore calido quo flant venti australes

xviii Quod in mulieribus quedam sunt laudabilia et quedam vituperabilia

xix Quo regimine omnes cives et maxime reges et principes debeant suas coniuges regere

xx Qualiter omnes cives et maxime reges et principes ad suas coniuges debite se habere debent

xxi Quo femine coniugate circa ornatum corporis debeant se habere

xxii Quod non decet reges et principes et universaliter omnes cives erga suas coniuges nimis esse zelotipos

xxiii Quale sit consilium mulierum et quod earum consilio non est utendum simpliciter sed in casu

xxiiii Quod decet reges et principes et universaliter omnes cives propriis coniugibus sua apparere secreta et quod non decet

Quale est homini vivere in societate quod debent hoc reges et principes diligenter advertere

I

Primi libri est digesta magna ostensum est in quo reges et principes debeant suam felicitatem ponere quas virtutes habere quas possessiones et quos mores debeant imitari

Per hec enim quatuor sufficienter
habetur qualiter quilibet de-
beat seipsum regere, et qualiter
debeat in seipso esse. Restat igitur
dicere de regimine familie
sive de regimine domus. Non
ergo sufficit quod reges et prin-
cipes sint boni in seipsis, in-
quantum sunt quo ad alios boni, et
inquantum sciant alios gubernare
nec sufficit quod reges debite
se ipsos regant, nisi regere
sciant domum, civitatem
et regnum. Tamen hec ergo secundo
libro determinabimus de regimine
domus, sed cum familia sive do-
mus sit communitas quedam, si de
domo determinare volumus,
videndum est quomodo se habeat homo
ad esse communitativum et sociale.
Sciendum igitur quod homo inter alia
animalia quatuor indigere videtur,
ex quibus quadruplici via
venari possumus ipsum naturaliter esse
communitativum et sociale. Prima
via sumitur ex victu, quo homo
indiget. Secunda ex vestitu
quo tegitur. Tertia ex remo-
tione prohibentium, per quam
ab hominibus et hostibus liberatur.
Quarta ex disciplina et sermone
per que instruitur. Sic enim i-
maginari debemus quod natura nil
facit, ei ergo quod naturale sit, na-
turalia sunt ea, sine quibus
non posset bene conservari in esse,
frustra enim natura ageret si res
naturales nullo conservarentur
in esse, sed statim postquam
essent facte desinerent esse.
Quare cum vivere sit homini
naturale omnia illa que sunt
ad bene vivere, et sine quibus
non potest sibi in vita sufficere
sunt homini naturalia. Inter autem
alia que faciunt ad sufficientiam
vite humane est societas naturalis,
ergo homo est animal naturaliter sociale, quod
autem societas facit maxime
ad sufficientiam vite humane
patere potest ex hiis quatuor supra
enumeratis quibus homo naturaliter quam
cetera animalia indigere videtur.
Prima ergo via sumitur ex ipso
victu quo indiget. Nam homo
inter cetera animalia habet meli-
orem tactum, et meliorem com-
plexionem, ideo inter omnia a-
nimalia indiget cibo diligentius
et artificialiter preparato. Nam enim
animalibus aliis est sufficienter ministrat
cibum ut animalibus non
viventibus ex rapina, cuiusmodi
sunt oves boves et cetera ta-
lia, ministrat herbas et fruc-
tus quibus absque aliena prepara-
tione sufficiunt ad nutrimentum.
Animalibus vero viventibus ex ra-
pina ut lupis leonibus et
ceteris talibus, administrat nu-
trimentum ex animalibus aliis que
naturaliter producuntur, quomodo ergo
aliis animalibus omnibus natura
sufficienter preparat nutrimentum. Nam
quia non habent complexionem
ita puram, et ita reductam
ad medium ut homo, non indi-
gent cibo ita depurato ut ipse,
sed cibaria aliorum aliud suf-
ficiunt eis ad vitam prout
sunt preparata a natura, ab-
sque alia artificiali decoctione.

Vel propter hoc quia homo quia habet
complexionem magis temperatam / exi-
gentem ad medium indiget
alimento preparato et depurato. Fe-
numque quod a natura producitur
et si esset sufficiens cibus aliis
animalibus / homini autem non est
sufficiens / nisi depuretur et pre-
paretur / ideo molitur et depuratur
fit inde panis et coquitur ut
sit homini congruus cibus / et quia
ad hec omnia una sola per-
sona non bene sufficit / ideo ut
homo ratione victus sufficiat sibi
in vita / indiget societate. ut
unusquisque suppleat alterius
defectum / et quod dictum est de fru-
mento indigendo est de aliis ci-
bariis / nunquam enim homo existens
solus / sufficit sibi ad habendum
congrua que requirunt ad vitam
Bene ergo dictum quod ex parte vic-
tus quo indigemus / homo naturaliter
est animal sociale. Secunda via
ad investigandum hoc idem sumitur
ex parte indumentorum quibus tegimur
Nam sicut natura sufficienter aliis ani-
malibus providet in victu
sic videtur quod eis sufficienter pro-
videat in vestitu. Bestie enim
et aves quasi naturaliter indumenta
habere videntur lanam vel pennas
hominibus non autem sufficienter provi-
dit in vestitu / cum enim homo
sit nobilioris complexionis quam
alia animalia / a frigiditate et
intemperie aeris et temporis
magis habet offendi quam illa
que cum habere victum et vestitum
congruum ad vitam humanam non
sibi sine societate sufficiat aliquis

Sequitur quod homo naturaliter inquantum
habeat ut sit animal sociale. Ne-
cessaria ergo fuit communitas domus
et communitates alie / cumque dicitur sub
communitas vici civitatis et regni
ad hoc quod homines sibi perfecte
in vita sufficiant sed hec fi-
sunt necessaria ad consuandum
hominis naturalem vitam / vivere in co-
munitate et in societate. est
homini quodammodo naturale Tercia
via sumitur / ad investigandum
hoc idem ex remotione prohibe-
ntium prout ab inimicis et ab
hostibus defendimur / nam enim
aliquibus animalibus / ad sui
tuitionem dedit cornua ut bu-
balis et bobus / aliquibus vero
dedit dentes ut lupis et ca-
nibus / aliquibus vero dedit un-
gues ut ursis et leonibus
aliquibus autem dedit corporis ag-
ilitatem / ut leporibus et cap-
ris / sciunt enim capre et lepo-
res / quod per aliam viam / non possunt
evadere mortis pericula nisi per
corporis agilitatem / et fugam
ideo statim cum audiunt stre-
pitum fugam arripiunt / sed
natura homini tamquam excellentiori
animalium / non dedit ad sui tui-
tionem cornua vel ungues
sed dedit ei manum que est ut
Philosophus tertio de anima est organum
organorum / Nam per manum
omnia organa / et quidcumque
ad defensionem fabricare valemus
Naturale igitur naturale est homini desi-
derare consuacionem vite / cum homo
solitarius non sufficiat sibi ad
habendum congruum victum

et vestitum, et ad fabricandum sibi arma et organa per que a contrariis defendatur. Naturale ergo est ut desideret vivere in civitate ut sit animal sociale. Quarta via sumitur ex parte sermonis et discipline per quae instruimur. Nam alia animalia sufficienter inclinantur ad opera sibi debita ab instinctu nature absque instructione alia. Sic etiam ut aranea ex instinctu nature debite telam facit si nunquam vidisset alias araneas texuisse. Sic etiam et hirundines debite faciunt nidos si nunquam vidissent alias nidificasse et tamen ex instinctu nature instruuntur qualiter se habere debeant in partu si nunquam tamen vidissent alias peperisse. Mulier autem cum parit nescit qualiter se habere debeat in partu nisi per obstetrices sit sufficienter edocta. Quia ergo non sufficienter ex instinctu nature inclinamur ad opera sibi debita natura dedit ei loquelam sive sermonem ut per sermonem homines se invicem doceant et unus ab alio suscipiat disciplinam. Et quia hoc fieri non potest nisi simul cum aliis convivamus naturale est homini convivere aliis et esse animal sociale. Unde et philosophus primo politicorum inter alias rationes quas tangit probantes hominem esse naturaliter animal potius sociale quam cetera animalia, hanc rationem videlicet quod sermo est ad alterum ut ad socios, ex quo natura dedit homini sermonem quem non dedit animalibus aliis sequitur hominem magis esse animal sociale quam alia cetera. Si igitur sic naturale est homini esse animal sociale, recusantes societatem et nolentes civiliter vivere ut supra in primo libro tetigimus et ut infra tangetur, est non vivunt ut homines. Vel ergo hoc contingit eis quia deficiunt a modo humano et tunc sunt quasi bestie, vel quia modum humanum excedunt et cum dediti sunt divine contemplationi et tunc sunt quasi dii. Tradit de primo politicorum quod eligens solitariam vitam non est pars civitatis, sed aut est bestia aut deus. Ad litteram enim eligentes non convivere aliis vel hoc est quia nimis scelerati sunt et non possunt societatem aliorum supportare et tunc sunt quasi bestie, vel quia sunt nimis boni et volunt vacare contemplationis ocio et tunc sunt quasi divini. Decet ergo omnes homines et maxime reges et principes diligenter advertere quantum deserviat societas humane vite, ut ad bene vivere sciant se et alios ordinare.

Quomodo se habet communitas domus ad communitates alias et quod bonum civitatis sit necessarium in humana vita.

ij capitulum

Dubitaret forte aliquis dicens nos sciremus limites ignorare quod societas sine

communitas illa per quam sufficiatur
nobis in victu, et vestitu et
in aliis necessariis ad vitam ne-
videtur esse communitas domestica sed
similis. Tertia autem philosophus
primo politicorum communitas domus non
est sufficiens in tota vita. Ideo
eo enim inventa sunt civitates
ut expedientia ad vitam
que in una domo vel in uno
vico reperiri non possunt, reperiren(tur)
in vico alio vel in alia parte
civitatis. Civitas ergo si sit rec-
te ordinata continet debitam expe-
dientiam in tota vita, ut in ter-
tio libro plenius ostendetur. Sed
nare si determinare de communitate
civium non spectat ad hunc lib-
rum ubi agitur de regimine domus
sed ad tertium ubi agetur de re-
gimine civium, videmur tamen
excessisse limites huius
artis determinando in precedenti
capitulo aliqua pertinentia ad co-
mmunitatem civium. Sed si di-
ligenter aspiciamus, quomodo communitas
domestica se habet ad communitates
alias, cum quelibet communitas
includat communitatem domesti-
cam. Nec posset esse civitas
nec vicus nisi prius esset domus.
Si communitas aliqua est necessaria in
humana vita, sequitur communi-
tatem domus, ad huius dicti vi-
tam esse necessariam. In precedenti
vero capitulo determinavimus de soci-
etate humana, ostendentes
eam esse necessariam ad vitam humanam.
Quare per hoc manifeste ostenditur
necessitatem esse communitatem domestica(m)
cum omnis alia communitas communitatem

illam presupponat. Ad videndum
ergo quod si dicta politica di-
ligenter consideremus apparebit
quadruplicem esse communitatem
videlicet vici, domus, civitatis
et regni. ~~Non tamen eodem~~ Na(m)
sicut ex pluribus personis fit do-
mus, sic ex multis domibus
fit vicus. Ex multis vicis fit
civitas, ex multis civitatibus
regnum, quare sicut singulares
persone sunt partes domus, sic
domus sunt partes vici et
regni et civitatis. Non tamen
eodem modo, sed vici sunt partes imme-
diate, quia immediate ex
domibus constituitur vicus. Civita-
tis enim vel regni domus partes
esse dicuntur, quia constituendo
vicum, ex constitutis possunt consti-
tui civitates et regnum. Sic
ergo communitas domus se habet
ad communitates alias, quia omnes
alie ipsam presupponunt, et ipsa
est per quemdam modum alia omnium
aliarum. Naturalis ergo origo
civitatis, ut patet per philosophum
primo politicorum hoc modo extitit, quia
primo facta fuit una aliqua
domus, sed crescentibus filiis et
filiabus, et non valentibus propter
multitudinem habitare in domo
illa, construxerunt sibi domos
annexas, et sic ex multis do-
mibus facti sunt vici. Unde
et philosophus primo politicorum dicitur quod
vicus est vicinia domorum
quos vocant quidam coll-
actaneos pueros, quia

nepotes et puerorum. Naturalis
ergo origo vici est ex coniunctione
domorum, quas construit
multitudo collactaneorum
et filiorum sive puerorum.
Nam ut tangebatur, crescen-
tibus collactaneis, id est ne-
potibus et filiis, et filiorum
filiis, et non valentibus habita-
re in una domo, compulsi sunt
facere plures domos, et con-
stituere vicum, sic procedent-
e generatione ipsorum, et plu-
ribus augmentata multitudine
facta est pluralitas vicorum
et per consequens est factum castrum
vel civitas, multis vero mu-
ltiplicatis castris vel ci-
vitatibus, factus est principatus et
regnum. Videtur autem aliquo
sit prolis generatio via ad
civitatem vel regnum, quia ex
crescentia collactaneorum
vel filiorum, ut infra plenius
ostendetur. Ad prolis vero
intantum dictum sit, quia homini inclinatio ad
generationem est maxime naturalis
quia procedit ex inclinatione quae
est opus naturae, concluditur tamen
sit hoc, et quia quaelibet communitas
naturalis vici, civitatis sive re-
gni, sicut domus se habet esse
ad communitates alias, quod est
prior communitatibus aliis, et ali-
quo modo causa, quia omnes aliae praesuppo-
nunt. Dicto quod communitas
domus se habet ad communitates
alias, de levi patet quod hanc
ignorare communitatem sit necessaria

in humana vita. Nam si omnes
communitates aliae domum praesuppo-
nunt, si aliqua communitas est necessaria
ad sufficientiam vitae, oportet
communitatem domus necessariam
esse. Reges ergo et principes
quorum officium est dirigere alios
ad bene vivere, ignorare non
debent quid domus et civitas
deserviunt ad sufficientiam
humanae vitae. **Et communitas domus est aliqua communitas prima et quod communitas naturalis est, et quod reges et principes et universaliter omnes cives hoc ignorare non debent.** iii capitulum

NE laboraremus in
aequivoco cum de do-
mo loquimur, sciendum
quod domus nominari potest aedifici-
um constructum ex pariete et tec-
to et fundamento, vel potest
nominare familiam in ea
contentam. Sicut et civitas
aliquando nominat muros et
aedificia civium, aliquando vero gen-
tem habitantem in ipsa. Di-
cimus enim aliquando civitatem a-
liquam hoc fecisse, non quod
muri vel aedificia hoc egerint,
sed quia incolae civitatis fe-
cerunt illud. Sic aliqui dicere
consueverunt domos magis hoc
operatas esse, non quia lapides
illud egerint, sed quia simpli-
ces homines fecerunt illud.
Hic se ~~nomen~~ communitas civi-
tatis civitas nominari se sociatas

et communitatem personarum habitantium in una domo domus nuncupari potest. Domus ergo quae principaliter intenditur in yconomica negotio non est ipsum edificium, sed est communitas domestica sive domesticarum personarum. Spectat enim ad philosophum moralem ut ad yconomicam determinare de edificiis domorum quantum spectat ad ipsum universaliter et typo. Unde quod decet homines habere habitationes decentes secundum suarum personarum facultatem. Non tamen spectat ad ipsum determinare principaliter de domo ut edificium nominat constructionem, sed determinare debet de domo quae est edificata prout debet ordinari ad domum, quae est communitas personarum. Sic spectat ad politicam determinare de ordine domorum et de constructione viarum et de fabrica civitatis, ut ordinantur ad communitatem et ad politiam civium. Intendimus ergo ostendere de domo quae est communitas domesticarum personarum quomodo sit communitas prima. Respondeo dicendum quod prius multipliciter distingui potest. Est enim prius in opere et prius in intentione, et est prius in via generationis et temporis, et prius in via perfectionis et complectionis. Videmus enim quod ea quae sunt ad finem precedunt finem in opere

et in executione, sed finis precedit ea in intentione agentis. Agens ergo primo et principaliter intendit finem; verum quia non potest habere finem nisi per ea quae sunt ad finem, mediante executione et opere est consequens intentionem et voluntatem. Nam intendimus et volumus ea quae sunt ad finem intendendo et volendo finem, ita quod finis est primo volitus et intentus, sed in operando et in exequendo est e converso. Nam per opus consequimur finem operando ea quae sunt ad finem. Licet sint posteriora in voluntate et in intentione, sunt priora in executione et opere. Nam si finis esset quod primo operaremur, cum adepto fine cessaret operatio, numquam operaremur ea quae sunt ad finem. Unus ergo modus distinguendi prioritatem est quia aliquid est prius in voluntate et in intentione, aliquid vero in executione et opere. Alius vero modus distinguendi prioritatem esse potest quia aliqua prioritas est in via generationis et complementi, ut puer est prior viro generatione et tempore, quia prius aliquis est generatus et efficitur puer quam vir efficiatur. Verumtamen vir

Est prius puero perfectione et complemento quia vsque ratione alia quae que requirunt ad perfectionem humanam et amplius et perfectius resonant in viro quam in puero. Sic ergo distinctis prioritatibus declaratur quod communitas domus se habet ad communitatem civium et ad communitates alias. Nam quia in executione et opere domus precedit vicum civitatem et regnum sed in voluntate et in intentione communitates alie precedunt communitatem domesticam. Rursus in via generationis et temporis domestica communitas precedit domesticas communitates alias sed in via perfectionis et complementi communitates alie precedunt ipsam. Videtur enim communitas domus ad communitates alias dupliciter se habere primo quia singula communitas respectu aliarum est imperfecta omnes vero alie sunt perfectiores ipsa. Cum enim omnis alia communitas includat communitatem domus et addat aliquid super ipsam omnes alie communitates sunt perfectiores ea. habet ergo se communitas domus ad communitates alias sicut imperfectum ad perfectum et sicut pars ad totum. Rursus h[...] communitas se habet ad alias sicut quod est ad finem se habet ad ipsum finem. Nam domus tamquam ad finem ordinatur ad vicum. vicus ad civitatem. civitas ad regnum. Est enim domus propter vicum vicus propter civitatem. civitas propter regnum. Communitas vici est finis civium domus communitas civium est finis communitatis vici. sed communitas regni est finis omnium predictarum. Circa imperfectum in via generationis et temporis precedit perfectum. perfectum vero precedit ipsum imperfectum in via perfectionis et complementi. Cum ergo communitas domus sit prior aliis tempore et generatione, sit tamen posterior illis perfectione et complemento. Unde Philosophus primo politicorum comparans civitatem ad vicum et domum ait quod prima communitas est communitas civilis. quod non est intelligendum de prioritate generationis vel temporis. cum ipse met dicat civitatem procedere ex multiplicatione domorum sed hoc igitur intelligendum est de prioritate perfectionis et complementi. Amplius cum communitas domus ad communitates alias non solum se habeat sicut perfectum ad imperfectum sed etiam sicut quod est ad finem ad ipsum finem. Domus respectu aliarum communitatum non solum est posterior et potior perfectione sicut imperfectum se habet ad perfectum sed etiam est posterior in opere et est prior in intentione. Quia quod est ad finem hoc modo se habet ad ipsum finem. Spectat enim

non solum ad principem sive
ad legislatorem, sed etiam ad
quemlibet civem pertinet intendere
bonum civitatis et regni. Quia
etiam bonum propter domus ut in
tertio libro plenius ostendetur.
Viso quod communitas domus
aliquo modo est prior quam commu-
nitates alie. Restat videre
quod sit huiusmodi communitas na-
turalis. Nam cum natura non presupponat artem
sed ars naturam, quilibet quod arte na-
li presupponitur non quod quid
artificiale est, sed oportet
ibi [illegible] ergo huiusmodi est naturale
quid. Amplius si homo naturaliter
est animal civile et sociale, cum
omnis communitas presupponat
communitatem domus, oportet commu-
nitatem domesticam sive domum
quid naturale esse. Reges ergo
et principes decet scire gub-
ernare domesticam et regere
familiam sive domum. Non
solum inquantum esse debent
viri sociales et politici, quia
scire gubernare domum per-
tinet ad omnes cives, sed spe-
cialiter principaliter et spectat ad prin-
cipes et reges, quia sicut re-
gimen civitatis presupponit
regimen domus, sic regimen regni
et civitatis presupponit notitiam
regiminis domus et persone proprie.
Nullum enim convenit debitum rectorem
regni vel civitatis effici, nisi
se et suam familiam sciat debi-
te gubernare. Quare si specialiter
spectat ad reges et principes

regere regnum et civitates, specialiter
spectat ad eos ut sciant domum
propriam gubernare. Et tunc tangi-
tur quod est illa communitas do-
mus. Quia communitas quedam
naturalis. Et quod huiusmodi com-
munitas se habet ad regnum et
civitatem, ut est in primo capitulo
declaratum. Nam per hoc ma-
gna via habebitur ad in-
vestigandum regimen civitatis
et regni. Est tamen diligenter
notandum quod licet quodam
speciali et excellenti modo
ad reges et principes spectet
intendere bonum regni et prin-
cipatus, actus huiusmodi bonum
intendere spectat ad unumquemque
civem, et ad quemlibet
incolam civitatis, quia bonum
regni est bonum omnium civium
et omnium existencium in regno.
Unde quilibet studere debet
ut sit dignus rege et princi-
pe. Tamen etiam quod spectat ad
omnes cives intendere bonum
regni, spectat ad unumquemque
[illegible] scire regere domum
suam. Non solum inquantum
huiusmodi regimen est bonum
proprium, sed etiam prout tale
regimen ordinatur ad bonum
commune ut ad bonum regni et
civitatis.

Qualis sit communitas domus et quod oportet eam ex pluribus constare personis

IIII

Est autem ex praecedenti capitulo aliqualiter declaratum qualis sit communitas domus, cum ostensum sit quod huiusmodi est aliqualiter domesticum naturale, et quod communitas domus est quodammodo naturalis. Verumtamen quia non sufficit scire per hoc qualis sit huiusmodi communitas, ideo intendimus aliqua dicere de communitate domestica. Sciendum ergo philosophum primo politicorum sic describere communitatem domus, videlicet, quod domus est communitas secundum naturam constituta quidem in omnem diem. In hac autem descriptione aliquid declaratum est per praecedens capitulum et aliquid restat ulterius declarandum. Nam quod domus sit communitas secundum naturam, superius sufficienter probabatur, et in declaratione ostendetur ubi distinguerentur omnes partes domus, et probabatur quod quaelibet illarum partium est aliquid naturale. Restat ergo declarare in descriptione praedicta, quomodo domus sit communitas constituta in omnem diem. Ad cuius evidentiam advertendum, quod humanorum operum, et eorum quae requiruntur ad sufficientiam vitae, ad quae ordinatur humana communitas, ut videtur distinguere philosophus primo politicorum, quaedam sunt diurnalia, ut illa quibus indigemus omni die, cuiusmodi est comedere et bibere, et cuiusmodi sunt alia sustentamenta(?), et similia corporalia quibus cottidie indigemus, ut emptio et venditio. Nam si aliqui existentes in aliqua domo ad sustentationem vitae cottidie indigent venditione vel emptione, videtur hoc esse ex defectu et corruptione domus. Non enim videntur sic habitare ut incolae, nec ut cives, sed magis ut peregrini et ut viatores, si ad sustentationem vitae venditione vel emptione continue egeant. Communitas ergo domus facta sunt(?) propter ea quibus cottidie indigemus. Verum quia in una domo non reperiuntur omnia necessaria ad vitam, non sufficiebat communitas domestica, sed oportuit dare communitatem vici, ita quod cum vicus constet ex pluribus domibus, quod non reperiatur in una domo reperiatur in alia. Propter quod vult philosophus primo politicorum quod sicut communitas domus constituta est in omnem diem, id est in opera diurna, sic in opere diuturna constituta est communitas vici. Verum quia etiam in uno vico non reperiuntur omnia necessaria ad vitam, propter communitatem vici oportuit dare communitatem civitatis. Communitas ergo civitatis esse videtur ad supplendam indigentiam in tota vita. Illa ergo videtur esse perfecta civitas, ut superius tangebatur, in qua reperiri possunt quae sunt necessaria universaliter ad totam vitam. Rursus autem quod contingit habere civitates ~~expugnari quia~~ contrarietates: utile est unicuique civitati ad expugnandum civitatem aliam confoederare se alteri civitati

Quare ad confederationem civitatum utilis sit ad debellandum hostes et removendum prohibentia corruptiva. Propter communitates domus, vici et civitatis inventa fuit communitas regni et principatus, que consurgit ex confederatione plurium castrorum et civitatum existentium sub uno principe. Erit igitur hic ordo, quod domus est communitas naturaliter constituta in omnem diem. Vicus vero est communitas constituta propter opera non diuturnalia. Civitas autem est communitas constituta ad sufficientiam in vita tota. Sed regnum est communitas constituta non solum ad supplendum indigentias vite, sed etiam ad removendum prohibentia corruptiva, ad que removendum una civitas non potest plene sufficere, nisi ei sint adiuncte alie plurime civitates et castra. Patet ergo qualis sit communitas domus, quia est communitas naturalis constituta propter opera diuturnalia et cotidiana. Quod autem oporteat domum ex pluribus constare personis videre non est difficile. Nam cum domus, ut patet ex habitis, sit communitas quedam et societas personarum, nec sit ipse communitas nec ad se ipsum societas, sed in domo communitatem salvare volumus, oportet eam ex pluribus constare personis; immo ut infra patebit et ut vult Philosophus primo Politicorum, non solum domus est communitas quedam, sed in domo oportet dare plures communitates, ita sic pluraliter personarum esse non potest. Patet ergo quod domus constat ex pluribus personis. Patet ergo etiam qualis sit et quid sit necessaria. Nam ut est ex habitis manifestum in vita humana, non solum est expediens civitatis communitas, sed etiam vici, civitatis et regni. Verum autem propter alias causas quam propter iam dictas sit expediens communitas civitatis et regni, in tertio libro plenius ostendetur. Nunc autem sufficiat intimasse tangere de regno et civitate, inquantum eorum notitia aliquo modo deservit ad cognoscendum domum et ad sciendum qualiter sit regenda. Nam ut supra tangebatur, in hac secunda parte intendimus regimen domus, non autem regimen civitatis. Hiis ergo sic pertractatis, cum communitas domus tamquam sit necessaria in vita civili, spectat ad quemlibet civem scire debite regere domum propriam; tanto tamen magis hoc spectat ad reges et principes, quanto ex incuria ipsorum domus magis potest insurgere preiudicium civitati et regno quam ex incuria aliorum. Capitulum 4.

Oportet in domo saltem duas communitates esse, et quod oportet eam consistere saltem

C[apitulum]

De tribus communitatibus personarum

Philosophus primo politicorum vult, quod ex duabus communitatibus, videlicet ex communitate viri et uxoris, domini et servi, constituitur domus prima. Dicit autem primam domum ex hiis duabus communitatibus constare, quia saltem ad constitucionem domus hee due communitates requiruntur. Ex illis enim dicitur domus constare sine quibus congrue constare non potest, quod vero sine viro, uxore, domino et servo domus de qua loquimur congrue non potest existere sic potest ostendi. Nam domus ut superius dicebatur et ut in prosequendo clarius declarabitur est quid naturale, maxime autem quid naturale esse videntur rerum generacio et earum conservacio. Cum enim generacio ut dicitur secundo physicorum sit via in naturam, et cum species naturales per generacionem propriam naturam accipiant, bene dictum est quod Damascenus ait generacionem esse quid naturale et esse opus nature. Rursus rerum conservacio quid naturale est. Nam frustra esset aliquid naturaliter generatum si non posset in esse conservari. Hec ergo duo nature opera, videlicet rerum generacio et earum conservacio, non debent abinvicem separari. Nam non est separanda generacio a conservacione, quia conservacio presupponit generacionem. Nam cum generata non possint in esse nisi prius per generacionem acceperint esse, conservacio rerum generatarum esse non potest nisi ipsam earum generacio antecedat. Si igitur generacio a conservacione separari non debet, quia ut dicebatur frustra esset aliquid genitum si nullo modo posset in esse conservari, hoc igitur modo hee due communitates faciunt domum esse quid naturale, quia communitas viri et uxoris ordinatur ad generacionem, communitas vero domini et servi ad conservacionem. Si ergo generacio et conservacio est quid naturale, oportet domum quid naturale esse. Amplius quia generacio et conservacio abinvicem separari non debent, hee due communitates videntur constituere domum primam, quia sine eis domus congrue non esse valet. Quod autem communitas viri et uxoris sit propter generacionem videri non habet dubium. Nam propter bonum prolis primitus instituta est societas maris et femine. Sed communitas domini et servi sit propter salutem et propter conservacionem non videtur adeo esse manifestum. Sciendum igitur quod si aliquis debite dominatur et aliquis debite servit, dominus salvatur propter servum et servus propter dominum, ita quod idem expedit domino et servo. Expedit enim servo ut serviat domino, et expedit domino ut conservetur a servo. Nam ille

Proprie e dominus qui viget int
ellectu. Ille vero proprie servus
ut patet per phm primo poli.
Qui deficiet intellectu pollet
fortitudine corporali. Servus ergo
qui nescit seipsum dirige. Expedit
enim ut obtemperet et ut serviet
ei qui viget prudencia et in
tellectu ut constituitur salutem
per ipsum et ut dirigatur per
eum. Nam deficiens intellectu
est sicut cecus et nescit qualiter
sit eundum. Cum ergo e huiusmodi
quanto magis viget viribus corpora
libus tanto propter salutem propriam
indiget dirigente. Sic enim cecus
corpatur nisi cum pergit dirigat
ab aliquo. De leui obviat a
licui offensiuo et quanto fortius
pergit, tanto magis indiget
tali dirigente, quia magis off
endi potest. Sic quia naturaliter servus
pollet viribus et deficit sciencia
et cognicione si salvari debet
expedit ut obtemperet et serviet
prudencia vigenti et intel
lectu, expedit ergo servo ut ser
viat domino sic expedit domino
ut ei serviatur a servo. Nam naturaliter
domini vigent prudencia et inte
llectu. ~~et existentes bene apti in~~
~~mente~~ cum ergo vigentes intellectu
et existentes bene bene apti mente
ut plurimum habeant molles
carnes, et deficiant corporali
bus viribus iuxta illud in secundo
de anima. Molles carne ap
tos mente dicimus. Expedit
omnibus sic dispositis ut eis

serviatur ab illis aliis quia
propter defectum fortitudinis naturalis
inexequendo naturalia ad vitam
~~sub~~ sibi ipsis non possunt sufficere.
Quare si dominus salvat propter
servum, et servus propter dominum
benedictum est quod supra dicebatur
quod sic ad constitucionem domus requiritur
communitas viri et uxoris propter generacionem,
sic requiritur ibi communitas
domini et servi propter salutem et p
ropter conservacionem, hec ergo due
communitates, quarum deficit generacioni,
alia conservacioni, dicun
tur facere domum, quia pro necessitate
congrue domus non potest existere
vtrum autem communitas domini et ser
vi aliqualiter instituta sit in salu
tem et in conservacionem, quam exeo
quod dominus salvatur propter servum
et servus propter dominum infra cla
rius ostendetur. Viso saltem
quomodo hee due communitates requi
runtur ad domum, quia secundum phm
ex eis consurgere videatur. Domus
prima prima de levi videri
potest quo ad constitucionem huiusmodi
domus saltem requiruntur illa tamen
generacio personarum. Videtur enim for
te alicui, quod cum domus prima con
stat ex duabus communitatibus, et quali
libet communitas requirit duas per
sonas vel duo genera personarum
quod domus prima racione dua
rum communitatum, requirat quatuor
personarum genera, ita quod prima
persona esset vir, secunda uxor, tercia
dominus, quarta servus, sed vir ~~non~~
et dominus non aliam et aliam dicit personam

Ille enim id quod est vir uxoris est
domus servi vel famuli / si in do-
mo illa plures existant servi
/ tertia ergo communitas personarum / vel quos
loco eorum constituunt domum perfecta
dicimus quod aliquo loco eorum
quia non semper sunt deputati
ad constitutionem domus / sed quod ibi-
quaerit loco servi / ut vult philosophus
primo politicorum. Nam ut ait pau-
peres homines qui non possunt ha-
bere servum et ministrum rationale
habent boves vel aliquid aliud
pro servo / et habent ministrum irra-
tionalem. Immo aliquis sufficit
a paupere / qui non solum non
potest habere servum seu ministrum ra-
tionalem / sed etiam non potest
habere ministrum animatum / Sed loco
eius habet aliquod inanimatum
ut qui sunt adeo pauperes / qui
neque boves neque oves neque
equos habere possunt / tamen mini-
stros arantes et scindentes
terram / loco bovis utuntur
habent ligonem / vel aliquod aliud
instrumentum / ita quod nimis
pauperibus ad scindendam terram
pro instrumento vel pro ministro
habent ligones / quod aliis non
sit pauperibus ad huiusmodi off-
icium faciendum obsequium boves
vel equus. Domus ergo perfecta
dicitur constare ex tribus scilicet ex viro
uxore et filio / vel ex aliquo
loco servi. Unde et philosophus
primo politicorum commendat Esio-
dum dicentem domum constare
ex tribus scilicet ex viro et muliere
et bove vel aratore. Posuit
enim ibi bovem loco servi / quia

pauperes homines ut plurimum in-
veniunt loco servi habent bovem /
vel habent aliquid aliud loco
bovis. Decet autem omnes cives
cognoscere partes de quibus componitur
domus / quia eis ignorantibus igno-
rabitur regimen ipsius domus.
Multo magis tamen hoc reges et
principes decet / quia cognitio
partium domus / et scire quot
communitas personarum / et quot communitates
requiruntur ad domum / ut innuit philosophus
primo politicorum non solum deservit
regimini domestico / sed etiam
regimini regni et civitatis / quia par-
tes domus sunt partes civita-
tis et regni. Quod in domo
perfecta oportet esse tres commu-
nitates quatuor communitas personarum
et tertia communitas sive regimina
et quod oportet hoc dividere
in tres partes. VI.

Dicebatur enim in prece-
denti capitulo duas
communitates videlicet
viri et uxoris domini et servi
sufficere domum primam. Sed tamen si
domus debet esse perfecta oppor-
tet ibi dare communitatem tertiam
scilicet patris et filii. Videmus enim
quod in naturalibus rebus quod statim
tum res generatae sunt natura est solli-
cita de earum salute / ita quod
generatio et salvatio sunt quasi
opera naturae / merito ergo communit-
as viri et uxoris / quae est propter
generationem / et servi et domini quae
est propter salvationem faciunt domum
primam. Sic ergo salvatio
comparatur ad rem ~~compatria~~

generatam / quia statim cum
res e generata, sollicitatur na-
tura salutem eius, producere
tamen sibi simile non sic competit
ad res naturales, quia non statim
cum e res naturalis potest sibi simile
producere, sed oportet prius ipsam
esse perfectam / statim enim cum
natus e homo / sollicitatur natura circa
conservationem ipsius, non tamen stati(m)
potest generare / nec statim potest si-
bi simile producere, sed oppo-
rtet ipsum prius esse perfectum. Pro-
ducere ergo sibi simile non e de
ratione rei naturalis / quocumque mo-
do simpliciter / sed e de ratione eius
ut habet esse perfectum / Si ergo domus
e quid naturale / et ea que videmus
in domo reducere volumus in
naturales causas / dicemus communita-
tes duas scilicet viri vel uxoris
domini et servi esse de ratione
domus proprie, quia sine eis con-
gruere domus esse non potest / sed ter-
tiam communitatem que e patris et fi-
lii non dicemus esse de ratione
domus / quocumque modo simpliciter
sed esse de ratione eius ut habet
esse perfectum, Sicut enim videmus
in una persona singulari / sic et in
tota domo debemus advertere
Nam semper multitudo ab unitate
procedit, propter quod ordinem naturalem
quem videmus in multitudine do-
mestica quodammodo in una perso-
na singulari reservari, sic
enim videmus in uno singulari homine
quod generari et salvari e de ratione
hominis primum / sed producere si-
bi simile / e de ratione hominis iam
perfecti / cum enim homo primo e / opor-
tet quod sit generatus et natus

statim e sollicitata de natura eius
non tamen potest sibi simile producere nisi
sit ut sit iam perfectus / Quare cum
communitas patris ad filium summat
originem ex eo quod parentes sibi
simile produxerint / huiusmodi
communitas non dicitur esse de ratione do-
mus proprie. sed de ratione domus
iam perfecte / Unde et primo
politicorum philosophus cum prius dixi-
sset communitatem viri et uxoris
domini et servi / facit communitatem
paternam et poeticam in precedenti ca-
pitulo preteriti libri ait, quod ad
domus perfectionem requiritur commu-
nitas scilicet patris et filii / Quod
autem ad perfectionem domus requi-
ratur hec tertia communitas tri-
plici via venari possumus /
Videmus enim / quod potentia fru-
ctificare et agere sunt perfec-
tiora non potentibus. Rursus
perpetua sunt perfectiora non
perpetuis / sic enim felicia sunt
perfectiora non felicibus / ergo quod
ad perfectionem domus requiratur ter-
tia communitas, que e patris et
filii / primo possumus probare
ex parte generationis / et fructifica-
tionis naturalis / secundo ex parte
perpetuitatis, tertio ex ipsa felici-
tate. Prima via sic patet
Nam 2° methaphysice, tunc unum
quodque perfectum e cum potest sibi si-
mile producere / ad hoc enim quod
aliquid sit perfectum, non oportet
quod sibi simile producat, sed quod
possit sibi simile producere, perfec-
tio enim consideranda e ex natura

et ex forma rei per quam aliquid est in actu et potest agere. Quare si est impotens ad agendum, sequitur quod ei deficiat aliqua forma et aliqua perfectio, que sit principium actionis. Impotens autem ad agendum dicitur aliquid, cum in proprio passiuo non producit sibi simile. Quare cum principium actiuum generationis sit masculus, et proprium susceptiuum sit femina, si in aliqua domo est coniunctio maris et femine, et cum non est ibi procreatio prolis, uel masculus est imperfectum actiuum, uel femina imperfectum susceptiuum. Sterilitas ergo filiorum in uita politica uel est ex imperfectione maris et femine, uel utriusque. Sed cum mas et femina uir et uxor sit prima pars domus et prima communitas, que reperitur in uita domestica, quia ex imperfectione partium, et maxime principalium, resultat imperfectio totius, tota illa domus dicitur esse imperfecta ubi non est pullulatio filiorum. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte naturalis perpetuitatis. Nam cum homines per se ipsos non possint perpetuari in uita, per successionem filiorum quodammodo perpetuantur. ubi domus igitur enim ubi est carentia prolis cito efficitur deserta, et in ordine naturali. Continuitas enim habitationis domus unius est naturalis ut si per procreationem filiorum domus illa continue habitetur. Alio modo est quasi carnalis, ut si prioribus habitatoribus deficientibus noua familia inhabitet domum illam. Naturalis ergo habitatio domestica naturaliter perpetuari non potest, nisi per generationem que nature opus est, scilicet ex existentia filiorum, sed si perpetuum est perfectius non perpetuo, imperfecta est domus ubi desunt filii per quos habitationem domesticam naturaliter quodammodo perpetuari contingit. Tertio quidem declarari potest ex parte ipsius felicitatis. Nam si filii et ciuilis potentia, et cetera talia, licet non sint essentialia felicitati, faciunt tamen ad quandam claritatem felicitatis politice. Unde philosophus primo Ethicorum ait quod aliquis denudatus communiter beatitudine. Nam penitus turpis et ignobilis et solitarius et sine filiis omnino felix esse non potest. Dicitur enim talis non esse omnino felix quia non habet felicitatem politicam cum omni sua claritate. Patet ergo quod ad hoc quod domus habeat esse perfectum, oportet ibi esse tres communitates. Unam uiri et uxoris, aliam domini et serui, tertiam patris et filii. Ex hiis autem patere potest quod oportet in domo perfecta esse tria regimina. Nam necesse est dare communitatem aliquam bene ordinatam nisi aliquid sit ibi dirigens et aliquid directum, uel nisi saltem aliquid sit ibi principans et aliquid obsequens. Cum ergo in communitate maris et femine mas debeat esse principans, et femina obsequens, in communitate patris et filii pater debet esse imperans et filius obtemperans

In ciuitate quid dominum et seruum domus debeat principaliter et seruire ministrabit et seruientis. In domo perfecta ut vult philosophus primo politicorum tria sunt regimina. Unum coniugale, secundum quod vir preest uxori. Aliud paternale, secundum quod pater preest filiis. Tertium dominatiuum et despoticum, secundum quod dominus preest seruis. Visto in domo perfecta esse tres communitates et tria regimina, de leui patet, patet quod oportet esse tot genera personarum ibi. Videtur tamen aliquis forte ibi debere esse sex genera personarum. Dicta quod prima persona sit ibi vir, secunda uxor, tertia pater, quarta filius, quinta dominus, sexta seruus. Sed vir, pater et dominus unam tamen personam nominat. Nam ille idem qui est vir uxoris est pater filiorum et dominus seruorum. Patet ergo quot communitates sint in domo perfecta, et quot regimina, et quot genera personarum. Declaratur ergo patere potest quot partes debeat habere secundus liber, in quo tractatur de regimine domus. Nam cum in domo perfecta sint tria regimina, oportet hunc librum habere tres partes. In quarum prima tractatur de regimine coniugali, in secunda de paternali, in tertia de dominatiuo. Haec ergo tria regimina bene cognoscere maxime decet reges et principes, quia eis diligentius inspectis magnum adminiculum habebunt ut bene sciant regere regnum et ciuitatem.

Capitulum I. Quod homo est naturaliter animal coniugale, et quod nolentes nubere non viuunt ut homines sed sunt bestie vel dii.

Dicebatur in precedenti capitulo tria esse determinanda in hoc secundo libro, in quo agitur de regimine domus, eo quod in ipsa domo tria contingit esse regimina, videlicet coniugale, paternale et dominatiuum. Inter haec autem regimina primo agendum est de regimine coniugali, quia secundum philosophum primo politicorum in communitate domestica prima communitas est maris et feminae. Est autem hic ordo rationalis. Nam primo aliquis generatur, secundo conseruatur in esse, tertio perficitur et potest sibi simile producere. Communitas ergo maris et feminae, quae est propter generationem, est prima pars domus, et precedit communicationem domini et serui, quae est propter salutem et conseruationem, et etiam precedit communitatem patris et filii, quae non respicit dominum primo vel dominum quocumque modo sumptum, sed dominum habentem esse perfectum. Primo ergo dicendum est de regimine coniugali, quod respicit communitatem viri et uxoris. Tertio de regimine dominatiuo, quod respicit communitatem domini et serui, vel quarto de regimine paternali, quod respicit communitatem patris et filii. Dicendis autem de regimine coniugali hunc tenebimus ordinem, quia primo dicemus quale sit ipsum coniugium, et quales uxores quomodolibet ciues et maxime reges et principes deceat sumere, deinde ostendemus

qualit viri suas uxores regere
debeant | et ad quas virtu-
tes | et ad que opera eas debe-
ant ordinare. In ostendendo
quidem quale sit ipsum coniugium
primo declarandum occurrit
coniugium esse aliquid naturale
et quod homo | naturaliter est animal coniuga-
le. Sciendum igitur quod philosophus oc-
tavo Ethicorum | volens ostendere
qualis amicitia sit viri ad
uxorem | probat amicitiam illam
esse secundum naturam | adducens tri-
plicem rationem quod homo sit naturaliter
animal coniugale. Prima ratio su-
mitur ex parte societatis humane
| secunda ex parte procreationis prolis
| et tertia ex parte operum | proba-
tum enim in primo capitulo huius secundi
libri | hominem esse naturaliter animal sociale
le | et communicativum | communitas au-
tem vita humana ut supra
tangebatur | ad quadruplex ge-
nus reducitur | quia quedam est
communitas domus | quedam vici
quedam civitatis | quedam regni.
Videntur autem hee communitates pre-
supponere communitatem domesticam.
Cum enim domus sit prior vico
civitate et regno | homo naturaliter
est magis animal domesticum
quam civile | et communitas domus
magis esse videtur naturalis ipsi
homini quam vici civitatis et regni
| ordinatur enim domus ad ne-
cessitatem que est maxime necessaria
individuo | et que maxime
expedit bono proprio | ordina-
tur autem ad generationem | que maxime
expedit conservationi speciei
et bono communi. Vicus autem ci-
vitas et regnum | non sic immediate

ordinantur ad nutritionem proprie
bonum persone proprie | et ad gene-
rationem prout conservationem speciei sicut
communitas domus | Ideo si perfecte
communitates ordinantur ad nutri-
tionem et ad generationem | hoc est propter
ex bonitate earum consurgit
bonitas ipsius domus | Non enim
domus est inde melior si est
in bono vico | vel in bona ci-
vitate aut in bono regno.
Si igitur homo magis naturaliter est animal
domesticum | quam politicum | cum
prima communitas ipsius domus sit
communitas viri et uxoris | sequitur
ex parte ipsius communicationis huma-
ne | quod homo sit animal magis co-
niugale quam politicum | et quod
magis sit communicativum communitate
coniugali quam communitate vici ci-
vitatis et regni | quia domus
cuius regimen primum est | regimine
coniugali est prior vico regno et
civitate. Hanc autem rationem
tangit philosophus octavo Ethicorum
dicens | homo enim natura magis
est coniugale animal | quam politicum
quanto domus est prior et magis
necessaria civitate. Secundo homo
est naturaliter animal coniugale ex par-
te procreationis prolis. Natura
enim videtur maxime naturale ad quod
homo habet naturalem impetum | com-
munem homo et omnia animalia naturaliter
inclinantur ut velint producere
sibi simile | quia in hominibus hoc de-
bite fit per coniugium | homo naturaliter
est animal coniugale. Hanc autem
rationem tangit philosophus primo politicorum
et quarto Ethicorum ubi probat.

coniugium aptum homini. Et ita naturale quia naturale est homini et omnibus animalibus habere naturalem impetum ad producendum sibi simile. Tertia ratio sumitur ex parte operum. quia ut dicitur octavo Ethicorum. confestim enim divisa sunt opera viri et uxoris. opera enim viri videntur esse in agendo que sunt fienda extra domum. opera autem uxoris in conservando supellectilia. vel in operando aliquid intra domum. ponentes ergo propria ad commune. ut enim uxor propria opera sua ordinat in bonum viri. vel in bonum totius domus. et vir opera sua propria ordinat in bonum domus et in bonum uxoris sufficiunt sibi in vita. ut dicitur in octavo Ethicorum. Nam sic ordinare propria ad bonum commune facit ad conservandam sufficientiam vite. Sic ergo si naturale est homini quod velit esse animal coniugale. sed si coniugium est quid naturale. secundum quod fornicatio est contraria coniugio est universaliter a civibus vitanda. tamquam aliquid contrarium rei naturali. quia videlicet fornicationem et universaliter omnem venereorum usum illicitum. tanto magis decet reges et principes fugere. quanto decet eos meliores et virtuosiores esse aliis viris. quedam dubitatio videtur ex dictis oriri. Nam si coniugium est homini naturale. reprehensibilis est ergo. quicumque non dat operam ut coniugio copuletur.

Sed hec dubitatio si comprehendimus iam dicta. de levi solvitur. Nam si naturale est homini esse animal coniugale. quicumque renuit coniugem ducere non vivit ut homo. Sed non vivere ut homo potest contingere dupliciter. vel quia eligit vitam supra homines et vult continere ut vacet contemplationi veritatis et operibus divinis. vel non vivit ut homo quia eligit vitam infra homines. et vivit ut bestia. Sicut ergo dicebamus de societate politica. videlicet ut eligentes solitudinem et nolentes civiliter vivere. vel est bestia vel est deus. Sic et de coniugio dicere possumus. Nam nolens coniugaliter vivere. vel hoc est quia vult liberius fornicari. Et sic eligit sibi vitam infra homines et est ut bestia. vel hoc est quia vult se dare ad speculationem veritatis et divinis operibus. et sic eligit sibi vitam supra homines et est quasi deus. Non invenientes ergo si dedicent se potioribus bonis quam sint bona coniugii. licet non vivant ut homines. non tamen propter hoc male agunt quia sunt quasi dii et sunt hominibus omnibus meliores. Capitulum VIIII

Quod cives et maxime reges et principes debent suis coniugibus indivisibiliter adherere.

Probavit autem philosophus quod decet coniugia indivisibilia

esse ad quod ostendendum adducere possumus quibus probari contingit. Prima via sumitur ex parte fidei vel ex parte amicitie naturalis que debet esse inter virum et uxorem. Secunda quia ex parte prolis. Prima via sic patet. Nam cum inter aliquos fidelis amicitie alter si ab amicitia eius discedat, si inter virum et uxorem debitam fidem et fidelem amicitiam saluare volumus, ne sit ibi violatio fidei oportet virum indivisibiliter adherere uxori sue et econverso. Cum enim inter virum et uxorem sit amicitia naturalis ut probatur octavo Ethicorum, cum naturalis amicitia inter aliquos requirat quod observent sibi debitam fidem, ad hoc quod coniugium sit secundum naturam et ad hoc quod inter virum et uxorem sit amicitia naturalis, oportet quod sibi invicem servent fidem, ita quod ab invicem non discedant. Hanc autem rationem videtur tangere Valerius Maximus in libro factorum et dictorum memorabilium capitulo de institutis antiquis ubi ait quod repudium inter virum et uxorem a condita urbe Roma usque ad vicesimum et ad quinquagesimum annum nullum intercessit. Primus autem qui dimisit uxorem sterilitatis causa fuit Spurius Carbilius, qui quamvis tolerabili ratione motus videretur reprehensione tamen non caruit quia putabant cupiditatem liberorum coniugali fidei non debere preponi. Fidem ergo secundum Valerium Maximum

quam observare debet vir uxori et econverso. Videtur esse una causa propter quam coniugium manere debet indivisibile et irrepudiabile. Decet ergo omnes cives coniugati sint uxoribus indivisibiliter absque repudiatione, tanto tamen magis hoc decet reges et principes quanto magis in eis relucere debet felicitas et esse bonum [illegible]. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte prolis. Nam licet coniugium etiam si sit sterile indissolubile manere debeat, quia cupiditas filiorum preponi non debet fidei coniugali, attamen si non sit ibi bonum prolis decet uxorem viro et econverso indissolubiliter adherere. Videmus enim quod quecumque bonum eo quod commune est coniungit participantes bono illo. Sic ergo civitas coniungit et continet ipsos cives ne a civitate recedant eo quod sit quoddam commune bonum ipsorum, sic et filii coniungunt et continent ipsos parentes ne ab invicem recedant eo quod sit quoddam commune bonum ipsorum. Hoc enim de ratione communis est quod contineat uniat et coniungat. Sic de ratione proprii est quod dividat et distinguat. Hanc autem rationem tangit philosophus in octavo Ethicorum dicens quod commune continet et coniungit. Filii eo quod sint commune bonum coniugum videntur esse causa que sit ipsorum coniunctio. Unde subdit quod steriles citius dissolvuntur. Dicit autem steriles citius dissolvi, non quod licitum sit dissolvere coniugium

Et si non assit ibi fecunditas
filiorum ut superior racio su
perius plenius ostendebat.
Tercio sic in coniugio assit ibi
bonum prolis, non solum ex fide
que in coniugio est servanda in
clinantur coniuges ut sibi
invicem inseparabiliter adhereant.
Sed eciam ut sit indivisibilis
permaneant, inclinantur
ex ipsa prole que est eorum bonum
commune, immo quia eo ipso quod
aliqui sunt amici unius
habent quandam inclinacionem
ut sint amici inter se, parentes
qui naturaliter diligunt suam
prolem ex dilectione naturali
quam habent ad ipsam augmentatur
eorum amicicia naturalis, sed
cum omnis amor vim quandam
unitivam dicatur, augmentato
amore propter prolem genitam
augmentatur eorum connexio, ut ut vel
lent inseparabiliter permanere.
Patet ergo quod decet omnes cives non
solum propter bonum fidei coniugalis
sed eciam propter ipsam prolem ad
quam ordinatur coniugium inseparabiliter
convivere suis uxoribus, tanto
tamen hoc magis decet reges et
principes, quanto de prole sua
preter formis aliis debent
diligenciorem habere curam. In
curia enim regie prolis, plus
potest inferri nocumentum ipsi regno,
quam incuria cuiuslibet
alterius, sic ergo amor et dili
gencia circa prolem facit ad
maiorem unionem coniugum quanto
maior cura et diligencia
adhibenda est circa prolem
regiam quam circa aliam tanto
magis decet reges et principes
quam dum sue uxores vixerint
eis inseparabiliter adherere

Quod omnes cives et maxime reges et principes una sola uxore debent esse contenti

Capitulum .VII.

Fuerunt aliquas sectas
non reputantes contra di
ctamen racionis quod unicuique
eorum sint plures existant
uxores, sed quod recta ra
tio dictet quod nobiles cives et maxime
reges et principes una
coniuge debent esse contenti, tripli
ci via venari possumus, prima via
sumitur ex parte ipsius viri, secunda ex
parte ipsius uxoris, tercia ex parte
prolis. Prima via sic patet.
Nam sicut pluralitas ciborum provocat
ad nimiam replecionem sic plura
litas mulierum provocat ad
nimiam concupiscenciam venereorum
Et narrare cuiuslibet concupiscencie
si fortes sint abnubilent mentem
et racionem pervertunt, sic indecens
est omnibus cum talibus nimis va
care venereis et trahere se a ac
tibus prudencie et ab operibus civili
bus, indecens est eos habere plures
coniuges, tanto ergo hoc magis
indecens est regibus et principibus,
quanto plus in eis vigere debet pru
dencia et intellectus et quanto
plus vacare debent et magis
esse solliciti circa opera civilia
et circa salutem regni quam aliquis
aliorum. Ne ergo per nimiam
concupiscenciam venereorum nimis re
trahantur a cuiuslibet cura in
decens est eos habere plures uxores

Secunda via sumitur ex parte ipsius uxoris. Nam sicut ex parte viri inductum est pluralitatem uxorum ne nimiam venereorum operam det a cura debita retardatur. Sic hic inductum est ex parte uxoris ne uxor a suo coniuge non debite diligatur. Nam inter uxorem et virum debet esse amor magnus quia inter eos ut philosophus octavo Ethicorum est amicitia excellens et naturalis sed quia excellens amor non potest esse ad plures ut vult philosophus nono Ethicorum inconveniens est quod si liceret viris plures habere uxores quia eas non tanta amicitia diligeret quanta inter coniuges esse deceret. Maxime tamen hic inductum est regibus et principibus quia nec debite utantur venereis inter eos et suas coniuges maxime restinguatur debitus amor coniugalis.

Tertia via ad investigandum hoc idem sumitur ex nutritione filiorum. Nam cum coniugium sit quid naturale quomodo debite fieri debeat maxime investigari potest per ea que in aliis animalibus conspicimus. Videmus enim ut communiter alii doctores tradunt quod in aliquibus animalibus sola femella sufficit ad nutritionem ut patet in canibus et gallinis et in pluribus aliis animalibus. Sic tamen coniunctio maris et femine in talibus animalibus ordinatur ad bonum ut in illis animalibus in quibus sola femina sufficit ad nutritionem filiorum non refert utrum unus masculus pluribus coniungatur femellis nec etiam refert utrum durante partu mas conviuat femine sed est in illis in quibus sola femina non sufficit ad prestandum filiis debitum nutrimentum unus masculus non adheret nisi uni femine et quam diu durat per tempus partus ipsi nutritioni filiorum ut patet in columbis et in aliis pluribus avibus in quibus avium que alternatim ova fovent et ovorum onera filiorum partem portat femella et partem mas. Cum ergo ad supportanda onera coniugii in omnibus non sufficit sola femina naturale est his hominibus ut unus vir uni mulieri nubet. Ita enim naturalia iudicare debemus quod sit ut in pluribus. Ut naturale est homini quod sit dexter licet contingat aliquos esse sinistros sic ergo ut in pluribus sola femina non potest portare onera matrimonii nec sufficiat ad prestandum filiis omnia naturalia et debitum nutrimentum licet forte aliquae mulieres quia facultatibus habundant sufficiant ad prestandum filiis debitum nutrimentum tamen quod naturale non est iudicandum illud quod est ut in paucioribus sed quod est ut in pluribus. Relinquitur ergo ut in hominibus videtur quid naturale ut tam mas quam femina supportent filiorum onera. Sed cum in aliis animalibus in quibus tam mas quam femina supportant onera filiorum quam diu indigent filii parentibus naturale est ut unus mas adhereat uni femine sic in hominibus esse quid naturale ut quam diu filii indigent parentibus tam diu unus

mas uni femine copuletur per coniugium, sed cum filii quamdiu vivunt indigent ope parentum, decens est ut semper per coniugium humanum unus mas uni soli femine copuletur. Non enim sic est de hominibus sicut est de animalibus aliis, quia eis natura sufficienter parat victum, ut sicut in primo capitulo huius secundi libri plenius dicebatur. Postquam ergo pulli avium apposuerint debitas pennas et pervenerint ad debitum incrementum, per seipsos possunt sibi debitum cibum querere et non ulterius indigent ope parentum, sic et talibus sufficit quod durante tempore partus mas coniungatur femine et unus uni adhereat. Sed cum homines toto tempore vite sue egeant opibus et facultatibus parentum, quia cibus et vestis non sufficienter a natura paratur, sic se debent mas et femina per coniugium in hominibus, sicut in avibus alternatim supportantibus onera filiorum, se habent mas et femina tempore partus. Sed cum deductum sit quod in toto tempore partus in huiusmodi avibus mas sic coniungatur femine et unus uni adhereat, sequitur quod in hominibus per totam vitam coniuges sic coniungantur et unus uni adhereat. Sic ergo volentes adherere coniugio decens est eos adherere secundum modum et ordinem naturalem. Decet ergo omnes cives in una sola muliere contentos esse, et tanto magis decet hoc reges et principes, quanto decet eos esse meliores aliis et magis sequi ordinem naturalem.

hic

no(ta)

Patet ergo quod non solum ex parte viri et uxoris, sed etiam ex parte prolis, vir non nisi uni femine debet per coniugium copulari.

Quod coniuges omnium civium et maxime regum et principum uno viro debent esse contente.

Reperimus apud aliquas sectas ut apud saracenos et apud forte aliquas alias barbaras nationes repertum in consuetudinem unum virum etiam sic habere plures uxores, apud nullas tamen gentes secundum quas tamen leges inventas, nusquam legimus hoc fuisse indultum ut sic una mulier pluribus viris per coniugium copuletur. Magis enim repugnat a parentibus et hiis ad que coniugium ordinatur una femina sic nubere pluribus viris quam unum virum pluribus feminis. Et ideo etiam lege divina, ut in veteri testamento, et aliqua divina dispensatione vel propter aliquid figurare et significare legimus unum plures habuisse, sed quod una uxor plures habuerit viros nusquam invenimus indultum, tamen quod repertum in paucis vel quod repertum in aliquo casu ex aliqua rationabili causa per unum lege convenientem habere non deberet, secundum enim quod dictamine rationis detestabile est unum virum sic habere plures uxores, detestabilius tamen esset si una femina per

coniugium sic copularetur pluribus viris. Coniugium enim ad quatuor comparari potest, ex quibus possumus sumere quatuor rationes per quas investigare possumus omnino detestabile esse unam feminam nuptam esse pluribus viris. In coniugio enim primo reservatur ordo naturalis. Nam naturale est feminam esse subiectam viro, eo quod vir prudentia et intellectu prestantior sit ipsa. Secundo ex coniugio consurgit pax et amicitia; multas enim guerras et multas discordias sedari videmus eo quod inter partes contrahuntur coniugia. Tertio ex coniugio oritur ipsa proles; ordinatur enim coniugium non solum ad conservationem ordinis naturalis et ad debitam pacem, sed etiam ordinatur ad procreationem filiorum. Quarto sicut ordinatur coniugium ad filiorum procreationem, sic ordinatur ad eorum debitam nutritionem. Inconveniens est igitur unam feminam coniunctam esse pluribus viris, quia per hoc omnia predicta quatuor impediuntur; tollitur enim per hoc naturalis ordo, non resultabit inde pax et concordia sed magis dissensio et inimicicia. Non erit ibi debita procreatio filiorum, nec exhibebitur filiis nutrimentum debitum. Quod autem ex hoc tollatur naturalis ordo, videre non est difficile. Nam iuxta ordinem naturalem, ut patet per Philosophum in Politicis, servi videntur esse feminae, inter debet esse subiecta. Rursus iuxta ordinem naturalem in eisdem operibus nullus [illegible] duobus vel pluribus potest esse subiectus.

Si autem aliqua persona duobus subiicitur, hoc non est quasi per se, sed hoc est quia una ad alterum ordinatur, ut si civis subiectus preposito vel regi, opportet prepositum illud ad regem ordinari et esse sub ipso. Repugnat ipsi ordini naturali eiusdem duobus esse subiectum, cum mulier dicatur esse subiecta viro, et quia non totum sui corporis potestatem uni viro attribuit, est contra ordinem naturalem ut sit subiecta alteri viro. Nam etsi idem potest dominari pluribus principatibus ut pluribus sint, tamen eiusdem obedire pluribus ut plures iuxta ordinem naturalem esse non potest. Sic et si detestabile est plures feminas coniunctas esse uni viro, tamen unam nubere pluribus viris detestabilius esse dicitur. Decet ergo coniugatas omnes cum uno viro esse contentas. Multo tamen hoc decet coniuges regum et principum, quia in eorum coniugio magis quam in alio decet naturalem ordinem reservare. Secundo hoc idem investigari potest ex ipsa pace et concordia ad quam coniugium ordinatur. Nam cum quilibet moleste ferat si in usu sue rei delectabilis impediatur, absque dissensione et discordia esse non posset. Si una femina per coniugium pluribus copularetur viris, dum enim unus illorum in usu rei delectabilis alterum impediret, inter eos guerra et inimicitia oriretur. Immo contra illorum virorum alios parentes et consanguineos uxoris

Ad inimicicias moveantur eo quod suam coniugem alii viro per coniugium sociaverint. Ex tali coniugio igitur quod ordinatur ad pacem et amiciciam lis et discordia oritur. Quare decet coniuges omnium civium uno viro esse contentas. Tanto hoc magis decet coniuges regum et principum quanto lis et discordia principancium est periculosior et magis timenda quam omnium aliorum. Tercio hoc idem patet ex generatione prolis ad quam coniugium ordinatur. Impeditur enim ipsa fecunditas filiorum si una femina pluribus coniungatur viris. Unde et meretrices efficiuntur magis quasi steriles quam alias mulieres quantum ex parte procreationis filiorum. Omnino indecens est unam feminam plures habere viros. Nam etsi unus mas potest fecundare plures feminas, una tamen femina non sic fecundatur per pluribus viris, immo impeditur fecunditas eius a pluralitate virorum. Cum ergo coniugium principaliter ordinatur ad bonum prolis, decet coniuges omnium civium ne impediatur earum fecunditas uno viro esse contentas. Tanto magis tamen hoc decet coniuges regum et principum quanto in tali coniugio periculosior est sterilitas filiorum. Diligenter ergo advertere debent singule mulieres que suis viris per coniugium copulantur quanta diligencia debeant propriam pudiciciam conservare et quanto tenentur quod suis viris observent, quia si esse non potest, detestabile est etiam per coniugium secundum vivente viro alii copulari, detestabile est alicui viro fornicationem committere. Quarto hoc investigare possumus ex filiorum debito nutrimento. Nam ex hoc parentes sollicitantur circa pueros, quia sciunt vere eos esse filios eorum. Quicquid ergo certitudinem filiorum impedit, ne patres diligenter eis provideant in hereditate et in debito nutrimento. Sed si una femina pluribus nubat viris, patres de suis filiis certi esse non possunt, quare non adhibebunt illam diligenciam quam debent ut suis filiis debite in nutrimento et in hereditate provideant. Detestabile est igitur unum virum plures habere uxores, sed detestabilius est unam uxorem plures habere viros, quia per hoc magis impeditur certitudo filiorum. Quare si decet omnes cives certos esse de suis filiis ut eis diligenter provideant in hereditate et in nutrimento, decet coniuges omnium civium quod uno viro sint contente. Tanto tamen magis hoc decet coniuges regum et principum quanto incuria circa eorum filios periculosior est quam incuria aliorum.

Quod decet omnes cives et maxime reges et principes non ducere coniuges in una consanguinitate sibi coniunctas

P I

Quereret ne forte a-
liquis dicens tamen una
femina per coniugium
uni copuletur viro li-
citum est illud coniugium contrahere
quod quis velit coniungere cons-
anguineis et habeant vir et
uxor. Sed quod hoc sit contra racionem
dictam, et quod cum parentibus
et cum consanguineis in una
consanguinitate coniunctis non
sit ineundum coniugium, tripliciter
via venari possumus. Prima
sumitur ex debita reverencia
que est parentibus et consanguine-
is exhibenda. Secunda
sumitur ex bono quod ex con-
iugio consurgit. Tercia ex malo
quod inde vitatur. Prima vi-
a sic patet. Nam cum ex natura-
li ordine debeamus parentibus
debitam subiectionem, et consan-
guineis debitam reverenci-
am. cum huiusmodi reverencia
non sustineatur inter virum et u-
xorem, propter ea que inter eos mu-
tuo sunt peragenda. Dictat natura-
lis racio, quod nimis propinqua
ex suo genere, non est per coniugia
sortienda. Immo videatur hec
naturalis racioni consentanea, quod
vix sunt aliqui gentes, non
exceptantes personas aliquas a
coniugio contrahendo. Non et phi-
losophus in politicis sola ra-
cione naturali ductus exceptuat
personas aliquas a contractione
coniugiis. Magna enim fuit licen-
cia alicui, et apud illas
gentes permissum invenitur ut
filius cum matre contraheret. Nam
uxor dicitur esse subiecta viro

Introduceretur autem esse mater filio
esse subiectam. Non licet ergo fi-
liis contrahere cum parentibus propter
nimiam reverenciam quam sibi
invicem debent. Sic etiam
non licet eis contrahere cum consangui-
neis aliis si sint eis nimia
consanguinitate coniuncti, nisi ex
dispensacione, et in casu ubi na-
sceretur aliquod magnum bonum quod
inde posset consurgere. Concedi aliqu-
ando alicui in aliquo casu
quod communiter aliis denegatur. Non
ergo reverenciam debitam consanguineis
quam in agendis inter coniuges con-
gruere reservari non potest. nisi ex
dispensacione et in casu ut
personas nimia consanguinitate
coniunctas non sit coniugia contrah-
enda. Decet ergo omnes cives non
contrahere coniugia cum quibuscumque
personis, tanto hoc magis decet
reges et principes, quanto magis
decet eos observare ordinem
et naturalem. Secunda via ad
investigandum hoc idem sumitur ex
bono quod ex matrimonio consur-
git. Dicebatur enim in precedenti
capitulo quod ex contractione coniugii, quod inter
eos contrahentes oritur pax et con-
cordia. Sed cum inter consangui-
neos ex ipsa propinquitate carnis su-
fficiens amicicia esse vide-
batur. Dictat naturalis racio
coniugia contrahenda esse, inter eos
qui non sunt nimia consanguinitate
coniuncti ut quos carnis coniunc-
cio, per dilectionem et amiciciam
non coniungit, coniungat contractio
copule coniugalis. Decet ergo
omnes cives non contrahere cum

personis nimia consanguineitate
iunctis, tunc hoc magis decet
reges et principes, quia quan-
to magis sunt in maiori statu
et in altiori gradu, tanto
magis egent affinitate et ami-
citia aliorum. Narrat enim phi-
losophus tertio Ethicorum, quanto ar-
bor est altior, tanto magis in-
diget sustentamentis, ne frangatur
a vento. Reges ergo et prin-
cipes, quanto in altiori statu
existunt, tanto indigent habere
maiores et plures, tam affi-
nes quam consanguineos et ami-
cos. Tertia via ad in-
vestigandum hoc sumitur ex
malo quod per coniugium vitatur.
Per coniugium enim non solum
producitur bonum prolis, sed
etiam vitatur intemperancie m-
alum, quia cum castitatem
servare non possunt, ne sint ni-
mis intemperati quibuslibet
feminis se immiscendo, expedi-
ens fuit connubia, ut una
uxore contenti ab intemperancia
retraherentur. Cum enim concupi-
scencie carnis si nimis sti-
racionem precipitat ut supra plu-
res diximus, expedit quibus-
libet volentibus vigere racione
et intellectu, non nimiam
operam dare venereis. Cum
ergo ad personas nimia con-
sanguinitate coniunctas habe-
atur naturalis amor, si super
amorem iam superadditur ami-
cicia coniugalis, inter coniuges
se sic habentes tanta multi-
plicatur dilectio ut oppor-
teret eos nimium vacare ve-
nereis. Decet ergo omnes cives non
inire coniugia cum personis ni-
mia consanguinitate coniunctis,
ne dando nimis operam ven-
ereis pervertatur eorum conver-
sacio, et retrahantur a curis de-
bitis et a similibus operibus.
Tanto ergo magis hoc decet
reges et principes, quanto in ipsis
plus vigere debet prudencia
et intellectus. Et quanto maius
regno periculum posset consurgere
si reges et principes circa salu-
tem et circa civilia opera non
diligenter intenderent. Sunt ni-
mis ex propinquo gradu non est
matrimonium contrahendum.
Tercio tamen et quarto gradus
quia a proximitate deviare
incipiunt si dispensacio as-
sit, propter bonum aliquod prose-
quendum vel magnum ma-
lum vitandum, contrahi potest cop-
ula coniugalis.

Capitulum quod reges et principes et universaliter omnes cives decet habere mores ornatos exterioribus bonis. P II

Bonorum autem quedam
sunt bona anime,
ut virtutes et boni
mores; quedam vero
sunt bona corporis ut pul-
chritudo, magnitudo et agili-
tas, et cetera talia; quedam
autem dicuntur exteriora bona,
quod consistunt ad presens spectat in
triplici genere habet ge

Nam honorabilitas generis plu
ralitas amicorum, multitudo divi
tiarum meliora bona co
niugii videntur ut patet per philosophum
primo Rhetoricorum. Cum ergo re
ges et principes volunt ali
cui per coniugium copulari, atten
dere debent ut persona illa
quam sibi in coniugem aptant
sit omnibus aliis bonis orn
ata. Non tamen cum principaliter inten
dere debent ad predicta bona
sed ad nobilitatem generis et ad
multitudinem amicorum. Inter ex
trinseca bona debent intendere
secundum philosophum et per se, sed plura
litas divitiarum est intende
nda ex consequenti. Decet enim
eos talem uxorem acceptare
que sit nobilis genere et per eam
acquirant multos amicos no
biles et potentes, sed quod per
uxorem illam acquiratur divi
tiarum copia, intendendum
est ex consequenti. Magis enim at
tendendum est in coniuge utrum
prosequendo patribus honorabili
tas generis et pluralitas amicorum
quam multitudo divitiarum.
Omnia tamen hec tria aliquo modo
sunt attendenda, ordinatur
enim coniugium ad debitam soci
etatem, ad pacificum esse, et ad
sufficientiam vite. Prout ergo
coniugium ordinatur ad debi
tam societatem, expetunt reges
et principes in suis coniugi
bus, querenda est nobilitas
generis, prout ordinatur ad
esse pacificum, querenda est
multitudo amicorum, prout vero

ordinatur ad sufficientiam vite
querenda est pluralitas divi
tiarum. Probatum enim supra
coniugium esse etiam naturale eo quod
est naturale et sociale. Prim
a autem naturalis societas ut pa
tebit per philosophum in politicis, est
maris et femine viri et uxo
ris. Hec autem non esset nisi
coniugium ordinaretur in quantum ad
societatem debitam et naturalem.
Cum ergo debite et congrue no
bilis nobili sociatur, reges et p
rincipes quos constat esse no
biles genere, prout coniugium or
dinatur in societate dignam
et congruam, debent sibi uxo
res querere que sint ex nobili
genere. Secundo oportet esse paci
ficum, querenda est amicorum
multitudo. Nam pax in ho
minibus se habet sicut sanitas re
spectu humorum, sic enim
videmus in uno et eodem cor
pore, quod propter inequalitates humo
rum consurgit infirmitas et
pugna. Sic et inter homines
propter iniurias et inequalitates
quas inter se exercent, consur
gunt dissensiones et bella.
Sicut ergo ad esse sanum requiritur
ut quis habeat naturam forte
ut possit nociva expellere,
sic et ad esse pacificum requiritur
habundantia civilis potenti
e et pluralitas amicorum.
Nam ut per philosophum in Rhetoricis
homines libenter iniustificant
cum possunt, quod contingit cum

potencia et non est minimus
amicis de levi inimicias
patitur et non sustinetur inter
vivere pacifice. Coniugium ergo
prout ordinatur ad quietem paci-
ficam, querenda est ex eo ami-
corum pluralitas. Sic ergo ut
patet ex habitis, tanto ma-
gis indigent reges et prin-
cipes quanto eorum status
quanto altior magis indi-
get sustentamentis et pluribus
est coniuncti infortuniis,
patet ergo quod in coniuge reg-
um et principum querenda est
nobilitas generis et quod ex
ipso coniugio querenda est plu-
ralitas amicorum. Restat
ab eo ostendere quod debeat queri
diviciarum multitudo. queren-
tur enim ex coniuge dotes
et divicie ad supportandum
onera coniugii et propter suf-
ficienciam vite. Verum quia
reges et principes semper
intelliguntur diviciis et pos-
sessionibus habundare que
sufficiunt ad sufficienciam vite
decet eos in suis coniugiis
principaliter querere quod sint no-
biles genere, et quod per eas ha-
bundent in civili potencia
et quod acquirant multitudinem amico-
rum, quam quod ex tali coniugio ac-
quiratur multitudo numismatum.
Visum quod reges et principes in
suis coniugibus debent querere
exteriora bona. De levi
patet qualiter coniuges singu-

lares acquirere debeant. Nam si
reges et principes debent accipere
coniuges nobiles ut inter
eos sit pax et digna societas.
Tum in omni coniugio nimia impari-
tas videtur esse vitanda.
Nam imparitas in excessu
sive sit in nobilitate sive
in etatem, ut plurimum
est contra legem vel eciam est causa
quod sibi coniuges fidem non ser-
vent. ut si nimis nobilis
nubat ignobili, non erit
inter eos digna societas, sed
unus alterum vel quasi contra leges
coniugii vituperant dominari
conabitur. Sic eciam si nimis
senex iuvencule nubat
quia societate iuvenes non gau-
dent. tanta imparitas eta-
tis erit quodammodo incitamen-
tum ut sibi coniuges fidem non
servent. querendum est ergo in
coniuge bona predicta exteriora
videlicet honorabilitas generis
multitudo amicorum, pluralitas
diviciarum, sed hec omnia modo
et proportionalitatem unicuique
habito, ita quod inter coniuges ali-
qualis proportio reservetur.

Capitulum 4 declarat quod omnes cives et maxime
Reges et principes querere in suis
coniugibus non solum bona exteri-
ora sed eciam interiora tam corporis
quam anime. VIII

Ostendebatur superius
quale debet esse
coniugium.

quia est quid naturale, et est quid
indivisibile, et est unius ad u-
nam. Ostendimus etiam inter
quas personas decet esse coniugium,
quia non inter nimia propin-
quitate coniunctos. Restat autem
declarandum quae bona exteri-
ora sunt quaerenda in coniuge.
Reliquum est ut dicamus quod con-
iuges ipsorum virorum bonis cor-
poris et animae debent esse
ornatae. Sciendum quod philosophus pri-
mo Rhetoricorum, enumerando bo-
na feminarum, ait quod bona corpo-
ris feminarum sunt pulchri-
tudo et magnitudo, bona vero
animae sunt temperantia et amor
operositatis sine servilitate.
Quantum vero ad bona corporis
quaerenda est in uxore pulchri-
tudo et magnitudo, sed quantum
ad bona animae maxime viden-
tur quaerenda in femina quod sit
temperata et quod non amet otiosa,
sed diligat facere opera non servi-
lia. Quae autem sint opera non
servilia quae quaerenda sunt in
coniugibus, infra processu pa-
tebit. Quod autem haec bona
corporis, magnitudo videlicet et
pulchritudo, quaerenda sint in uxo-
re, sic potest ostendi. Nam licet
coniugium, ut in praecedenti capitulo
dicebatur, ordinetur ad societatem
debitam et ad eam pacificandam
et ad sufficientiam vitae, or-
dinatur etiam matrimonium ad
debitam prolis productionem et ad
fornicationem vitandam. Tertio
principaliter videtur ordinari con-
iugium ad haec duo bona
quantum ad tria praedicta.

Nam ut bonum fidei, ut quod
coniuges sibi fidem servent,
quantum ad vitandam fornicationem vi-
tam, et bonum prolis, magis
directe pertinere videntur esse
ad coniugium, quantum etiam in prae-
cedenti capitulo diximus. Omnia
ergo illa quae videntur facere ad for-
nicationem vitandam, ad fidem
coniugii conservandam, et ad pro-
lem debite producendam,
in coniuge quaeri debent. Vi-
demus autem quod magnitudo corporis
facit ad bonum prolis. Nam
filii incrementum corporis ut plu-
rimum matrissant, quia tota
corpulentia substantia sumitur
quodammodo a matre. Sicut ergo in
aliis animalibus ut plurimum
ex magnis generata magna procedunt,
sic et in hominibus, si parentes
magni existant, filii ut plurimum
magni nascuntur. Licet ergo esse
cives propter bonum prolis, ut fi-
lii eorum polleant magnitudine
corporis, quaerere in suis uxoribus
magnitudinem corporis. Tanto
tamen hoc magis decet reges et
principes, quanto ipsi propter filios
eos, eo quod ex eis dependeat bo-
num gentis et salus regni, plus
sollicitari debent quam alii.
Secundo inter bona corporis
quaerenda est in uxore formo-
sitas et pulchritudo. Nam et
haec facit ad bonum prolis. Nam
sicut ut plurimum ex magnis na-
scuntur magni, sic et ex pulchris

Nascunt pulcri / quic si decz
omnes cives / et maxime re
ges et principes solicitar ut
possint filios magis et pul
cris / decz eos in suis ux
oribus querere magnitudinem
et pulcritudinem corporalem /
Videtur etiam pulcritudo coniugis
non solum facere ad bonitatem pro
lis / sed etiam ad fornicationem
vitandam / ad quam tandem vi
tandam est ipsum coniugium ordi
natum. Viso quomodo quantum ad
bona corporis querenda sunt
in coniuge magnitudo et pulc
ritudo / Restat videre quomodo quan
tum ad bona anime querenda
sunt in ea temperancia et ad
operositas. Illud enim bonum
maxime videtur esse querendum
in femina / ad cuius oppositum
incitatur. Dicebat autem
supra quod agere secundum racionem et in
sequi passiones / modo opposito
se habent / ita quod quanto quis
magis insequitur passiones /
minus agit secundum racionem et eco
verso. Ille ergo in quibus minus
viget racio secundum quod huiusmodi
sunt / magis inclinantur
ut sint passionum insequito
res. Fieri ergo et mulieres
quantum est de se magis videntur
esse insequutrices passionum
quam viri / quia vir est racione
prestancior / Sed cum temperancia
ut supra in primo libro dif
fusius diximus / ipsas passiones
moderetur / ad quas mulieres maxime
incitantur / sed singularibus viri
tibus secundum modum eis congruum
feminas pollere deceat / tamen ad
tradenda est aliquid nuptiis
potissimum in quantum ad quod
ut polleat temperancia / eo quod
quia ad intemperanciam maxime
incitantur. Decet ergo omnes
cives hic in suis coniugibus
querere / tamen tamen hic decz
reges et principes / quanto in
temperancia coniugum ipsorum plus
nocumenti inferre potest quam
intemperancia coniugum aliorum.
Decz ergo coniuges temperatas esse.
Decz etiam eas amore operositatis
quia cum aliqua persona ociosa
sa existit levius inclinatur
ad ea que racio vetat. Nam
mens humana ut innuit
philosophus septimo politicorum nescit
ociosa esse. Statim ergo cum quis
non dat se bonis et licitis
exerciciis eius mens vagatur
circa alia / et occupatur cogitatio
nibus turpibus / Patet ergo ex iam
dictis / qualem decz querere coniu
gem / et quales omnes cives / et
maxime reges et principes
se habere debeant inducendo
uxoribus. Nam prout quam ducat
eas diligenter debent inquir
ere primo quales sint ordin
ate exterioribus bonis / ut quam
non sint nobiles genere / et quod
per tale coniugium consequi possint
amicorum potenciam et in lance

amicorum. Secundo investigare debeant, quo polleat in corporalibus bonis, ut quod sint magne stature, et quod habeat formositatem, et pulchritudinem corporalem. Tertio quia non sufficit affluere bonis exterioribus, et pollere corporalibus bonis, nisi ibi assit bona mentis et anime, debent inquirere, quod uxores ducende sint temperate, et quod sint opere etiam exteria honesta et licita.

XIIII Et omnes cives et maxime reges et principes non decet suas uxores eodem regimine regere quo regendi sunt filii

Quia non sufficit scire quale sit coniugium, et quale se coniux habere debeat in uxore ducenda, nisi etiam eam iam ductam sciat debite se habere. Ideo premissis talibus rationabiliter hic annectitur, quo regimine nuptiale, quo regende sint coniuges ab aliis regiminibus sit distinctum. Possumus autem duplici via investigare quod alio regimine sint coniuges regende et alio filii. Prima via sumitur ex parte modi regendi. Secunda vero ex parte operum fiendorum. Prima via sic patet. Nam secundum philosophos modus regiminis universi reservatur in uno homine, unde et ab eis homo appellatus est minor mundus. Nam sicut totum universum dirigitur uno principe, et uno deo, qui est intellectus separatus et princeps, sic omnia que sunt in homine, si debite regi debent, regenda sunt intellectu et ratione. Immo adeo modus universi conservatur in quolibet homine, quod plato et totum ordinem celorum salvavit in qualibet anima rationali. Si ergo regimen totius universi assimilatur regimini quod debet esse in uno homine, cum civitas sit pars universi, regimen totius civitatis multo magis reservabitur in una domo. Nam si domus est plus quam unus homo singulariter, et civitas est minus quam universum, si totum universum per quandam similitudinem reservatur in uno homine, multo magis regimen quod est in civitate, per quandam similitudinem reservabitur in domo. Unde philosophus primo politicorum regimina unius domus assimilat regiminibus civitatis. Civitas autem quantum ad presens spectat duplici regimine regi potest, scilicet politico et regali. Dicitur autem aliquis preesse regali dominio, cum preest secundum arbitrium et secundum leges quas ipse instituit. Sed tunc preest regimine politico, quando non preest secundum arbitrium, nec secundum leges quas ipse instituit, sed secundum eas quas cives instituerunt. Cum enim princeps in civitate ipse secundum se ipsum principatur, et ipsas leges instituit

Regim̄ id ab ip̄o regnante nomē
sumit, et dr̄ regale sed cū le
ges non instituuntur a prin
cipe sed a ciuibus illud
regimen nō ē denominandū
ab ip̄o regnante et principante
sed mag' ab ipā policia et
ab ipīs ciuib; Dicitur autē
tale regimē politicū uel ciuile
Hijs autē duob; regiminib; in
ciuitate s'm ph'm in politicis
assimulantur duo regimīa domus
paternale et ciugale. Nam
regimē p'nale assilatur regali
ciugale vero politico. Debet enī
vir p'esse uxori regimine politi
co, quia debet ei p'ee s'm certas
leges ut s'm leges matrimo
nij, et s'm quenciōes et pacta
Sed p'r dz p'ee filijs s'm arbi
triū et s'm regim̄ regale. Inter
patrem enī et filiū, nō inter
ueniunt quenciōes et pacta, quo
eū regere debeat. Sed p'r s'm
suū arbitriū prout melius
viderit filio expedire ipm̄ g
ubernat et regit, Sic et rex
gentē sibi subiectā, regere dz
s'm suū arbitriū, prout me
lius videtur illi genti expedire
quare tale regimē recte dicitur
regale, sed int' uxorē et viru
semp' interueniunt quedā que
ciones et pacta et sponsiones
quedā, qualiter vir se habē
debeat circa ipam. Dicitur ergo
tale regimē politicū, quia assi
milatur illi regimini, quo ciues
vocantes dn̄m, ordinant ei pacta
et quenciones quas dz cū suo
regimine obseruare, et ip̄o quo
modo regere debeat, quia vnū ē
politicū aliud regale, dicitur
eciā regimē paternale et regi
mē coniugale. Videmus enī
q' regimē regale, ē magis
totale et naturale, regimē vero
politicū ē mag' particulare
et ex electione. Nā p'tas re
galis, ē p'tas totalis et s'm
arbitriū, p'tas vero politica
ē p'tas nō totalis, nec simp'
sed s'm quasdam quenciones
et pacta. Rursum omē regi
mē si sit rectū, nō ē adeo
naturale sicut regimē rectū regi
mē politicū quantūcumq;
sit rectū, nō ē adeo naturale
sicut regimē regale, immo
illud regimē ē quodammodo ex
electione, cū in tali regim
ine ciues sibi dominū elig
ant. Ex hoc autē manifeste
patz differencia inter regimē ma
trimoniale et paternale, quia
p'r mag' p'est filijs simp
liciter et totaliter quā vir uxori
Rursum dominiū paternale
mag' ē s'm naturā quā coniug
ale. Aliquo enī modo uxor
iudicatur ad paria cū viro, et
eligit sibi virū. Filij autē nō
iudicantur sic ad paria cū patre
nec eligunt sibi patrē, sed
naturaliter producuntur ab ip̄o. Dicitur
ergo dominiū paternale ē plus
s'm naturā quā coniugale, quia
licet hō sit naturaliter coniugale
tum q' habeat hanc coniuge

hanc uel illam est enim placitum et excellencius. Coniugale ergo regimen non est sic naturale ut paternum, quia filii nullo modo eligunt sibi patrem. Viso quomodo differt regimen coniugale a paternali ex modo incipiendi, quia unum est magis simplex et naturale, aliud uero est quasi particulare et excellencius. Secundo restat uidere quomodo differt hoc regimen ab illo ex parte operum fiendorum. Nam pater sic debet preesse filiis, ut ordinet eos ad alia opera quam uxorem. Nam filii instruendi sunt ad opera militaria uel ciuilia, quibus uacare debeant cum sunt adulti, ad que non sunt instruende uxores, quia talibus uacare non debent. Patet ergo quod decet omnes ciues alio regimine preesse uxoribus et alio filiis, tamen tamen hoc magis decet preesse principes et reges, quanto ipsi plus obseruare debent que dictat ordo et racio naturalis.

XV

Quod omnes ciues et maxime reges et principes non decet sua coniuges eodem regimine regere quo regendi sunt serui

Dicebatur enim superius in domo esse tria distincta regimina: nuptiale quo uir preest uxori, paternale quo pater preest filiis, et dominatiuum quo dominus preest seruis. Postquam ergo distinximus regimen coniugale a paternali, quia paternale est totaliter magis et simplex, illud uero magis particulare, et quia paternale est magis secundum naturam, illud uero est quodammodo excellencius, et rursus quia ad alia opera est hoc quam illud. Restat ostendere quomodo coniugale regimen differat a seruili. Quod autem uir non debeat uti sua coniuge tanquam serua triplici uia uenari possumus. Prima sumitur ex ipso ordine naturali. Secunda ex perfectione domus. Tertia ex parte coniugum. Prima uia sic patet: natura tota naturaliter mouetur et regitur a deo et a substanciis separatis. Unde et philosophus in libro de bona fortuna ait quod impetus naturales in anima habemus in nobis a deo, tanquam a mouente naturam totam. Sicut ergo in artificioso pacto et a sapienti artifice non inuenitur aliquid superfluum nec aliquid diminutum, sic natura nisi impediatur eo quod mouetur et dirigitur a sapientissimo artifice, ut a deo, nihil agit superfluum, nec deficit in necessariis. Quia ergo natura agit, et quia quod a natura prouenit oportet ordinatissimum esse, quia illa natura dirigitur a deo a quo est omnis ordo

Cum ergo tunc sit aliquid maxime ordinatum quando unum ordinatur ad unum officium, cum uxor naturaliter sit ordinata ad generationem non est ordinata ad serviendum. Ideo dicitur primo politicorum quod natura distinguit feminam et servum. Nam ut ait ibidem nihil tale natura facit sicut faciebant fabri formantes delphicum gladium. Apud delphos enim fiebant gladii propter pauperes ita quod unus gladius deserviebat pluribus officiis, utputa pauperes non valentes habere plura instrumenta faciebant aliquod instrumentum fabrili, cum quo possent uti ad plura officia. Natura autem ait ut in pluribus facit res naturales servire ad unum officium principaliter, ordinat unum aliquid. Unde et idem philosophus ait, quod unumquodque eorum optime perficiat suum opus si non multis operibus sit serviens sed uni. Cum ergo cum natura ordinat coniugem ad generationem, indecens est quod ordinetur ad serviendum. Non ergo est naturalis ordo virum possidere uxorem eo regimine quo dominus possidet servum. Licet ergo sic sit in ordine naturali, tamen apud aliquas gentes sicut apud barbaros idem sunt femina et servus ut recitat philosophus primo politicorum dicens quod inter barbaros femina et servus eundem habent ordinem. Volebant ergo illi coniugibus tamquam servis, sed ideo contingebat ut recitatur ibidem, quod inter barbaros non est naturaliter principans, sed idem est naturaliter esse barbarum et servum. Esse enim barbarum ab aliquo, hoc est esse extraneum ab eo, et non intelligi ab illo. Potest enim quis esse barbarus huic vel illi, quia non intelligitur ab hoc vel ab illo: sic teutonici sunt barbari italicis, et italici anglicis. Ille enim est barbarus simpliciter, qui a seipso est extraneus, et seipsum non intelligit, quod esse non potest nisi careat usu rationis et intellectus, sed carens rationis usu sit naturaliter servus, quia nescit seipsum dirigere, et expedit ei ut ab aliquo dirigatur. Idem est ergo naturaliter barbarum et servum, quare si apud barbaros eundem habent ordinem uxor et servus, hoc est propter rationis defectum quia nesciunt distinguere inter regimen coniugale et servile. Quare si decet cives esse industres, et cognoscere modum et ordinem naturalem, indecens est eos uti uxoribus tamquam servis, tanto magis hoc est indecens apud reges et principes, quanto detestabilius est eos esse barbaros et carere ratione et intellectu. Ex parte ergo ordinis naturalis patet aliud esse regimen coniugale quam servile, et non esse utendum uxoribus

tanquam servus. Secunda via ad
investigandum hoc idem sumitur
ex parte perfectionis domus. Vid-
etur enim domus esse imperfecta
et habere penuriam rerum, et non
sufficere sibi in vita, si uxor
et servus habeant eundem
ordinem. Unde septimo po-
liticorum dicitur quod pauperes quando
non habent copiam servorum, nec
habundant in hiis que requi-
runtur ad perfectionem domus, ut-
untur uxoribus et filiis tanquam
servis. Tercia via sumitur
ex paritate, que debet esse inter
uxorem et virum. Nam licet
vir debeat preesse uxori eo quod
sit racione prestancior, non tamen de-
bet esse tanta imparitas inter
virum et uxorem, quod ea uti de-
beat tanquam serva, sed magis
tanquam socia. Non enim est tanta
imparitas inter uxorem et virum
tanquam inter dominum et servum,
ymmo vir et uxor quantum ad
aliquid ad paria iudicantur.

XVI. Quod detestabile est in omnibus civibus et maxime in regibus et principibus in etate nimis iuvenili uti copula coniugali

Sermones universa-
les ut in primo li-
bro diximus circa mo-
rale negocium minus
perficiunt. Determinare ergo
de coniugio quod regimen
coniugale est aliud a paterna-
li et a servili, et ostendere
quomodo aliter se debet habere vir er-
ga uxorem quam erga filios et
servos, est valde in universa-
li noticiam tradere, qualis sit il-
le coniugium, et quomodo sit utendum
eo. Oportet igitur magis in
particularia descendere, qualiter
omnes cives, et maxime reges
et principes uti debeant copula
coniugali. Sermones enim u-
niversales circa mores omnino
despiciendi non sunt, quia igno-
rancia universalium sepe facit
particularia ignorare, et pro-
pter universalibus sermonibus
sunt particularia addenda, quia
circa negocium morale circa sin-
gularia consistit, et iuxta doctrinam
philosophi 2o ethicorum in talibus par-
ticulares sermones plus pro-
ficiunt. Determinandum est ergo
particulariter in qua etate utendum
sit coniugio. Tangit autem philosophus
septimo politicorum quatuor raciones
probantes quod in etate nimis
iuvenili non est utendum co-
niugio. Prima racio sumitur
ex lesione filiorum, secunda ex
intemperancia mulierum, ter-
cia ex periculo earum, quarta
ex malo virorum ipsorum.
Prima via sic patet. Nam si
in etate nimis iuvenili co-
niugantur vir et uxor, ut probat
philosophus 7o politicorum, leduntur inde
filii quantum ad corpus, quia ut plu-
rimum sunt nimis debiles cor-
pore et imperfecti, et eciam leduntur
quantum ad animam, quia sic nascen-
tes ut plurimum deficiunt ra-
cione et intellectu. Sic enim videmus

in aliis rebus naturalibus, quod quando ad productionem alicuius effectus requiritur aliquid, si illud sit imperfectum, oportet effectum esse imperfectum, ut ad calefactionem requiritur calidum, si illud sit imperfecte calidum, sequitur quod imperfecte calefaciet; sic etiam quia ad hoc quod aliquid calefiat, requiritur quod sit dispositum ad susceptionem caloris, si aliquid sit imperfecte dispositum ad huiusmodi susceptionem, sequitur quod imperfecte calorem suscipiat. Cum ergo coniunctio uxoris et viri requiratur ad productionem prolis, si vir et uxor sint nimis in etate iuvenili, quia corpora eorum imperfecta sunt et non pervenerunt usque ad debitum complementum, si ex tali coniunctione nascantur pueri, contingit quod producantur imperfecti et debiles corpore. Sicut ergo quantum ad corpora ex coniunctione nimis iuvenili contingit lesio filiorum, sic ex tali coniunctione ita leduntur filii non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animas, quia cum anima sequatur complexiones corporis, cum aliquis non est bene proportionatus in corpore, nec est bone complexionis, impeditur anima ne possit bene speculari et ne possit libere exequi actiones suas. Nascentes ergo ex tali coniugio non solum sunt etiam imperfecte corpore sed etiam mente. Decet ergo omnes cives non uti coniugio in etate nimis iuvenili, hoc tamen tanto magis decet reges et principes quanto ipsi plus esse debent solliciti ut eorum filii sint formosi et elegantes corpore et industres mente. Patet ergo quod contingat eos uxorem ducere in etate valde iuvenili, non tamen debent uti coniugio nisi in etate debita.

Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex intemperantia mulierum. Nam si in etate valde iuvenili ~~non tamen debent uti co~~ uxores suis viris copulentur non solum filii inde leduntur sed etiam ipse uxores efficiuntur intemperate et lascive, quia quelibet persona nimis desiderat aliquid et nimio ardore concupiscit ipsum, si ex nimia iuventute sit assuefacta ad id. Unde et septimo Politicorum dicitur intemperantiores videntur mulieres ille que iuvencule fuerunt usi coniugio. Tercia via sumitur ex periculo mulierum. Nam ut dicitur in Politicis, in partu iuvencule magis dolent et periclitantur plures. Unde et antiquitus ut plurimum recitat fuit consuetudo apud gentiles speciale oraculum facere pro partu iuvencularum, in signum quod iuvencule magis periclitantur in partu quam alie. Quarta via sumitur ex malo virorum ipsorum, quia ipsi viri leduntur si in nimia iuventute utantur coniugio. Unde et in Politicis dicitur quod masculorum corpora leduntur si tempore augmenti et per crescentie corporis utantur venereis. Quinque sunt et mala que ex nimia iuventute

coniugium actiue potest tamen coniugi-
bus quam eorum filiis, magis vi-
tanda sunt vetulis et pu-
pibus quam in aliis. Potissime
non debet eos uti in iuuentute
nimia. Sed si quis gratu-
(?) tempus restrictum in ipsis
coniugiis. Videtur velle philosophus
huiusmodi tempus in ipsa coniuge
debere esse decem et octo annorum.
In viro vero plus temporis restringitur.
Nam si per totum tempus aug-
menti nocivum est masculis
uti coniugio, cum tempus aug-
menti communiter in hominibus restringatur
tria septennia, post tertium sep-
tennium in xxi anno videtur esse tempus
debitum dare operam copule con-
iugali. Verum quia vis gene-
rativa est nimis corrupta, huiu-
smodi tempus anticipari pote-
rit si videbitur expedire. Quod tempore
frigido quo flant venti
boreales magis est dandum
operam procreacioni quam tempore ca-
lido quo flant venti australes.

XVIII

Philosophus septimo
politicorum, tangens quam pro-
bauit per raciones plu-
rimas, non esse dandam
operam coniugio in etate
nimis iuuenili, innuit
quo tempore magis insistendum est
procreacioni filiorum. Et ait quod
tam a naturalibus quam a medi-
cis conceditur quod tempore frigido
quo flant venti boreales
melius est dare operam coniugio
quam tempore calido, quo flant
venti australes. Possumus
autem hoc triplici via venari.
Prima via sumitur ex parte mu-
lierum, secunda ex lesione
virorum, tertia ex disposicio-
ne aeris. Prima via sic appa-
ret a quibusdam. Nam tempore ca-
lido aperiuntur pori corporis et ex-
halat inde humidum. Sic remanent
corpora sicca. Rursus
apertis poris exalat naturalis ca-
lor, quo exalante corpora inte-
riusque remanent frigida. Ut
quilibet in seipso experitur, quod
tempore frigido flante borea mel-
ius digerit, quia calor eius
intrinsecus propter frigus circumstans non
exalat sed magis roboratur et
vigoratur. Sic si mulieres in-
ferius tempore hyemali sunt cali-
diores, quia non exalat inde
calor, et humidiores, quia non
euaporat inde humidum, ma-
gis sunt apte ad generationem, et fre-
quenter tempore tali magis procreantur
masculi. Videtur et philosophus vide-
re velle quod oues flantibus bore-
alibus ventis magis concipiunt
masculos, flantibus vero austra-
libus magis concipiunt feminas.
Omnino enim flantibus borealibus
ventis propter roboracionem caloris
materiam (?) vincit magis potest con-
sumere superflua et eos perfectiores
faciunt. Secunda via ad inue-
stigandum hoc idem sumitur ex le-
sione virorum. Nam viri ma-
gis leduntur si vtantur coniugali
copula tempore calido flante au-
stro quam frigido flante borea.
Tempore enim boreali et frigido

calor naturalis magis reservatur interius, quia plures possumus convertere de alimento, quare usus coniugalis copule in tali tempore non sic ledat corpora virorum, nec sic attenuat ea, eo quod maior ibi sit conversio alimenti. Tertia via ad investigandum hoc idem sumitur ex aeris dispositione. Nam boreas reddit aerem purum, auster vero reddit ipsum turbulentum. Nam secundum Philosophum in 2o Methaurorum, auster est pluviarum multitudinis adductivus; aere autem existente puro meliorem complexionem existentium in eo, et fiunt meliores generationes, quare tali tempore magis est danda opera coniugali copule. Debent ergo omnes cives magis uti coniugio tempore quo fit melior procreatio filiorum, tanto tamen hoc magis decet reges et principes quanto decentius eos est elegantiores habere filios.

XVIIII Quod in mulieribus quedam laudabilia quedam vituperabilia

Mulierum autem mores ut plurimum sunt quasi mores puerorum et iuvenum. Quodammodo enim sic se videntur habere mulieres et mares sicut se habent pueri existentes in etate imperfecta ad homines existentes in etate perfecta. Nam ut probat Philosophus in Politicis, mares plus vigent ratione quam femine. Est enim femina quasi mas occasionatus et quasi vir incompletus. Sic etiam et pueri non sic ratione vigent ut adulti. Nam puer est quasi homo incompletus, carens ergo tanta perfectione. Et quantum ad rationis usum femina et puer quodammodo eandem rationem habere videntur, sequitur mores feminarum esse quodammodo puerilia. In primo ergo libro, ubi universaliter de moribus tractabamus, non curavimus speciale capitulum facere de moribus mulierum, sed supposuimus coniecturandum esse de huiusmodi moribus ex moribus puerorum. Verum tamen quia in hoc secundo libro regimen coniugum speciale requirit tractatum, ut sciamus quo regimine regende sunt coniuges, narrandum est sub compendio et succincte que sunt laudabilia et que vituperabilia in ipsis feminis.

Est autem primo laudabile in eis quod ut plurimum contingit feminas verecundas esse, quod duplici de causa contingit: primo ex appetitu laudis, secundo ex timiditate cordis. Mulieres enim sunt valde appetitive laudis. Nam in hominibus qui sunt imperfecti, plus apparet laudari perfecte possidentes illud. Clerici enim imperfecti et habentes imperfectam scientiam plus desiderant ut vocentur scientes et ut habeant nomen quod sunt ~~[illegible]~~ excellentes clerici, quam vere scientes. Nam qui vere sciunt, in seipsis inveniunt unde gaudeant. Unde non tantum curant de apparentia. Sed quia imperfecte

cognoscunt quam non videt in se
ipsis etiam, unde gaudere putant
quod non habent in veritate, vo-
lunt habere in bonorum opinione
quod ergo dictum est de scientia perfecta
et imperfecta, intelligendum
est de bonitate completa et incom-
pleta. Nam qui sunt perfecte
boni non sic appetunt laudari
et reputari boni, sicut alii ha-
bentes enim perfectam bonitatem
in seipsis inveniunt unde ga-
udere possunt. Propter quod non multum
curant gaudere de bonorum opi-
nione. Quare cum iuvenes
non tanta bonitate polleant sed
vix si aliquam bonitatem ha-
beant, utputa si polleant ali-
quo bono corporali, ut sunt pul-
chri et elegantes, vel si a-
liqua alia bonitate participant, val-
de cupiunt laudari et commenda-
ri in eo quod totum contingit eis
ex imperfectione bonitatis. Nam
bona corporis ut elegantia et
pulchritudo et cetera talia im-
perfecta bona sunt. Iuvenes er-
go ut plurimum vel partici-
pant bona imperfecta ut a-
liqua bona corporis, vel si par-
ticipant bona perfecta ut bo-
na mentis, participant ea imper-
fecto modo. Propter quod communiter val-
de deficiunt a perfectione virorum.
Quare cum ad augmentum perfec-
tionis et bonitatis omnino cu-
piditas nimia laudis et
desiderium reputationis, tanto
plus appetunt laudari communiter
loquendo iuvenes quam viri, quanto
in bonitate communiter sunt imperfectiores illis

propter quod tamen verecundia
sit timor de ingloriatione et
de amissione laudis, iuvenes
sunt communiter verecundi, quia timent
ingloriari et amittere laudem
quam nimia affectione deside-
rant. Ex ipsa igitur cupiditate
laudis probatur iuvenes ve-
recundos esse. Rursum hoc idem
probari potest ex timiditate
cordis. Nam cum iuvenes sint a-
deo naturaliter timidi, quod quasi omnia ex-
pavescunt, sequitur eos verecun-
dos esse, quia verecundia est
quidam timor ut superius dice-
batur. Ex diversis ergo causis
probari possunt iuvenes ve-
recundi esse, quicquid tamen sit de
eius causis, laudabile autem
est in ipsis esse verecundos, quia
propter verecundiam multa turpia
dimittunt, que non dimitterent nisi
eos verecundia cohiberet con-
stringeret. Secundo est lau-
dabile in iuvenibus, quia communiter
sunt pii et misericordes. Pueri
enim et senes et femine plus m[...]
sunt misericordes, non tamen ex eadem
causa videtur contingere, quia pu-
eri ut supra dicebatur sunt
misericordes, quia sua innocentia
alios mensurantes credunt eos
innocentes esse et putant eos
indigne pati, quare leviter eis de fa-
cili miserentur. Senes vero mi-
sericordes existunt, quia cum ipsi in
corpore et in vita deficiant
volunt aliis misereri et com-
pati ipsis, quare cum de facili quis
inducitur ad faciendum a-
liis quod vult ab eis fieri

sibi de facili sup aliqs insi-
tur. mulieres quidem insipa-
tue sunt ex mollicie cordis
Nam habens cor molle non
pot diutiu aliq sustinere
Ideo statim insiliunt. cum
viderint aliquos dura pati
Tercio qsiderandu e in mu-
lierib qnia quasi in omnib
excedunt. Unde cu sunt
pie. sunt valde pie. et cu
sunt crudeles. sunt valde
crudeles. et cu se inverecun
de sunt valde inverecunde
Postq enim mulieres audia
cum ceperint. tanta opa per
trant qz vix invenientur
viri adeo inverecundi ut po
sint tanta turpia opari.
Hoc aut extam et si in bonis
pt esse laudabile. in malis
vo est vituperabile. Visis
que sunt laudabilia in fe
minis. restat narrare que
sunt vituperabilia in eis. Pos
sumus aut narrare tria in
mulierib vituperabilia. Primo
qnia ut plurim sunt intem
pate. et passionu insequtrices
Nam qnia in eis racio deficit
ne sic habet ut refrenentur
a concupiscenciis sicut viri q
e racione ?stanciores. Secundo
sunt garule. et litigiose qr
ex eadem causa qtingit. Na
sicut mulierum ut plurim
no e racio qnia quasi a racio
ne deficiunt sed magis est
passio ut verecundia. Si eni
se qtinent ut no garrirent
et no litigent. magis hoc
faciunt ex verecundia qz ex ra
cione. Tercio cu mote sunt
nesciunt scipas moderare. sed p
sistendo litigant. et garriunt
videmus enim feminas plus
perseverare in litigando
et garriendo. qz viri.
eo q magis a racione deficiunt
qz ipi viri. Tercio qtingit
mulieres esse mobiles. et in
stabiles. qd forte accidit ex
debilitate complexionis. Na
cum aia ut supius dictu
ut plurim qplexiones corpis
imitetur. sic mulieres habent cor
molle et instabile. sic vo
luntate et desideriis sunt
instabiles et mobiles.

Quo regimine qiuges et maxime Reges et principes debeant suas qiuges regere. XX.

Declaratum e in precedentibus
non eode regimine re
gendas esse qiuges
quo regendi sunt filii vel quo
regendi sunt servi. Aliud enim
e regimen qiugale a paternali
et a servili. sed qnia no suffi
cit in universali tractare de re
gimine qiugali dicendo ipm
esse diversum a paternali et servi
li nisi in speciali tractetur quo
regimine sint regende qiuges
ideo opportet in speciali dicere
aliqua de regimine qiugali
sive qiugum. Sciendum est ergo
qz natura esse quendam regulam ad re
gimen. Nam quicumque vult ali
quid bene regere. oportet ipm spe
ciales habere cautelas ad ea

que videtur ipsi magis deficere. Nam
sicut est in locutionibus sic pro-
modo est in ipsis operibus. Videmus
enim aliquos habere linguas
disertas, aliquos vero balbuci-
entes esse, et quamvis balbucientes
non eodem balbuciunt, sed aliqui
difficilius proferunt unum verbum
et alii difficilius aliud.
Cum vero balbucientes recte
in loquelam dirigere oportet
eos instruere ut specialem pu-
gnam et specialem conatum
accipiant contra ea verba, que dete-
rius proferre possent. Unde
et aliquos philosophos legimus sic
fecisse, qui cum essent impedite
lingue, accipientes specialem
conatum contra illas litteras
quas deterius proferebant, facti sunt
eloquentes. Hoc modo et contra
opera se habent, cum enim quemlibet re-
aliud velle recte regere, specia-
lem conatum accipere debet contra
ea in quibus esse contingit facili-
or casus. Quare cum mulieres
ut in precedenti capitulo dicebatur
communiter sint intemperate garrule
et instabiles, regende sunt
tali regimine, ut inducantur
ad temperanciam, et ad taciturni-
tatem, et ad stabilitatem. Partes
autem temperancie ut dicebatur
in primo libro sunt quatuor, scilicet casti-
tas, pudicicia sive honestas
abstinencia et sobrietas. Decet er-
go mulieres esse temperatas, quod sint
caste honeste abstinentes et
sobrie. Decet enim coniuges
esse castas non solum propter fidem
servandam suis viris, sed etiam
propter procreandam prolem.

Nam si coniux castitatem non ser-
vet de facili filius non proveniens
ipsius viri succedit in hereditate
patris. Decet ergo coniuges omnium civium
esse castas, et tanto hoc
magis decet coniuges regum et
principum, quanto ex carentia legi-
tima prole peior maior lis et
dissensio exoriri. Secundo
decet eas esse pudicas et hone-
stas. Nam non sufficit coniuges
esse castas et cavere sibi ab ope-
ribus illicitis, sed oportet eas pu-
dicas esse et honestas, ut sibi
caveant a signis et verbis que
videntur inhonestatem pretendere.
Non enim sufficit ut alicuius
filius non succedat in hereditatem
sed requiritur ut pater sit certus de sua
prole. Cum ergo signa inho-
nesta et impudica, quandoque
suspicionem adducant de incontine-
ncia coniugum ut pater sit certus de
sua prole, expedit coniuges pu-
dicas esse. Tercio oportet eas
esse abstinentes ut caveant
sibi a superfluitate cibi. Nam
cibi superfluitas ad incontinenciam
inclinat. Quarto decet eas
esse sobrias ut caveant sibi a
superfluitate potus. Nam cum in-
moderancia cibi quam potus pro-
vocat venerea. Unde et an-
tiquitus apud Romanas mu-
lieres ut recitat Valerius Ma-
ximus 2o libro capitulo de institu-
tis antiquis quoddam nephas
erat bibere vinum. Voluit ut per
vinum usum olim romanis
feminis ignotus fuit ne in
aliquod dedecus prolaberentur

Nima usus vini contrarie ut est proxima incentiua incontinentiam. Sic ergo regende sunt coniuges ut sint caste, honeste, abstinentes et sobrie. Modus autem quo inducende sunt ad hec omnia, consideratur iuxta diuersitatem nobilitatis et diuiciarum ipsorum virorum. Nam ciues in nobilitate et diuiciis deficientes, debent suas coniuges per seipsos instruere, et debitas cautelas adhibere ut polleant bonitatibus supradictis. Habundantes vero in nobilitate diuiciis et in ciuili potentia, decet inquirere matronas aliquas boni testimonii per diuturna tempora prudentia et bonis moribus approbatas, instruentes coniuges et inducentes eas per monitiones debitas ad bonitates prehabitas. Viso coniugem sic regendam esse ut sit debite temperata, restat ostendere quomodo regenda sit ut sit debite taciturna. Nam ut scribitur primo politicorum ornamentum mulierum est silentium. Si enim mulieres debite se habeant et congrue silentium seruent ex hoc magis apparent ornate, et ad maiorem amorem viros inducunt. Decet ergo eas esse taciturnas. Sic ergo decet ipsas stabiles esse, et quanto uxor est magis constans et firma, tanto maiorem credulitatem ad generandum viro ut ei debitam fidem seruet. Tali ergo regimine regende sunt coniuges ut polleant predictis bonitatibus, videlicet ut sint caste, honeste, abstinentes, sobrie, taciturne et stabiles. Ad hec omnia viri eas inducere poterunt, vel per se ipsos vel per matronas boni testimonii, vel per cautelas alias adhibendo. Quare decet omnes ciues suas coniuges sic regere, et tanto magis hec decet reges et principes quanto ex eorum indebito regimine plus circa regimen magis periculum imminere.

Qualiter omnes ciues et maxime reges et principes ad suas coniuges debite se habere debeant. XX

Non sufficit scire quomodo reges et principes et uniuersaliter omnes ciues debeant suas coniuges regere, et ad quas bonitates debeant eas inducere, nisi sciatur quomodo circa eas debeant se habere. Sunt autem tria quantum ad presens spectat diligenter consideranda, in quibus viri circa proprias uxores decet debite se habere. Nam primo debent eis moderate et discrete uti. Secundo debent eas honorifice tractare. Tertio debent cum eis debite conuersari. Decet enim eos moderate et discrete suis uxoribus uti. Nam immoderatus usus venereorum primo contra

destruit Secundo mete dep-
mit / tercio maculat appe-
titum et reddit coniuges inte-
patas Destruit enim et debi-
litatur corp ipius viri / si
nimis det opaz copule coniu-
gali / quia vis genatiua est
nimis corruptiua / Et ut
vult phus tercio Ethi Ju-
sacabilis e concupiscencie ap-
etitus / sicut ut plurimum hom p,
plus appetit quam na requirit
Si go quis sine freno sequitur
appetitum / et non moderet
desiderium copule coniugalis /
agit ultra quam na requirat
/ et ultra quam sufficiat ad re-
staurandu / et sine debili-
tacone ipius corporis ee non po-
terit / Unde cerebru / et ipsi
et alia mebra nobilia de-
bilitant ex superflua copula

P

Secundo superfluus usus non
solu corp debilitat sed etiam
mentem deprimit Nam corp e
qui corpus anime instrumentu-
sic etiam quia marcella e
instrumentu fabri / debilita-
to marcello debilitantur
actiones fabriles sic debili-
tato cerebro / et aliis mebris
nobilibus / impedit aia a ra-
cione usu non possit sufficiter
considerare Unde et supra
p aucts phi probabatur /
quod ilia superfluencia contra
racionem percutiunt / Tercio huius
modi usus nimis macu-
lat appetitum / et reddit sci-
as intemperatas Nam quanto
plus datur opa veneris acti-
bus tanto plus incitatur appetitus
ut sit intemperatus et venerea
expetatur / ut vult phus quarto
Ethi xxi quod elicitum quorum-
dam brutalis cogitatio / dicen-
tium sat faciaz mee concupiscen-
cie / et postea decetero me ab-
stinebo Nam quilibet usus car-
nalis copule incitat ad ul-
teriore usum / et quanto quis plus
ea utitur / tanto magis inci-
tatur ad utendum / et sic inte-
peratior redditur / Decet ergo omnes
tunc uti moderate coniugali
copula / et tanto magis hoc
decet reges et principes / quanto
indecencius e eos ipsi huius
acti sic corp debilitari men-
tem deprimere / et intemperatum
appetitum / nec sufficit eos uti
tali copula tempate nisi
utantur ea districte Nam in
omnibus opibus districtio e adhi-
benda ut fiant debite loco
conveniente et modo congruo Sunt
enim aliqua tpa incongrua ptaliter
opibus / Nam tpibus quibus est
oro inuitandum / debet a
talibus abstinere sic etiam tpibus
quibus possit insurgere nocumen-
tu proli / Debet abstinere a tali
copula / Est ergo observand
tpus debitum Similiter etiam
observandus e locus congruus
et locus conveniens / ut sit inter
coniuges non solu amicicia
delectabilis sed etiam honesta
Viso quod decet viros uxoribus
moderate et districte uti re-
stat vide quid debeant eas
honorifice pertractare / quia
enim virum cum sibi pplis facilter

decet suam uxorem honorifi-
ce retinere in debito appa-
ratu, et ei necessaria debita
tribuendo. Nam cum uxor
sit persona valde coniunc-
ta, honor qui uxori ex-
hibetur redundat in per-
sonam ipsius viri, immo cum
ostensum sit supra uxorem
non se habere ad virum quasi ser-
vam sed quasi sociam, de-
cet quemlibet secundum sui sta-
tum uxorem propriam hono-
rifice pertractare. Ostenso
quomodo decet viros suis uxo-
ribus moderate et discrete
uti, et quomodo debent eas
honorifice retinere, Rest-
at ostendere qualiter ad eas de-
bent conversari. Tunc autem
viri ad uxores est conversatio
congrua, si eis ostendat debi-
ta signa amicitiae et si eas
per debitas admonitiones in-
struat. Declarare autem quae
sint signa debitae amicitiae
et quae sint monitiones con-
gruae, sciri non potest nisi per-
specta statuum diversitate
et considerata conditionibus per-
sonarum. Debent enim vi-
ri diligenter advertere utrum
uxores sint superbae an hu-
miles, utrum sint pruden-
tes an fatuae. Nam sic con-
versandum est cum uxoribus quod
plura signa amicitiae osten-
denda sunt eis si sint
humiles quam si sint superbae.
Superbae enim adeo sunt elatae
si eis multa amicitia osten-
datur, ut velint etiam
viris propriis dominari. Rursus sic con-
versandum est cum eis quod aliter in-
struendae sunt prudentes, aliter
fatuae. Nam prudentibus ad correc-
tionem levia et blanda verba suf-
ficiunt; fatuis vero est asperior in-
crepatio exhibenda. Decet ergo
quoslibet viros considerato proprio
statu et inspectis conditionibus per-
sonarum suis uxoribus ostendere debi-
ta amicitiae signa, et eas ut
expedit per debitas monitiones
instruere.

Quomodo feminae coniugatae circa ornatum corporis debeant se habere. Capitulum XXI.

Quomodo decet reges
et principes et univer-
saliter omnes cives scire
quomodo circa ornatum
corporis decet suas uxores de-
bere se habere. Nam cum vir suam
uxorem regere debeat, eamque di-
rigendo ad actiones honestas et
ad opera virtuosa, expedit quoslibet
viros in hiis in quibus ut plu-
rimum delinquunt feminae dilig-
enter advertere, quae sunt ibi lici-
ta et quae illicita. Cum ergo mulieres
ut plurimum videri appetunt pulchrae,
potissime delinquunt circa orna-
tum corporis. Scire decet viros cog-
noscere quis mulierum ornatus sit li-
citus et quis illicitus. Nam multae
uxores virtuosae existunt, nisi a-
ppetant illicita fugere, quantum
autem malum incurrat regno et
civitati ex feminis non virtuosis,
nec appetentibus licita sed illicita

ostendit philosophus primo Rhetoricorum, qui loquens de Lacedemoniis ait eos infelices esse quasi dimidium, eo quod suis uxoribus illicita permittebant. Est ergo domus principis vel etiam cuiuscumque civis quasi dimidium si est infelix quantum ad ornatum et etiam quantum ad alia circa que femine consueverunt delinquere. Decet eas debite cohibere. Sciendum ergo ornatum feminarum quantum ad presens spectat in duobus consistere. Ornatuum enim quidam est fictitius, alius non fictitius. Fictitius autem ornatus dicitur fucatio, ut appositio coloris albi vel rubei, quibus per quedam figmenta ostendunt se femine rubicundiores vel albiores vel aliquo modo pulcriores quam sint. Talia autem quasi sophistica et zophistica sunt illicita et prohibenda. Alius autem ornatus non fictitius, qui consistit in debitis indumentis et in aliis ornamentis que considerato proprio statu et conditionibus personarum debite et ordinate fiant, sunt licita et honesta. Decet ergo viros iuxta suum statum suis uxoribus in debitis vestimentis et in aliis ornamentis debite providere. Unde et Valerius Maximus avos Romanos commendat, qui uxoribus suis in pulcris indumentis et in aliis ornamentis debite providebant. Licet ergo senatus decreverit de ornatu, sed ut uxores ipsas magis speciali insignirent esse

circa vestimenta et circa alia corporis ornamenta debeant se gerere habere. Advertendum autem quod circa ornatum vestimentorum contingit dupliciter peccare: primo ex superhabundantia, secundo ex defectu. Ex superhabundantia enim ut videtur oportet ibi triplicem virtutem garrire [?], quam tangit Andronicus peripateticus in libello quem fecit de virtute. Huiusmodi autem triplex virtus est humilitas, moderantia, simplicitas. Tunc enim inclinant circa ornatum corporis se humiles quando non propter vanam gloriam se ornant, sed hoc agunt ut suis viris placeant et eos a fornicationibus retrahant. Tunc vero sunt moderate quando considerato suo statu non superflua vestimenta querunt. Decet enim uxorem militis magis esse ornatam vestibus quam uxorem simplicis civis. Ad hunc etiam uxorem principis ulterius decet esse magis ornatam. Dato etiam quod uxor alicuius viri esset humilis, nec ornans se propter vanam gloriam, posset delinquere in ornatu si non esset moderata et ultra quam sui status requireret appeteret ornamenta. Tertio decet feminas circa ornatum corporis esse simplices ut non nimia sollicitudine ornamenta requirant. Nam etsi femina non propter vanam gloriam ultra se ornaret, nec ultra suum statum

ornamentum appeteret, possent delinquere si nimis essent sollicite circa ipsa. Hinc est quod tribus modis contingit delinquere circa superfluitatem ornamentorum, sed duobus modis ut pretactum est contingit delinquere circa defectum. Primo si hoc fiat ex pigricia vel negligencia. Nam aliqui adeo sunt pigre, quod ex sola negligencia dimittunt sollicitari circa debita ornamenta sive indumenta. Secundo in talibus delinquitur si ex ipso defectu queratur laus et gloria, contingit enim aliquem aliquid efferri et superbire ex ipsa miseria quam sustinet. Nam se in ipsis et audiis et infirmitatibus crucibus aput ianuas ecclesie, ut plurimum accidit quod infirmitatem agis gloriatur, quia credit quod in eum plures aspiciant, sperat se plures elemosinas accepturum. Sic enim aliquis qui vilior est in habitu magis superbus efficitur, si credit ex hoc ab hominibus commendari. Delinquit igitur mulier, si ex vilitate habitus et ex defectu vestium gloriam requirant. Unde et Philosophus quarto Ethicorum vituperat lacones qui infra suum statum vestimenta querebant et hic in lacenias elacionem et iactanciam monebant. Hoc igitur modo respexerunt coniuges circa tuum ad ornamentum corporis, ut circa illa sex que tetigimus diligenter invigilent et moneant. Primo enim monende sunt ne sint sophistice, querentes fucos et figmenta. Secundo ut sint humiles ne propter vanam gloriam nimium ornent se. Tercio ut sint moderate, ne ultra eorum statum vestimenta requirant. Quarto ut sint simplices ne circa ornamenta nimia sollicitudine vexentur. Quinto ne sint negligentes ne notabiliter infra eorum statum, propter pigriciam deficiant erga ornatum corporis. Sexto ne ex vilitate ornatus corporis sive habitus sint superstitiose, ut ex ipso defectu vestium laudem et gloriam cupiant.

XXII

Quod non decet reges et principes et universaliter omnes cives erga suas coniuges nimis esse zelotipos

Multi viterum in hoc videntur delinquere, quia circa uxores proprias sunt nimis zelotipi. Sed quod nimius zelus non sit laudabilis triplici via ostendere possumus. Nam cum quis erga suam coniugem est nimis zelotipus, ex nimio zelo quem erga illam gerit omnia suspicatur, interpretans in malo omnes eius uxores bene vivenentes et debite se habentes

et gerentes increpant a viris
si contingat eos esse nimis ze-
lothipos · eo quod zelotipi sic
et etiam bene acta suspicantur in
peius · Ex suspicacione autem
ipsius zelotipi si nimius sit eius
zelo tria mala consurgunt
ex quibus tres raciones sumi pos-
sunt ostendentes nimis zelo-
tipos non esse laudandos. Pri-
mum est quia viri in se ipsis
nimia perturbacione vexantur
Secundo quia ex hoc ipso ux-
ores incitantur ad malum / ter-
cium quia ut plurimum ex tali
zelo consurgit in domo liti-
gium et perturbacio. Prima
via sic patet Nam si vir nim-
mio zelo movetur circa uxo-
res suas · est semper sit in suspi-
cacione, et per consequens semper
sit in anxietate cordis, quo-
niam una cura impediat
aliam oportet sic zelantes
retrahi a debitis curis, et a
similibus operibus. Decet ergo om-
nes non nimis esse zelothi-
pos de suis coniugibus / tanto
hoc magis decet reges et prin-
cipes quanto magis est preiudi-
cium si insurgit regi, si reges
sint in anxietate cordis et
retrahantur a debita cura reg-
ni. Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex eo quod uxores
incitantur ad malum, si contin-
gat suos viros nimis esse
zelotipos. Commune enim
est quod res prohibita augeat
concupiscenciam. Nam ut

Dicitur secundo Rethoricorum Con-
cupiscencia est eius quod abest /
ideo probatur ibidem / quod se-
nes magis desiderant vivere
ultima die quam precedentibus
diebus · eo quod tunc magis de-
ficit eis vita. Semper ergo ma-
gis concupiscitur quod abest et quod
videmus nobis deficere. Sed cum
res prohibita · eo ipso quod prohi-
betur, videatur abesse et de-
ficere. Ex hoc ipso magis desi-
deratur et concupiscitur. Sequi-
tur ergo uxores zelotiporum, ma-
gis incitantur ad malum quia
augetur in eis concupiscencia ex
inordinato zelo virorum
et ex eorum inordinata prohi-
bicione. Tercia via sumitur
ex lite et litigio sive iurgio
quod in domo consurgit. Nam cum
videntur uxoribus quod sine cau-
sa calumpniantur, et quod earum
viri nimis sine culpa sus-
picantur de ipsis, mala que
faciunt viri nimis zelotipi
non possunt pacienter sufferre,
ideo quod in domo eorum ut plurimum
oriuntur lites et iurgia. Non
ergo decet viros de suis coniugi-
bus esse zelothipos / nec etiam
decet eos circa suas coniuges nul-
lam habere custodiam, et nul-
lum habere zelum, sed condicionibus
consideratis personarum et inspe-
ctis consuetudinibus patrie
quibus circa coniuges suas decet
debitam curam, et debi-
tam diligenciam adhibere.

Sic enim decet virum quemcumque erga propriam coniugem ornatum habere zelum ut sit inter eos amicitia naturalis delectabilis et honesta.

Capitulum. Quale sit consilium mulierum et quod earum consilio non est utendum simpliciter sed in casu. XXIII

Consilium mulierum ut dicitur primo Politicorum est invalidum. Nam sicut puer habet consilium imperfectum, quia deficit a perfectione viri, sic et femina habet consilium invalidum, quia habet complexionem invalidam, et deficit a valitudine viri. Quod autem femine non sunt valentis corporis, non est ex bonitate complexionis, sed ex malicia. Mollicies enim carnis in ipsis magis arguit humiditatem flegmaticam quam bonitatem complexionis. Quia ergo sic est, oportet feminas deficere a racionis usu et habere consilium invalidum. Nam quanto corpus est melius complexionatum, tanto magis est proporcionatum anime, propter quod magis et obsequitur ei anima existens in tali corpore liberius utitur operibus suis et expedicius habet racionis usum. Primum ergo quod est attendendum in consilio mulierum est quia est invalidum. Secundum vero quod est attendendum est quia est velox et citum.

Nam ut vult philosophus in libro de animalibus omnia minora et debiliora citius veniunt ad suum complementum. Consilium ergo mulierum, quia est invalidius quam consilium virile, citius venit ad suum complementum. Ceteris ergo paribus, si quis operari statim debet nec posset ad illud negocium sufficientem deliberacionem habere, eligibilius est muliebre consilium quam virile. Natura enim commo[cu]nicatum ab intelligenciis et a deo in quo est summa providencia, oportet quod agat ordinate et prudenter. Prudentis enim est se cito expedire et modicum temporis apponere in rebus vilioribus, de quibus est minus curandum. Unde et proverbialiter dicitur quod mala herba cito crescit, quia natura de ea modicum curans, cito producit ipsam ad suum augmentum. Sic et mulier quantum ad corpus citius habet esse perfectum quam vir. Quare cum anima sequatur complexionem corporis, sic ipsum corpus muliebre, eo quod sit vilius et natura minus de ipso curat, citius pervenit ad suum complementum quam virile, sic et consilium muliebre citius est in sua perfectione et complemento quam virile. Simpliciter igitur melius est consilium virorum quam mulierum, eo quod virum sit perscrutari racionem, et muliebre consilium habeat invalidum. In casu tamen potest esse mu-

habere consilium melius quam virile, ut quia illud est etiam in suo complemento, si oportet repentine operari forte eligibilius est huiusmodi consilium. Quod decet reges et principes et universaliter omnes cives proprias coniugibus sua aperire secreta et consilia non dicere. Capitulum XXIIII

Triplici via investigare possumus, quod mulieres communiter et ut plurimum secreta obtinere non possunt. Prima via sumitur ex defectu rationis, secunda ex mollicie cordis, tertia ex appetitu laudis. Prima via sic patet, quia ut in precedentibus dicebatur, eo ipso quod aliquid est prohibitum auget concupiscentia nostra, ut experimur illud. Snare cum ponitur aliquid in secreto et prohibetur ne dicatur, illud ex ipsa prohibitione incitatur magis concupiscentia ad dicendum secreta quam alia, nisi ergo ex ratione huiusmodi concupiscentia refrenetur, non contingit posse retinere secreta. Mulieres ergo, eo quod ab usu rationis deficiant, non possunt sic refrenare concupiscentias, sunt magis propalatrices secretorum quam sint mares. Nam si prohibitio auget concupiscentiam, tanto sunt mulieres promptiores ad faciendum mala prohibita quam masculi, quanto ab usu rationis deficientes

sunt, unde non possunt refrenare incitativa concupiscentiarum quam viri. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex mollicie cordis. Nam quia mulieres ut plurimum sunt molles et ductibiles, statim cum aliqua persona eis applaudit et ridet in facie, credunt illam esse amicam, et revelant sibi omnia secreta cordis. Tertia via ad hoc probandum sumitur ex appetitu laudis. Dicebatur enim in precedentibus quod mulieres nimis appetunt laudem et gloriam. Videre est igitur quod communiter et ut plurimum mulieres aliis mulieribus, quas credunt amicas esse, revelant secreta virorum. Credunt enim ex hoc esse in quadam excellencia et laudari apud eas, si sciant referre virorum secreta. Nam quia videntur a suis viris diligi si sciant secreta ipsorum, cum glorientur, si possunt se laudari a suis maritis diligi, appetentes quandam inanem gloriam et quandam laudem de facili revelant secreta virorum. Ex hoc ergo de facili apparet qualiter viri suis coniugibus debeant revelare secreta. Nam cum dicimus hos esse mores iuvenum, hos mulierum, hos senum, non est intelligendum talia necessitatem imponere, sed solum ut in pluribus, et secundum quandam pronitatem et inclinationem; possunt tamen femine quam viri

per racionis vsu si velint qr
cstantes et vincere huiusmodi
impetus, et inclinaciones
Nam licz sit difficile supa
re inclinaciones concupiscenciaz
et licz hec sit magis difficile
in femins quam in viris eo
quod magis deficiant a racionis
usu, non tamen est impossibile Pote
rit tam viri quam mulieres huius
modi appetitus vincere, qr
licet mulieres que sunt procel
lacionis scrutatorum non tamen
est inconveniens aliquas mu
lieres esse debita sobrietate tenen
tes Viri igitur experti, eas esse
discretas prudentes et stabi
les et non esse scrutatores procel
lacionis. Hijs visis tamen
ostensum sit quod communicacio vi
ri et uxoris sit naturalis, et
quo se habeant ad alias co
mmunitates domus, cum etiaz
declaratum sit, quod Reges et
principes, et vniuersaliter omnes
cives se habere debeant ad su
as coniuges et quo cum eis de
beant conuersari Imponam finem
prime partis huius secundi
libri in qua agitur de re
gimine coniugali Videbitur
tamen forte aliter non suffici
enter esse traditam noticiaz
regiminis nupcialis eo quod
ostensum sit, ad que opera coniug
es sunt ordinande, pro inde
terius eas ociosas esse ut su
perius dicebatur, describenda
sunt opera que decet ipsas co
niuges exercere, sed quia de eis
infra dicetur, volumus hic
ea silencio pertransire

Explicit prima pars huius secundi libri, Incipiunt ti tuli secunde partis eiusdem libri

primum — Quod decet omnes pa rentes circa proles fili os esse solicitos

secundum — Et maxime decet re ges et principes soli citari circa regimen filiorum

tercium — Et regimen paternale sumit originem ex a more, et quod non eodem regimine debent re gi filij quo reguntur servi

quartum — Et amor quod debet esse inter patrem et filium sufficienter indicat patres debere regere filios, et filios obe dire patribus

quintum — Et decet omnes cives et maxime reges et principes se solici tari circa regimen filiorum ut ab ipsa infancia instruantur in ~~bonis moribus~~ fide

sextum — Et decet omnes cives et maxime reges et principes ut ab ipsa infancia bonis moribus imbuant

Septimum — Quot filii nobilium et maxime regum et principum ab ipsa infantia sunt instruendi ad liberalibus scientiis

octavum — Quas scientias debent addiscere filii nobilium et maxime regum et principum

Nonum — Qualis debet esse magister filiis nobilium et maxime Regum et principum esse preponendus

decimum — Qualiter circa loquelam visum et auditum instruendi sunt iuvenes

undecimum — Quibus modis peccatur circa cibum et qualiter se habere debeant iuvenes circa ipsum cibum

duodecimum — Qualiter instruendi sunt pueri ut se habeant circa potum et circa venerea et circa quia continenda

tredecimum — Qualiter pueri sive iuvenes se habere debeant in ludis in gestibus in vestitu

quartumdecimum — Quod in etate iuvenili maxime cavenda est prava societas

xv — Qualis cura gerenda sit de pueris a principio nativitatis usque ad septem annos

xvi — Qualis cura sit habenda de filiis ab anno septimo decimo et deinceps

xvii — Quod omnes iuvenes communiter excitandi sunt ad corporalia exercicia et labores

xviii — Quod filie civium et maxime nobilium regum et principum a discursione et evagatione cohibende sunt

xviiii — Quales omnes cives et maxime nobiles reges et principes debent sollicitari erga filias ne velint vivere ociose

xx — Quod reges et principes et universaliter omnes cives sollicitari circa filias ut sit debito modo tractitur ne

I

Capitulum primum huius secunde partis secundi libri. Quod decet omnes parentes circa proprios filios esse solicitos

Expedita prima parte huius secundi libri quia determinatum est de regimine nuptiali. Restat exequi de secunda in qua agetur de regimine paternali. Nonenim sufficit patrifamilias ad sciendum gubernare domum nisi noverit filios debite gubernare. Sciendum igitur quod tota communitas viri et uxoris dicitur pertineat ad domum primam. Communitas vero patris et filii pertineat ad domum iam perfectam. Prima domus prima precedit iam domum magis perfectam. Ideo forte videtur aliquis statim post determinationem de regimine nuptiali determinandum esse de regimine servorum. Verum quia dicitur primo politicorum maior solicitudo circa homines quam circa possessiones inanimatorum et circa liberos quam circa servos. Ideo prius descenimus determinare de regimine filiali quam servili tanquam de eo circa quod amplior debet esse cura. In determinando quidem de regimine filiorum primo ostendere volumus quod decet omnes parentes circa proprios filios esse solicitos. Nam cognita solicitudine habenda circa filios habenda magis necessitatibus parentes ut filios suos bene instruant. Possumus autem via triplici venari quod deceat huiusmodi solicitudinem habere parentes. Prima sumitur ex eo quod patres sunt causa filiorum et filii habent ab eis esse. Secunda ex eo quod sunt superiores et preeminentiores illis. Tertia vero ex eo quod inter eos debet esse amicitia naturalis. Prima via sic patet. Nam sic in naturalibus videmus quod natura numquam dat esse alicui nisi sit solicita circa ea per que illud valeat conservari in esse. Vel si non dat esse illi statim est solicita ei dare levitatem per quam feratur sursum eo quod in loco superiori magis habet in esse conservari quam in inferiori. Sic etiam si non dat animalibus esse quod absque cibo conservari non possunt statim est solicita dare animalibus ora et alia organa per que possunt sumere cibum et nutrimentum. Cum ergo parentes sint causa filiorum et filii a patribus naturam habent, decet parentes habere curam et solicitudinem erga filios ut inveniant eis illa per que possint bene vivere et per que valeant conservari in esse. Secunda via ad-

investigandum hic ad presens. ex eo quod patres sunt prestanciores filiis, et debent esse preeminentes. Naturale enim semper superiora in inferiora influunt et ea regulant et conservant. Videmus enim quod supercelestia corpora influunt in hec inferiora, et ea regunt et conservant. quare si naturale est ut superiora et preeminencia in inferiora influant et ea regulent et conservent, decet cunctis dominantibus et preeminentibus sollicitari, quomodo per debita auxilia influant et subveniant suis subiectis, et quomodo eos regulent et conservent. Unde et ipse deus qui singulis rebus preest habet sollicitudinem et providenciam circa universum, propter quod eo ipso quod naturaliter presunt filiis debent circa eorum regimen esse solliciti. Tercia via sumitur ex parte amicicie naturalis que est inter patres et filios. de racione enim amoris est ut sollicitetur amans circa rem amatam. Cuilibet enim sollicitatur circa dilectum, quare cum inter patrem et filium sit amor naturalis ut probatur octavo Ethicorum decet patres ex ipso amore naturali quem habent ad filios sollicitari circa eos.

Capitulum secundum

Quod maxime decet reges et principes sollicitari circa regimen filiorum

Decet omnes patres sollicitari circa proprios filios, ut patet per raciones supra assignatas, maxime tamen decet reges et principes sollicitudinem gerere. Quod triplici via venari possumus. Prima sumitur ex eorum intelligencia. Secunda ex bonitate ampliori filiorum. Tercia vero ex utilitate regiminis. Prima via sic patet. Nam ut vult Philosophus in libro de animalibus quanto ex animalibus intelligencius est, magis habet sollicitudinem circa filios. Naturale enim est cunctis diligere sua opera ut dicit Philosophus in Ethicorum IX, et patres naturaliter diligunt suos filios, et poete sua poemata tanquam propria. Ex natura ergo omnis est intellectivus et magis cognoscit proprium opus, tanto maiorem sollicitudinem et dilectionem movet circa illud. Artifices ergo tanto magis debent sollicitari circa suos filios quanto prudenciores sunt et quanto in maiori diligencia vigent. Sed cum habitum sit quod reges et principes et universaliter omnes dominantes, si debeant naturaliter dominari, oportet quod polleant prudencia et intelligencia, sive intellectu, tanto decet reges et principes magis sollicitari circa proprios filios quam ceteros, quanto in eis magis vigere debet intellectus

industria et providencia re gnativa. Secunda via ad in vestigandum hoc idem sumitur ex bonitate filiorum, decet enim filios regum et principum maiori bonitate pollere quam alios, quia cum plura sint polita politici cum quod aliqui sunt in maiori statu et in altiori dignitate sic debent meliores esse et esse magis perfecti scientia et virtutibus. Congruum enim ut qui alios regere cupit ut sit adeo prudens et bonus ut ceteri ex ipso possent sumere vivendi exemplum. Filii igitur regum licet non sunt reges tamen quia singuli constituuntur in aliquo principatu et in aliquo dominio in quo oportet eos ex prudentia alios gubernare. Maxime decet eos esse prudentes et bonos. Sed cum filii perveniant ad maiorem bonitatem et prudentiam, si predicti eos sunt soliciti, quanto magis predicti ipsos se habeant negligenter, tanto reges et principes decet magis solicitari circa ipsos filios, quanto filii eorum pollere debent maiori providencia et ampliori bonitate. Tertia via sumitur ad hoc idem ostendendum ex utilitate regni. Bonitas enim regni dependet ex bonitate eorum qui sunt in regno, et maxime dependet ex bonitate principancium in ipso. Nam sicut sanitas corporalis dependet ex sanitate omnium membrorum et maxime ex sanitate cordis et membrorum principalium, eo quod cor et principalia membra habent influere in alia et rectificare ipsa. Sic bonitas regni dependet ex bonitate omnium civium, et maxime tamen dependet ex hiis qui principantur et dominantur in regno. Utile est ergo toti regno habere bonos cives, sed utilius est habere bonos principantes, eo quod principancium sit alios regere et gubernare. Tanto ergo magis debent reges et principes solicitari circa ipsos filios ut possint prudentia et bonitate, quanto maior utilitas consurgit ipso regno ex bonitate filiorum regum qui debent habere principatum et dominia in regno quam ex bonitate et prudencia aliorum.

Quod regimen paternale sumit originem ex amore, et quod non eodem regimine debent regi filii quo regendi sunt servi

III

Quia post tractatum
de regimine coniugali
determinandum est de re-
gimine paternali,
videndum est unde
sumit originem regimen paternum
et quo regimine regendi sunt
filii. Sciendum ergo quod
triplex est regimen. Nam dominus
regens alios vel regit eos
secundum certas leges et secundum certa
pacta, et tale regimen ut
supra diximus dicitur nominatum
politicum vel civile. Vel regit
eos secundum arbitrium, et hoc potest
esse dupliciter, quia vel sic regens
intendit bonum proprium et
sic dicitur regimen despoticum vel
servile, vel intendit bonum
subditorum, et tale regimen
dicitur regale. Haec autem tria
regimina secundum quae videmus
aliquos regere in civitate
et castris, assimulantur tria
regimina reperta in una do-
mo. Nam regimen coniugale
assimilatur regimini politico,
quia uxori ut in praehabitis tan-
gebatur, non quemlibet decet praeesse
simpliciter ex arbitrio, sed ei prae-
esse debet ut requirunt leges
matrimonii, et ut postu-
lant pacta debita et hone-
sta, quae interveniunt inter uxo-
rem et virum. Regimen vero
paternale assimilatur regali. Nam
filiis praeest pater ex arbitrio non
secundum conventiones et pacta.
Nam pacta et conventiones non
interveniunt inter subditum
et praeeminentem nisi sit in
potestate subiecti praeeligere sibi re-
ctorem. Non autem in potestate filiorum
eligere sibi patrem, sed ex natu-
rali origine filii procedunt a pa-
rentibus. Non enim sic filii elig-
unt sibi patres ut uxores
viros, quare cum regimen filiorum
sit ex arbitrio et sic propter bo-
num ipsorum filiorum, huiusmodi
regimen non assimilatur regimini
politico sed regali. Unde et
Philosophus in primo Politicorum ait vi-
rum praeesse mulieri et natis
tamquam liberis, non tamen eodem modo
principandi, sed mulieri quidem
politice, natis autem regaliter.
Tertium vero regimen quod est in domo
ut regimen quo regitur familia
servorum assimilatur regimini dominativo.
His autem sic ostensis maxime
et manifeste apparet verum esse
quod in principio capituli proponebatur.
Nam si pater decet praeesse filiis reg-
aliter et propter bonum ipsorum, cum a-
mare aliquem idem sit quod velle
ei bonum, pater decet praeesse filiis
propter profectum ipsorum, et quia vult
eorum bonum, constat ergo quod huius-
modi regimen sumit originem
ex amore. Ex hoc ergo ma-
nifeste ostenditur quod non eodem regi-
mine debent regi filii quo re-
gendi sunt servi. Nam dominus
praeest servis propter bonum proprium
non propter bonum servorum. Hoc
enim secundum Philosophum est per se aliquis
servilis non intendere bonum
ipsorum sed bonum proprium. Pater tamen
debet praeesse filiis propter bonum
ipsorum. Ex ipsa ergo distinctione

Regiminum patet. paternale regimen non esse idem quod servile, sed suum sumere originem ex amore, tamen ut manifestius appareat quod dicitur possumus duplici via venari paternale regimen trahere ex amore. Prima via sumitur ex ordine naturali. secunda ex ipsa perfectione patris. Prima via sic patet. Nam secundum philosophum natura dedit vim generativam rebus. ut que non possunt perpetuari in seipsis, perpetuentur in suo simili, quare si regimen patrum ex hoc sumit originem. quia filius naturaliter est quedam similitudo procedens a patre, cum secundum naturam ad unumquodque simile sit dilectio, ex ipso ordine naturali accipere possumus paternum regimen in amore fundari. et ex amore oriri. Sic enim est in hominibus naturalis impetus ad producendum sibi simile. et ad filios procreandum. Sic etiam in eis est naturalis impetus ad eos diligendum ad Et per consequens ad eos regendum et gubernandum et addiscendum, circa eos solicitudinem. Est ergo hic naturalis ordo, quod regimen et solicitudo patrum sumit originem ex amore. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex ipsa perfectione patris. Nam unumquodque perfectum est secundum philosophum cum potest sibi simile generare, quare cum quilibet suam perfectionem diligat, naturaliter pater diligit filium, cum ipse filius sit quedam testis perfectionis eius. Cum igitur ergo pater naturalem amorem habeat ad filium, ex huiusmodi amore solicitatur, ut ipsum regat et gubernet

Quod non esse nisi paternum regimen ex amore nascitur. Viso quod paternum regimen nascitur. patet quod filius debet preesse pater propter bonum filiorum. Non ergo regendi sunt filii eodem regimine quo regendi sunt servi, quia servis secundum quod huiusmodi ut preest propter bonum principantis. Si ergo contingat aliquem ita filiis tanquam servis preesse, hoc est ex imperfectione domini, quod forte sit pauper et quod suorum copia non possit. Unde et philosophus sexto politicorum ait quod egentibus necesse est uti mulieribus et filiis tanquam servis

Quod amor qui debet esse inter patrem et filium sufficienter indicat patres debere diligere filios et filios obedire patribus. IIII

Ostendebatur in precedenti capitulo paternale regimen sumere originem ex amore, videndum est igitur quantus sit amor patrum ad filios, et filiorum ad patres. Ut nobis innotescat quomodo patres debeant filios regere et filii patribus obedire. Secundum ergo philosophum octavo Ethicorum sac-dum triplici ratione probare parentes plus diligere filios quam econverso. Prima via sumitur ex diuturnitate temporis. Secunda ex certitudine prolis. Tertia ex unione parentum ad filios. Prima via sic patet. Nam quanto amor

magis durat tanto vehemencior efficitur. Amor enim parentum ad filios diutinior est quam filiorum ad parentes. Nam statim cum filii nascuntur parentes diligunt eos. non statim tamen filii incipiunt amare parentes. quia non statim sunt tante cognitionis ut possint discernere quid sit diligendum. Immo quia pueri mox nati nesciunt discernere parentes ab aliis. non statim per amorem afficiuntur ad illos. sed per processum temporis. quando sciunt discernere parentes ab aliis incipiunt eos diligere. Diutinior ergo est amor parentum ad filios quam econverso. hinc fortior et vehementior. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex certitudine prolis. Nam parentes magis certi de sua prole quam proles de suis parentibus. Proles enim certificari non potest qui fuerunt parentes eius nisi ex quibusdam signis vel auditu. ut quia puer videt personas aliquas magis affici ad eum quam ad alias arguit eas esse parentes eius. Vel quia hoc audit ab aliis. Ideo sic esse putat. In principio tamen nativitatis eius non est in cognitione ut possit cognoscere a qua persona sive mater processerit vel a quo pater. parentes tamen statim habent cognitionem de ipsa prole. Ideo magis possunt certificari de ea quam econverso. propter quod vehemencius diligunt ipsam quam econverso. Nam si inter parentes et filios est amor naturalis. tanto tamen

amor erit validior. quanto apud parentes est maior certitudo de prole. Ex hac autem ratione ostendi potest. quod et matres plus diligunt filios quam patres. quia de eis certiores existunt. Tertia via probans hoc idem sumitur ex unione parentum ad filios. Nam filii sunt magis propinqui et magis uniti parentibus quam econverso. Filiare tamen aliquam unionem importat. filii tamquam magis uniti parentibus et magis propinqui parentibus magis diliguntur ab eis quam econverso. Sic enim imaginandum plus quod filii sunt quasi quedam pars parentum. Nam filius est quedam pars a parentibus abscisa. Pars autem magis unitur toti quia comprehenditur ab ipso quam totum uniatur parti quia ab ea comprehendi non potest. In toto enim est assignare aliquid quod multum distat a parte. sed nichil est in parte quod multum distat a toto. Igitur si pars movetur ad amorem totius non adeo fervente diliget ipsum quia videret in ipso toto aliqua que multum distarent ab ipsa. et quia quedam pars ipsorum nichil est in filio quod in aliquo modo non pertineat parentibus. et quod tamen aliquem modum non pertineat ad illos filii. tamen non sic vehementer moventur ad dilectionem parentum. quia quod est parentum non sic pertinet ad filios et postquam non sic est unitum eis. sicut quod est filiorum pertinet ad parentes. Ex hiis ergo verbis philosophi ut videtur sufficienter

Atque possumus quod ad parentes spectat sollicitari circa regimine filiorum quia quilibet sollicitus debet esse circa ea que vehementi amore diligit. Ad filios vero pertinet obedire parentibus quia quilibet illis obedire debet quos scit eum vehementer diligere et non intendere nisi ipsius bonum. Sic ergo ex verbis philosophi probare possumus quae in primo capitulo dicebantur sed in magis speciali apparebit ex tunc. Sciendum quod licet parentes magis afficiantur circa filios et magis intense velint bonum filiorum quam econverso, non tamen inconveniens est quantum ad aliquod bonum filios magis diligere parentes quam econverso. Nam ut dicitur octavo ethicorum parentes diligunt filios ut existentes aliquid ipsorum. Filii autem diligunt parentes quia sunt ab illis. Amor ergo parentum circa filios procedit a causa ad effectum et a superiori ad inferius sed amor filiorum ad eos procedit ab effectu ad causam et ab inferiori ad superius. Naturale ergo quod superiora influunt in inferiora et conservant ea non autem econverso. Ideo parentes naturaliter afficiuntur ad filios ut influant in eos et ut congregent eis bona ut possessiones et numismata per quae sufficiant sibi circa vitam et conveniunt in esse. Parentes igitur congregant pro filiis et non econverso immo filii tamen plus furantur et rapiunt bona parentum. Inferiora vero recipiunt et sunt subiecta superioribus et non econverso. Ideo filii magis naturaliter honorant parentes et reverentur quam econverso. Si autem queratur utrum parentes magis diligant filios quam econverso, dicendum quod diligere aliquem sit idem quod velle ei bonum et distinguendum est de ipso bono. Nam si loquimur de bono utili ut de numismate et de aliis quae ordinantur ad sufficientiam vitae, sic parentes magis diligunt filios quam econverso, quia magis peregrinant pro eis non ipsi pro illis. Sed si loquimur de bono quod est honor et reverentia sic filii magis diligunt parentes quam econverso. Nam potius parentes sustinent vituperia et contumelias filiorum quam econverso. Naturale enim est quod circa iustos ad auditum contumelias et vituperia parentum sustinere non possunt. Nam ut sic indignantur parentes de contumeliis filiorum quam econverso. Viso qualis est amor inter patrem et filium quia parentes afficiuntur ad filios ut congregent eis bona, tamen congregare eis bona et circa eorum vitam sollicitari est eos regere et gubernare et amor quem habent parentes ad filios debent eos regere et gubernare. Sed quia filii afficiuntur

ad parentes tamquam ad eos ex quibus voluit esse in honore et reverencia tamquam honorare et revereri aliquem sicut quemadmodum subiecti illi. Sic ex amore quem habent parentes ad filios debent eos regere et gubernare, sic ex dilectione quam habent filii ad parentes debent eis obedire et eis esse subiecti. Patet ergo quod quantum ad bonum quod est utile parentes magis diligunt filios quam filii parentes. Sed quantum ad bonum quod est honor et reverencia filii plus diligunt parentes quam econverso. Simpliciter tamen parentes plus diligunt filios quam filii ipsos quia plus solicitantur et magis assidue cogitant de utilitate filiorum quam filii de honore et reverencia ipsorum.

Ca. V

Quod decet omnes cives et maxime reges et principes sic solicitari circa regimen filiorum ut ab ipsa infancia instruantur in fide

Videntur autem tria esse fidei convenire propter que triplici racione venari possumus quod omnes cives et maxime reges et principes circa regimen filiorum sic solicitari debent ut ab ipsa infancia instruantur in fide. Fides enim primo supra racionem est, et ea que sunt fidei racione comprehendi non possunt. Secundo ea que sunt fidei simpliciter sunt credenda. Tercio est eis firmiter adherendum.

Prima autem via sic patet. Nam si fides supra racionem est et ea que sunt fidei racione non possunt comprehendi, utile est et utinam illi etati proponantur ea que sunt fidei in qua racio non queritur dictorum, sed simpliciter acquiescit dictis. Huiusmodi autem etas infancia est. Infantes enim cum eis a matre vel a patre proponuntur monitores aliqui vel proponuntur aliqua credenda, non querunt racionem dictorum quia racionem non habent, sed simpliciter acquiescunt dictis. Secunda via ad investigandum hoc idem sic ostendi potest. Nam ea que sunt fidei quia supra racionem sunt, ideo eis simpliciter est credendum. Necesse ergo est autem hiis que sunt fidei ex auctoritate divina et ex simplici credulitate, non ex perspicacitate racionis, non in hec modo pertinet sit quia nulli dubium quin debeat divinam providenciam et eius auctoritatem omnem perspicaciam humani ingenii superare. Quare in hiis auctoritati divine simpliciter creditur quam acquiescatur racionibus et demonstracionibus hominum. Si ergo ea que sunt fidei simpliciter sunt credenda, conveniens talia in tali etate proponi quia simpliciter sunt creditiva. Talis autem etas est infancie. Nam ut in primo libro diximus cum tractavimus de moribus iuvenum, iuvenes sunt simpliciter creditivi. Unde et in secundo Rhetoricorum dicitur quod iuvenes creduli

Sunt solum a lege. Appellat
enim ibi philosophus erudicionem a
lege moniciones paternas, et
maternas, et documenta illius
fidei quam parentes tenent. Si-
cut enim in aliis legibus parentes
statim sunt soliciti erudire
suos filios in hiis que sunt fidei
sue, et in hiis que pertinent ad
eorum legem, eo quod illa etas
sit simpliciter creditiva, tanto
magis hic debent esse pro-
ficientes christiana fide, quanto
~~magis~~ lex nostra ceteras leges
superat. Sola enim christiana lex
est immunis ab omni errorum
contagione. In ceteris autem legi-
bus sunt falsitates aliqua admix-
te. Tercia via ad hoc pro-
bandum sumitur ex eo quod hiis
que sunt fidei est firmiter adheren-
dum. Videndum autem quod con-
suetudo est quasi altera natura
ut dicitur in libro de memoria
et reminiscencia. Racio autem hu-
ius assignatur tercio Ethicorum
ubi dicitur, quod natura est semper con-
suetudo autem sepe; sepe autem
propinquum est ei quod est semper. Sic
consuetudo est propinqua nature.
Quanto ergo magis aliquid est
assuetum, tanto magis vertitur
in naturam, et tanto fervencius
adheremus illi. Cum ergo
magis simus assuefacti ad ea
certa que in ipsa infancia
insudamus, quam ad alia,
et per consequens magis adhere-
amus illis, ut firmiter et abs-
que hesitacione adherere pos-
simus hiis que sunt fidei, illa pro-
nenda sunt nobis ab ipsa
infancia. Unde et philosophus secundo
Ethicorum volens probare consue-
tudinem magne efficacie esse,
ait: tu potes scire quantum faciat
consuetudo in legibus in quibus
invenimus fabulas et apolog-
os magis applicabiles animo
quam sciencie veritatis. Si
ergo leges gentilium continentes mul-
tas fabulas et apologos,
id est multa falsa, et deceptoria
sunt sic applicabiles animo,
si pueri ab infancia assuesc-
ant illis ut firmiter adhe-
reant, fidei christiane que so-
la est katholica et orthodo-
xa ab ipsa infancia ea que
sunt fidei sunt in iuvenibus
ponenda. Verum quod dis-
tincte fidei articulos cognoscere
et subtiliter ea que sunt fidei per-
tractare spectat ad theologicos
doctores instruentes alios in
ipsa fide, cum subtilis perscruta-
cio laycis et maxime pueris
scire non pertinet, sufficit quod eis
illa proponantur grosse et in
quadam summa, ut quod eis di-
catur, quod unus est deus omnipo-
tens creator omnium, quod est pater
et filius et spiritus sanctus, quod
adam primo parente nostro peccante
humano genere per peccatum eius
infecto, dei filius ut nos
redimeret assumpsit car-
nem in beata virgine, et est
natus ex ipsa, quod ipse dei filius
pro peccatis nostris fuit passus
mortuus et sepultus, quod de-

descendit ad inferos et redemit captivas animas inde existentes, quod etiam Dei resurrexit a mortuis, quod ascendit ad celum, sedet ad dexteram Dei patris, quod est iterum venturus ad iudicium, et omnes resurgemus et stabimus ante tribunal eius reddituri de factis propriis rationem, ita quod qui bona egerunt ibunt in vitam eternam, qui vero mala in ignem eternum. Debent enim omnes cives solliciti esse circa filios ut ab infantia instruantur in fide hac. Tanto tamen hoc magis decet reges et principes quanto ex firmitate fidei ipsorum plus magis bonum consequitur religio christiana et ex eorum tepiditate precipue magis periculum imminet.

V. Capitulum. Quod decet omnes cives et maxime reges et principes ut ab ipsa infancia filios bonis moribus imbuant.

Quanto anima est nobilior corpore, tanto omnes cives et maxime reges et principes magis soliciti debent esse ut eorum filii sint perfecti tam in anima quam in corpore. Si ergo soliciti sunt circa hereditatem et circa numismata ut possint subvenire filiis quantum ad indigentiam corporalem, multo magis soliciti esse debent ut habeant perfectam animam et ut bonis scientiis et operibus et moribus imbuantur. Et quia hoc

tantum existit bonum, non debet ex negligencia postponi, sed ab ipsa infancia instruendi sunt pueri ut relinquentes lascivias sectentur bonos mores. Possumus autem quadruplici via venari quod ab ipsa puericitate instruendi sunt pueri ad bonos mores. Prima sumitur ex generali delectacione, secunda ex defectu racionis, tercia ex pronitate quam habemus ad malum, quarta ex vitacione oppositi habitus. Prima via sic patet. Nam ut probatur secundo Ethicorum, adeo connaturale est nobis delectari, quod ab ipsa infancia delectari incipimus. Unde et pueri statim delectantur cum incipiunt sugere mamas. Si ergo sic ab ipsa infancia tenera cottidie nobiscum crescit concupiscencia delectabilium, ab ipsa infancia est huiusmodi concupiscencie resistendum. Ex ipsa ergo connaturalitate delectacionis statim cum pueri sunt sermonum capaces sunt instruendi ad bonos mores, et debent eis sermones convenientes debite. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex racionis defectu. Nam tunc se aliquis magis monendi ad bonos mores quando magis incitantur ad lascivias et magis sunt passionum insecutores. Sed ut patet ex Philosopho secundo Rethoricorum, in iuvenili etate maxime sunt homines lascivi et passionum insecutores, ergo tunc maxime est eis

subveniendum, ut per monitiones debitas et per correctiones convenientes retrahantur a lasciviis. Quare cum ratio non sit concupiscentias et lascivias refrenare, quanto aliquis magis a ratione deficit, tanto magis inclinatur ut sequatur passiones. In iuvenili ergo aetate sunt pueri instruendi ad bonos mores, quia tunc ab usu rationis magis deficiunt et sunt magis insecutores passionum. Tertia via sumitur ex promptitudine quam habemus ad malum. Nam cum aliquis est pronus ad aliquid, oportet ipsum assuescere multum in contrarium ne inclinetur ad id. Exemplum enim huius se offert in quadam virga inclinata ad malum. Unde et circa finem secundi Ethicorum ait Philosophus hoc modo decet nos dirigere ad bonos mores quo dirigitur virga tortuosa. Volentes ergo virgam tortuosam rectificare inclinant eam ad partem contrariam valde, quae sic inclinata redit ad medium et ad rectitudinem. Sic et nos propter obliquitatem et promptitudinem habemus ad malum et ad delectationem illicitam, debemus per multum tempus ab illis delectationibus abstinere ut possimus hanc promptitudinem vitare. Immo sicut virga rectificanda ad partem contrariam ultra medium inclinatur, ut possit ad medium redire, sic et nos insequendo delectabilia debemus ultra modum nos facere, ut debeamus multas delectationes licitas cavere, ut facilius ab illicitis abstinere possimus. Si ergo tantam promptitudinem habemus ad malum, et oportet nos sic per diuturna tempora assuescere in contrarium ut ad bonum, ut facilius hanc promptitudinem vitare possimus, ab ipsa infantia est inchoandum, ut relinquentes lascivias instruamur ad bonos mores, nec est ulterius differendum. Quarta via sumitur ex vitatione huius contrarii. Nam cum iuvenes molles sint et ductibiles, si sine freno sequantur lascivias, statim imprimuntur huiusmodi vitiose, sicut in cera molli et ductibili statim imprimitur forma sigilli. Ne ergo iuvenes informentur huiusmodi vitiis, statim ab ipsa infantia sunt monendi et corrigendi, ut per monitiones et correctiones debitas a lasciviis retrahantur. Decet ergo omnes cives et maxime reges et principes solicitari circa filios, ut ab ipsa infantia instituantur ad bonos mores

tanto tamen hoc magis decet reges et principes, quanto bonitas filiorum est utilitas ipsius regni, et quanto ex ipsorum malicia plus mali periculum in regno imminet.

Quod filii nobilium et maxime regum et principum ab ipsa infantia sunt instruendi in liberalibus scientiis. Capitulum VIII.

Licet deceat omnes homines cognoscere litteras, ut per eas prudentiores effecti magis possent illicita precavere, videntur tamen aliqui licitam excusationem habere si non insistant studio litterarum. Huiusmodi autem sunt pauperes, non habentes vite necessaria, quia si retraherentur a liberalibus disciplinis ut quererent sibi vite necessaria, videntur excusabiles esse. Nobiles autem et maxime reges et principes in divitiis et in possessionibus habundantes, omnino inexcusabiles existunt, sed decet sollicitari circa regimen filiorum, ut etiam ab ipsa infancia tradant eos liberalibus disciplinis. Quod autem studium litterarum sit ab ipsa infancia inchoandum, possumus triplici via venari. Prima via sumitur ex parte eloquentie, secunda ex parte attencie, tertia ex parte perfectionis, que est ex scientia acquirenda. Volentes enim litteras discere et litterales sermones scire distincte proferre, primo modo debent eos esse eloquentes; debent etiam eos esse attentos et studiosos circa ea que in litteris traduntur; tertio debent eos quantum modum sibi possibilem ad perfectionem scientie pervenire. Prima via sic patet. Nam videmus in ydiomatibus vulgaribus, quod raro aliquis perfecte et distincte aliquod ydioma proferre novit, nisi in eo ab ipsa infancia assuescat. Aliqui enim in etate perfecta transferunt se ad partes longinquas ubi ydiomata diversa a natione, etiam si per multa tempora in partibus illis existant, vix aut numquam possunt loqui recte linguam illam, sed ab incolis illius terre semper cognoscitur ipsos fuisse advenas et non fuisse in illis partibus oriundos. Si ergo sic est in ydiomatibus laycorum, multo magis hoc erit in ydiomatibus litteralibus, quod est perfectum ydioma. Videntes autem philosophi nullum ydioma vulgare esse completum et perfectum, per quod perfecte possent exprimere naturas rerum et mores hominum et cursus astrorum et alia de quibus disputare volebant, invenerunt sibi quasi proprium ydioma, quod dicitur latinum ydioma vel litterale, quod constituerunt adeo latum et copiosum, ut per ipsum possent omnes

suos conceptus quos vellent
sufficienter exprimere. Sic si hoc
ydioma est adeo completum ut per
alia ydiomata non possimus
recte et distincte loqui, nisi
ab ipsa infancia assueti simus
ad illa ex parte eloquencie,
videlicet ut recte et distincte
loquamur ydioma latinum,
si volumus liberales discere de-
bemus ab ipsa infancia lit-
teris insudare. Secunda via
ad investigandum hoc idem sumitur
ex parte attencionis et fervoris
quem est in studio adhibendum.
Nunquam autem quis bene studet
nisi sit fervens et attentus. Cum er-
go consuetudo sit quasi altera na-
tura et secundum philosophum in politicis
nobis magis placeant illa o-
pera ad que sumus ab ipsa
infancia assueti, et quilibet
est magis intentus et fervens
circa ea que sunt magis placita,
ut possimus esse magis attenti
et ferventes circa studium libera-
le, ab ipsa infancia insudan-
dum est liberalibus disciplinis.
Tertia via sumitur ex parte per-
fectionis que est ex sciencia acqui-
renda. Nam raro aut nun-
quam quis pervenit ad perfec-
tionem sciencie, nisi quasi ab ipsis
cunabulis vacare incipiat
circa ipsam. Nam licet intel-
lectus eciam ab ipsa creacione
naturali sit bene dispositus ad in-
telligendum et ad cognoscen-
dum naturas rerum, homo tamen est
male dispositus ad capiendum
disciplinam. Licet enim unus
alio sit melioris ingenii quam
alius, universaliter tamen homines
male nati sunt ad sciendum
cum animi nostri cognicio incipi-
at a sensu et a posterioribus. Unde
et philosophus in primo de anima
vult quod anima plus temporis ap-
ponat in ignorancia quam
in sciencia. Per multum enim tem-
poris quis insudat studio ante-
quam pervenire possit ad perfectionem
sciencie. Cum igitur vita nostra est
brevis et artes et sciencie sunt
difficiles et longe et scientie
quoniam male nati sunt ad ca-
piendum scienciam, si volumus
ad aliquam perfectionem sciencie pervenire
debemus ab ipsa infancia
et quasi ab ipsis cunabulis in-
choare. Decet ergo omnes nobil-
es et maxime reges et p-
rincipes, si volunt suos fili-
os recte et distincte loqui
literales sermones, et si volunt
eos esse ferventes et attentos
circa ipsos et pervenire ad
aliquam perfectionem sciencie, ab ipsa
infancia eos tradere libera-
libus disciplinis debent.
Nam ut supra dicebatur, ingenium
est naturale donum nisi vigeat pr-
udencia et intellectu. Sic
si per exercitium liberalium efficiatur quis
intelligencior, et magis vigens
prudencia et intellectu, tan-
to magis decet filios regum
et principum ab ipsa infancia

insudare liberalibus disciplinis
quod dabit eos intelligencio-
res et prudenciores esse ut
possint magis naturaliter dominari.
Possunt enim ad hoc idem aliqua-
liter adduci. Nam si in principe
non vigeat prudencia et
intellectus, de facili convertitur
in tirannidem, quia non cura-
bit de operibus virtutum, sed ap-
petabit numismata et exterio-
ra bona ultra quam deceat,
erit ergo tirannus et populi depre-
dator. Ne ergo filii regum
et principum cum pervenerint
ad aliquod dominium tirannisent,
decet ipsos ab ipsa infancia
insudare literis ut vigere pos-
sint prudencia et intellectu.

Quas sciencias debent addiscere filii nobilium et maxime regum et principum

Septem sciencias esse
famosas apud anti-
quos antiquorum auto-
ritas protestatur.
Hii igitur autem sunt: gramatica,
dyalectica, Rethorica, Mu-
sica, Arismetrica, Geom-
etria, Astronomia. Has
autem omnes liberales vocant
eo quod filii liberorum et nobi-
lium ponebantur ad illas.
Nam addiscebant cum primo fi-
lii nobilium gramaticam. Nam
gramatica secundum alpharabium
inventa est ne erremus
in lingwa et ne peccetur
in sermone. Addiscimus enim
per gramaticam sermonem latinum sive
ydioma, quod est ydioma phi-
lozophorum. Sub illo enim sermone
philosophi suas sciencias tradiderunt.
Cum nature si per nos ipsos non
sufficimus ad inveniendum omnia
scibilia, sed indigemus ad hoc
auxilio philosophorum et doctorum,
expedit nos scire ydioma id
in quo doctores et philosophi sunt
loquti. Et quia hoc scitur per
gramaticam, ideo gramatica inter libera-
les sciencias est computata, quia filii
liberorum et nobilium instrue-
bantur in illa. Secunda libe-
ralis sciencia est Dyalectica, que
docet modum arguendi et oppo-
nendi. Nam modus sciendi
noster est ut per debita argumenta
et per debitas raciones manifestemus
propositum. Oportuit ergo inve-
nire aliquam scienciam docentem modum
quo formanda sunt argumenta
et raciones. Nam nisi modum
arguendi sciremus, possemus
in arguendo peccare et per conse-
quens decipi, credentes enim a-
liquid bene concludere, et concluderemus
falsum. Quod ignoraremus arguendi
modum. Sic ergo necessaria est
gramatica, que est directiva lin-
gwe ne erremus in loquendo,
sic secundum Alpharabium necessaria
est Dyalectica que est direc-
tiva intellectus ne erremus in
arguendo. Tercia sciencia

dr liberalis q̄ ē Rethorica.
Est aūt rethorica ut innuit
phūs in rethorica sua qr
quedā grossa dyalectica Nā
sic fiende sunt racōēs sub-
tiles in naturalibꝫ sciencijs et
in alijs sciencijs speculabilibꝫ
Sic fiende sunt racōnes gro-
sse in sciencijs moralibꝫ que
tractant de agibilibꝫ qr
sic neccīa fuit dyalectica que
docet modū arguendi sub-
tilem et violenciorem sic
neccīa fuit rethorica que
ē qr quedā grossa dyalectica
docens modū arguendi gr-
ossum et figuralem. Hec aūt
neccīa ē filijs liberorū et
nobiliū et maxime regū
et principū quia horum est
consulere gentes et dictare
populo qui nō p̄t percipe-
re nisi racōnes grossas et fi-
guratiues Quarta sciencia libe-
ralis dr̄ esse musica que ut
phūs octauo polit. uidetur inue-
nibꝫ conuenit et maxime filijs
liberorū et nobiliū pp̄ racōē mul-
tas. quarū una ē qr pueri nil
tristabile sustinēt p̄ncipue sic ī-
citare debent aliq delectabilia
dignū ē qr ordinet ad de-
lectacōes innocuas. quare ut
eiusdem phūm musica ē consenta-
nea iuuenum nature qr habent
innocuas delectacōes Secū-
do ad idē hec ... qr ut phūs
innuit in eodē octauo natura
humana nescit ociosa esse Id-
eo ut vitet ociū. secundo ē aliqu
interpone delectacōes musicales
q̄ sunt innocue et licite
ergo hec decens ē filijs liberorū
et nobiliū maxime qui nō
vacantes mechanicis artibus
remanerent ociosi nisi studue-
rint liberalibꝫ disciplinis et sint
exercicijs aliquid interponerent de-
lectacōes musicales q̄ sint licite
et honeste tangit aūt phūs
multas racōnes in politicis per
quas ostendi posset qr filios no-
biliū decet addiscere musicam
sed hec forte infra dicetur Se-
cunda sciencia liberalis dr̄ esse
Arismetrica docens proporcōes rerum
et numerorū ad quā forte filij no-
biliū ideo tradebantur qr sine ea
musica perfecte sciri non p̄t
Sexta sciencia liberalis ē Geome-
tria q̄ docet cognoscere men-
suras et quantitates rerum ad hanc
aūt filij nobiliū forte ideo tra-
debantur qr sine ea Astrono-
mia q̄ ē de quantitate astrorū
et de distancia siderū et de
cursu eorū perfecte sciri non
p̄t Septima liberalis sciencia
dr̄ Astronomia circa quam
antiquitus filij nobiliū ideo
insudabant qr gentes circa in-
dicia astrorum nimis curi-
osi nunquam cum voluer-
unt bella inchoare tunc
nec aliq̄ opera incipere nisi
considerato gradu ascendente et
inspecta constitucōe celi quia
hec per astronomiam cognoscitur
ideo filij liberorum et nobiliū

volebant in astronomie insti-
tui. Sic ergo antiquitus de libe-
ralibus scientiis senserunt, et hi-
as septem artes nimium extol-
lebant. Veruntamen plures alie
sunt scientie longe nobiliores
istis. Nam naturalis philosophia docens
cognoscere naturas rerum longe no-
bilior est quam alie predicte,
sed hec declarare non patitur presen-
tis operis pretensio quia dicit grossa et
figuralis. Rursus methaphi-
sica que modo humano et per
rationes humanitus inventas
de deo et de substantiis separatis, lon-
ge nobilior est quam naturalis philosophia
et etiam quam alia predictarum.
De qua philosophus ait proemio metha-
physice quod nulla est nobilior
vel dignior ipsa, quod intelligere
debemus de scientiis humanitus in-
ventis, inter quas methaphysica
primatum tenet. Amplius theo-
logia que est de deo et de
angelis non modo humano sed
divino, et non per humanam
inventionem, sed magis per in-
spirationem divinam longe et in-
comparabiliter nobilior et dignior
omnibus aliis est. Adhuc etiam
morales scientie ut Ethica que
est de regimine sui, Yconomica
que est de regimine familie, po-
litica que est de regimine civitatis
et regni valde sunt utiles
et necessarie filiis liberorum et
nobilium, et maxime filiis re-
gum et principum, si velint po-
litice vivere et velint alios
gubernare et regere maxime
circa has debent insistere

Sunt autem et alie scientie subalter-
nate et supposite ipsis ut per-
spectiva que est de visu est sub
geometria, medicina vero
est sub naturali philosophia, leges et iura
que sunt de actibus hominum sunt sub
politica que est de regimine civitatis.
Nam ut alibi nos dixisse me-
minimus omnes legiste sunt quasi quidam
idiothe politici. Nam sicut laici
et vulgares, quia arguunt et
formant rationes suas, quem modum
arguendi non docet dyalectica,
ideo ipsi quia non arguunt dy-
alectice nec artificialiter appel-
lantur a philosopho idiothe dyaletici.
Sic legiste, quia eadem de quibus
est politica dicunt narrative
et sine ratione, appellati sunt idio-
the politici. Ex hoc autem patet
quod quanto magis honorandi sunt
scientes politicam et morales sci-
entias quam scientes leges et
iura. Nam quanto scientes et di-
centes causam honorabiliores sunt
loquentibus non reddentibus causam
dicti, tanto honorabiliores sunt
illis illi. Ex hoc etiam appa-
rere potest quod scientes magis ho-
norandi sunt. Nam primo honorandi
sunt divini et scientes theolo-
giam, quia sicut deus ipse est
deus omnium creaturarum, sic theologia
que precipue est de deo, est domina
omnium humanarum scientiarum. Post the-
ologos vero magis sunt hono-
randi methaphysici, quia, ut su-
pra dicebamus, inter scientias humanitus
inventas methaphysica primatum
tenet. Post hos autem honorari
debent naturales philosophi

qma nalis phia lic3 sit insi
metha, tenet tn̄ pimatu
int omnes alias sciās inven
tas ab homine. Sic ergo scientes
gradatim sunt honorandi, hi
nis ergo sicis sic diuisis declara
tale per cetera quas sciās filii
nobiliū et maxime regum et prin
cipum debeant insudare. Nam
cum opporteat eos esse quasi semi
deos debite et absque negligen
cia negociis regum intenderi
non vacant circa subtiles sciās
perscrutari. Maxime igitur debent
ipsos bene se habere circa diuina
et esse instructos et firmos
in fide, et illas sciās scire
per quas ipsos se et alios
nouerunt regere et gubernare, hu
iusmodi sunt morales sciē. Ali
as ergo sciās intantum debent eos
scire inquantum dirigunt in mo
rali negocio. Debet igitur eos
scire gramaticam ut intelligant
idioma nāle eo in quod ydio
ma tam morales sciē quam
alie faciliter traduntur. Immo ne
minus quam ita deffinivit negocio
morale debent reges et principes
scire ydioma litterale ut possint
secreta sua aliis scribere et le
gere absque aliorum instructione. Filii
ergo nobilium quicumque intē
dant esse milites, et vacare
negocio politico debent insu
dare ut sciant ydioma litterale
Debent etiam aliquid addiscere
de dyalectica et rethorica, ut
ex hoc subtiliores fiant ad
intelligendum concedentes porta
cio scilicet totum ingenium debent
:sunt:

exponere ut bene intelligant
moralia et ut sciant se et ali
os regere et defendere. Nam et de
musica eo in plenum in politi
cos scire debent inquantum deser
uit ad bonos mores. Sic ergo
morale negocium scire expedit
ab hiis qui cupiunt principari
ut si omnes alias sciās igno
rarent ad huc studere debe
rent ut eis moralia uni
versale et grosse proponentur, ex
per ea principes sufficienter
instruuntur qualiter debeant prin
cipari et quomodo se et ceteros in
ducere debeant ad virtutes etc.

Qualis debet esse magister qui filiis nobilium et maxime Regum et principum est proponendus · IX

Philozophus circa finem tercii Ethicorum concupiscibile sive concupiscibilitatem assimilat puero et racionem assimilat pedagogo. Sic ergo concupiscibilis indiget racione di rigente et regulante, sic puer indiget magistro et pedago go. Quare sic racio semper deprecatur ad optima ut in eodem primo Ethicorum dicitur, sic et magister puerorum semper debet eos ad optima instigare. Sic ergo in doctrina puerorum finis est intellectum instigandum ad optima quia ex fine accipienda est racio omnium aliorum / licet que

rendus est magister qui possit iuve-
nes sibi commissos ad optima in-
ducere. Licet optimum autem et bo-
num ad quod inducendi sunt iuve-
nes est duplex scientia scilicet et mores
ad bonos autem mores inducit
aliquis dupliciter exemplo per
bonitatem vite, et verbo per mo-
nitiones debitas. Quantum igitur
ad presens spectat magister puerorum
nobilium, et maxime regum
et principum, tria habere debet. Debet
enim esse sciens in speculabi-
libus, prudens in agibilibus,
et bonus in vita. Ad hoc autem
quod sit sciens in speculabilibus
tria requiruntur. Primo quod sit in-
ventivus ex se, et quod intelligat
aliorum dicta, tertio quod sit iudi-
cativus tam de inventis quam
de hiis que ab aliis intellexit.
Inventivus enim debet esse quia qui
nullo modo scit aliquid invenire
sed solum novit aliorum dicta
referre, magis est recitator quam
doctor. Debet ergo ipsum esse
inventivum. Secundo debet ipsum
esse intelligentem, et semper
perspicacem. Nam sicut nullus bene con-
stitute sibi sufficit in vita sed
ad hoc quod habeamus in vita suf-
ficientiam oportet nos in so-
cietate vivere ita quod auxilia
aliorum subveniant nobis ad
indigentiam vite, sic et for-
te multo magis ut patet per
philosophum 2o metaphysice, nullus
sibi sufficit in speculando
sed semper posteriores philosophi ex di-
ctis priorum habuerunt auxil-
ia et iuvamenta. Non ergo suf-
ficit ad perfectionem scientie quod aliquis

sit inventivus ex se, sed quod sit per-
spicax et intelligens aliorum
dicta. Tertio oportet ipsum esse
iudicativum. Nam perfectio scientie po-
tissime in iudicio consistit. Non
enim satis est dicta aliorum intel-
ligere et de multa invenire ni-
si tam de intellectis quam de in-
ventis noverit iudicare que sint
tenenda, et que sunt reprob-
anda. Quantum ergo ad scientiam
talis debet queri doctor qui
sit inventivus ex se, intelligens
alios et bene iudicativus tam
de inventis quam de intellectis. Nam
dato quod filii nobilium et ma-
xime regum et principum nolint
omnino ad profunditatem scientie ingre-
di, sed sufficiat eis de hiis
aliqua cognoscere. Nichilominus
tamen doctores bene scientes debent
inquirere. Eo quod doctrina pruden-
tium est facilis, et qui clare
intelligit clare loquitur. Illa ergo
modica que scire cupiunt facil-
lius clarius et verius intelligent
a sciente quam ab inscio. Unde
talis debet esse doctor, et quod
debet esse sciens ut doceat in scientia.
Restat videre quomodo debet esse pru-
dens in agibilibus ut instruat
in bonis moribus. Ad huiusmodi
autem prudentiam de-
scribendam libenter possemus enu-
merare omnia iam dicta que in primo
libro de prudentia tetigimus.
Sufficiat tamen quatuor ad presens de
illis enumerare. Doctor ergo pu-
erorum nobilium debet esse sic
prudens in agibilibus, ut sit

memor · prouidus · cautus et cir
spectus / debet ergo esse memor
recolendo preterita · Nam sicut
volens rectificare virgam /
nunquam eam rectificare posset
nisi cognosceret ex qua parte
esset obliqua / sic volens
alios rectificare nunquam eos
congrue rectificare posset nisi
haberet preteritorum noticiam per quam
cognosceret quomodo obliqua essent
Decet ergo aliorum directorem esse
memorem preteritorum / Secundo
decet ipsum esse prouidum futurorum
Nam sicut aliorum director debet co
gitare preterita ut sciat quomodo per
tempora preterita obliquati fuerunt
quomodo ab eo fuerunt dirigendi /
sic debet prouidere futura / ut
adhibeat medicamenta ad ea
per que inposterum facilius
obliquari possent · Tercio de
cet ipsum esse cautum · quia
ut in primo libro tetigimus
sicut in cognoscendo et specu
lando est adhibenda cau
tela ne falsa admisceantur
veris Sic etiam in agendis
contingit homines esse incau
tos ne mala admisceantur
bonis · Quedam enim sunt que
mala superficietenus conside
rata apparent bona / sicut
quedam falsa apparent vera
Quare sicut doctorem in specu
labilibus sic decet ipsum esse
diligentem et cautum / ut
proponat suis auditoribus
vera / sic qui vult iuuenes
dirigere debet esse cautus pro

ponens eis bona sine admix
tione malorum / Quarto huius
modi doctor debet esse circum
spectus uel expertus · Nam experi
encia particularia cognoscere · specta
huiusmodi doctor debet cognoscere
particulares condiciones illorum
iuuenum quos habet dirigere ·
Nam cum quidam iuuenes habeant
alias et alias condiciones et sint
proni ad alia et ad alia /
sic sunt alii et alii instru
endi / talis ergo debet esse do
ctor iuuenum ut eos per debi
tos sermones et per debitas
moniciones inducat ad bonum /
Verum quia ad bonum contin
uet non solum monicionibus
et correctionibus sed etiam operibus
et exemplis instruimur quia huius
modi doctor sit in vita bona
et honesta / Nam quia etas iu
uenilis valde est prona ad
intemperantiam et lasciviam /
contingitque preceptor doctor eis
verba bona proponet / si tamen opera
contraria faceret / timendum illi eius
exemplo inducti / de facili
ad illicita declinarent · Patet
igitur qualem conueniat esse docto
rem quia quantum ad speculabilia
sit inuestigatiuus et se
intellectus aliorum / inuestiga
tiuus eorum intellectorum quam
inuentorum / Quantum vero ad
prudenciam agibilium / decet
ipsum esse memorem · prouidum
cautum et circumspectum / Quantum
autem ad vitam / decet ipsum

esse honestum et bonum. Si ergo
reges et principes, et universa-
liter omnes, valde sollicitantur
qualiter provideant suis no-
mismatibus possessionibus et ce-
teris inanimatis, quia secundum
philosophum primo polit. semper de
animatis est amplior cura
habenda quam de inanimatis
et de filiis quam de aliis, va-
lde deberent esse solliciti et
cum magna diligencia atten-
dere, qualem industriam ponerent
in regimine filiorum.

Qualiter circa loquelam visum et auditum instruendi sunt iuvenes. Capitulum

Circa finem septimi
polit. docet philosophus
iuvenes cohibendos
esse circa loquciones
visiones et auditum. Non
enim decet pueros qualitercumque loqui
nec decet eos qualiacumque vi-
dere, vel qualiacumque audire.
Sed oportet ibi aliquem modum adhib-
endum circa loquelam, quia iu-
venes triplex peccare vide-
ntur. Primo quia de facili loq-
untur lasciva, secundo quia loq-
untur falsa, tercio quia ut p-
lurimum loquuntur fatua, et in-
premeditata. Loquuntur enim de
levi lasciva, quia ut sup-
erius in primo libro dicebatur
iuvenes sunt insequtores pa-
ssionum et ad lasciviam pron-
i. Ideo cum eis sit adhibenda
cautela ubi periculum iminet
cohibendi sunt iuvenes a loq-
uendo lasciva, et a sermonibus
turpibus et sunt increpandi et
eciam corrigendi, si eos talia
loqui contingat, valde autem caute
sunt a sermonibus huiusmodi co-
hibendi. Et racio huius est quia
ex talibus loqucionibus de facili
ad opera turpia inclinantur.
Ipsa enim loquela turpium fa-
cit in nobis memoriam illi-
citorum et facta memoria augetur
concupiscencia circa ea, concupiscen-
cia vero augmentata facilius
inclinamur ad ipsa, propter quod bene
dictum est: Corrumpunt bonos
mores colloquia prava. Cohi-
bendi ergo et corrigendi sunt
iuvenes ne loquantur lasciva.
Secundo corrigendi et cohi-
bendi sunt ne loquantur falsa.
Nam ut superius diximus iuvenes
sunt mentitivi, cum ergo consue-
tudo sit quasi altera natura, ex quo
iuvenilis etas inclinatur
ad dicendum falsum et mendacium,
quod secundum philosophum quarto Ethicorum, est
per se pravum et fugiendum, per
debitas moniciones et correcciones
inducendi sunt ut relinquentes
mendacium adhereant veritati que
secundum philosophum in eodem quarto Ethicorum
est per se bona et laudabilis. Ter-
cio cohibendi sunt ne absque
premeditacione loquantur. Nam
iuvenes sunt inexperti et pauca
cognoverunt, quia ergo pa-
uca cognoscunt, ad pauca

refficientes enunciat facile, id est enunciant cito et debiliter non deliberantes. Ideo monendi sunt, ne ad interrogata statim respondeant. Licet enim nullus repente sit summus, et iuvenes non statim possint esse perfecti et prudentes, tamen assuescant ut premeditati respondeant et precogitent in sermonibus proferendis, per successionem temporis disponentur ut proferant sermones irreprehensibiles. Viso qualiter pedagogi et doctores iuvenum debent eos instruere quomodo se habeant ad loquelam. Restat videre quomodo sunt instruendi ut se habeant circa visum. Circa visionem autem iuvenum duplex cautela est adhibenda. Primo quantum ad visibilia. Secundo quantum ad modum videndi. Quantum ad visibilia quidem, quia sicut non decet ipsos dicere turpia loqui, sic indecens est eos turpia videre. Huius autem ratio assignatur a philosopho septimo Politicorum, ubi ait, quod omnia prava amamus magis, ideo quod oportet ab ipsis iuvenibus extranea facere, quecumque sunt turpia, et quecumque infectionem habent, quia que primo accipiuntur, cum maiori admiratione videntur. Quare magis sunt attenti circa illa, et per consequens ~~inclinantur ad acquirendum ea. Unde et philosophus prohibet~~ magis memorie retinent ea. Iuvenes ergo, quia omnibus quia omnia sunt nova maiori ardore feruntur in ea que vident. Ideo si contingat eos videre turpia, magis recordantur de illis, et per consequens inclinantur ad acquirendum ea. Unde philosophus prohibet ut non solum prohibeantur iuvenes ad videndum turpia in re, sed etiam in picturis vel in imaginibus, ut si mulieres essent depicte vel sculpte non essent iuvenibus ostendende. Nam satis illa etas prona est de se ad lasciviam et ad passiones inordinatas. Non oportet ipsam per visionem turpium ad ulteriora provocare. Secundo adhibenda est cautela in iuvenibus, ut instruantur quod palpebras oculorum cum maturitate elevent, non ut habeant oculos vagabundos. Inclinatur enim etas illa, eo quod omnia reputat tamquam nova, ut omnia videre velit, et circa omnia visu vagatur. Quod in regibus et in principibus valde est indecens si habeant oculos vagabundos. Nam ex hoc indicantur leves corde et parvifici et pusillanimes, eo quod videntur de omnibus admirari. Reges igitur qui debent principari et dominari, etiam ab ipsa infancia monendi sunt de modo videndi ut mature se habeant circa elevationem oculorum et circa

videndi modum. Ita faciliter quis virum statum observat quem ab infantia assueverit. Ostenso quomodo instruendi sunt iuvenes quantum ad loquelam et visum restat ostendere quomodo sunt instruendi ut se habeant ad auditum. Circa quem quantum ad presens spectat etiam duplex cautela adhibenda est. Primo quantum ad res auditas. Secundo quantum ad eos quos audiunt. In rebus autem auditis observanda est cautela quantum ad iuvenes ut prohibeantur ab audiendo turpia. Nam et ipse philosophus septimo polit. ubi de hac materia loquitur. Prohibendi sunt iuvenes ne audiant quecumque turpia. Quia audire est prope ad ipsum facere. Secundo ergo ipsum cohibendi sunt iuvenes ab auditu turpium quia ex hoc de facili inclinantur ad opera. Secundo adhibenda est cautela in ipsis iuvenibus quantum ad eos quos audiunt. Quia sicut decens est eos audire pulchra et honesta, et indecens est audire turpia sic decet eos audire viros bonos et honestos et cohibendi sunt ne audiant maliloquos et inhonestos.

Quot modis peccatur circa cibum et qualiter se habere debeant iuvenes circa ipsum cibum. Capitulum XI

Diximus superius iuvenes ab infantia instruendos esse in bonis moribus et operibus virtuosis. Sed quia ut supra dicebatur in moralibus negotiis sermones universaliores minus proficiunt oportet specialiter tractare quomodo iuvenes sunt instruendi. Sic ergo prius diximus quomodo se habere debent circa loquelam et circa visum et auditum. Restat ostendere quomodo se habere debeant circa cibum et circa potum, et circa venerea sive circa matrimonium contrahendum. Sed primo dicemus quot modis peccatur circa sumptionem cibi et qualiter se habere debent iuvenes circa ipsum. Circa cibum autem contingit sex modis delinquere. Primo si sumatur nimis ardenter. Secundo si nimis in quantitate. Tertio si turpiter. Quarto si inordinate. Quinto si nimis laute vel delicate. Sexto si nimis studiose. Delinquitur enim primo circa cibum si sumatur nimis ferventer. Nam hoc non solum nocet anime quia nimis ferventes et avide sumentes cibum sunt gulosi et intemperati, sed etiam nocet corpori. Nam cibus nimia aviditate sumptus non bene masticatur et per consequens minus bene digeritur. Ordinavit enim natura animalibus dentes, ut per eos cibus

debite triti facilius paciuntur
a calore naturali et per consequens
facilius convertuntur in nutrimen-
tum. sic ligna minute trita
facilius igniuntur et convertun-
tur in ignem. Hunc ordinem
naturalem ut plurimum non
observant sumentes cibos ni-
mis avide. Nam ut innuit
philosophus 3° Ethicorum. Modica
delectatio est ad hoc cibus atti-
git linguam, sed maior e-
ius attingit guttur. Gulo-
si igitur qui nimis avide
cibum sumunt et cum magis
delectationem, non intendunt de-
lectari quod cibus diu in ore
existat, sed cupiunt ut cito
perveniat ad guttur. Ideo
tales ut plurimum cibum non
masticant, sed cum in ma-
sticatu transglutiunt. Sicque
cibum sic sumptum non
bene digerit et per consequens se-
quitur. quod non solum ledat a-
nimam sed etiam et corpus.
Secundo delinquitur circa
cibum in sumendo nimia
quantitate. Nam et hec nocet
anime quia reddit ipsam in-
temperatam, et etiam nocet
corpori quia impedit dige-
stionem bonam sive debitam.
Si enim cibus bene digeri de-
beat oportet ipsum esse propor-
cionatum calori naturali, quia si
in tanta quantitate sumatur quod
calor naturalis ei dominari non
possit non bene digeritur et per
consequens non causat debitum
nutrimentum. Tercio delinquitur
in sumendo turpiter. Sicut
enim plurimi scriptores pastores
nestictos, qui vix aut nunquam
comedere possunt quin sua ve-
stimenta deturpant. turpitu-
do autem corporalis licet in
se non sit delictum, peccatur
tamen circa eam, si contingat con-
tingat ex inordinacione anime
quia cum turpis modus sumen-
di cibos signum sit cuius-
dam gulositatis vel inordi-
nacionis mentis; in sum-
pcione cibi non solum cavenda
ardor et nimietas sed etiam
cavenda est turpitudo. Quarto
etiam circa cibum delinquitur
ex inordinacione temporis ut si
sumatur ante horam vel in-
mis inordinate sumatur
cibus. Nam ex tali sumpcione
cibi efficitur homo gulosus et
intemperatus. et etiam leditur
in corpore. Nam omnes actiones
naturales in plurimum mensurantur
quadam periodo. Unde est quod
quia consuetudo est quasi altera
natura. Ideo cum homo assuescit
sumere cibum in aliqua hora
ut plurimum appetit sumpcionem
eius in eadem hora. Si ergo
inordinate et preter consue-
tam horam. mittitur homo
cibum sumere, ut plurimum
ante digestionem primi cibi su-
mitur secundus cibus. leditur
ergo inde corpus. Hora

debita et determinata non solum propter bonitatem anime sed etiam propter sanitatem corporis abstinenda est in cibi sumptione. Nimis peccatum circa sumptionem cibi quantum ad cibaria nimis lauta et delicata ultra quam eius status requirit. Delicatos enim ciborum accipienda est secundum conditionem persone et secundum statum nobilitatis eius. Qui ergo ultra quam conditio persone exigat et ultra quam eius status requirat delicata cibaria querit delinquit quia hoc ex aliqua intemperantia vel ex aliquo vitio provenit. Sexto delinquitur si querant cibaria nimis studiose parata. Nam etiam in vilibus cibariis potest quis se ostendere nimis gulosum si nimis studiose velit ea esse parata. Videntur enim tales vivere ut comedant non comedere ut vivant cum nimium studium apponant circa preparationem ciborum. Hiis ergo visis de levi apparet qualiter instruendi sunt pueri ut se honeste habeant circa cibos. Nam nullus repente fit summus. Sufficiet autem eos paulatim et decenter instruere ut cum ad debitam etatem pervenerint sint sufficienter instructi qualiter se habere debeant in sumptione ciborum.

Qualiter instruendi sunt pueri ut se habeant circa potus et circa venerea et circa coniugia contrahenda. Capitulum XII

Postquam in precedenti capitulo diximus qualiter circa cibum delinquitur, restat dicere qualiter delinquitur circa potum. Dicebatur enim supra quod iuvenilis etas maxime prona est ad intemperantiam. Et quia cum semper maior sit adhibenda cautela ubi magis periculum imminet, in puerili etate cavendum est ne iuvenes efficiantur intemperati. Temperantia autem circa tria est adhibenda: circa cibum et potum et venerea. Nam non solum cibus indebite sumptus intemperantiam causat sed etiam potus. Decet ergo iuvenes non solum quod abstineant ne efficiantur gulosi ex sumptione cibi, sed etiam decet eos esse sobrios ne efficiantur ebrii ex sumptione potus. Vinum enim immoderate sumptum quantum ad presens spectat tria mala causat. Primo quia venerea provocat. Cum ergo corpore calefacto maior sit incitatio ad actus venereos, vinum quod maxime calorem efficit immoderate sump-

Incitat ad incontinentiam, quo
sumptio nimia vini incli-
nantis venerea provocat
tanto magis cavenda est
in etate iuvenili quam senili
quanto illa etas pronior est
ad lasciviam quam alia.
Secundum malum quod movet
nimia sumptio vini est deperi-
tio rationis. Nam ascendentibus
fumositatibus vini ad caput
turbatur cerebrum, quo
turbato deperit ratio intra
quantum ad suos actus, quia
non possumus libere ratione
uti. Si immoderata ergo sump-
tio vini intantum impedit
rationis usum, maxime cum
turbat cerebrum. Unde est
ergo quod aliqui plus offendun-
tur a vino quam alii, qui
habent debilius caput et
citius turbatur eorum cere-
brum. Prohibendi sunt
ergo iuvenes a nimia sump-
tione vini, quia propter debi-
litatem cerebri citius offend-
untur a vino. Tertium ma-
lum quod ex vino consurgit
est lis et dissensio, turbato enim
cerebro ex nimia sumptione
vini et amisso usu rationis
de facili prorumpitur in verba in-
ordinata et consurgunt dis-
sensiones et lites. Immo quod
ita consurgit ex inflatione san-
guinis, vinum quod propter sui cali-
ditatem inflammat sangui-
nem reddit hominem animo-
sum et ita irascibilem, quo facto

facilius provocatur ad dissensio-
nes et lites. Iuvenes ergo quia sunt
amatores contumeliarum, ut
vult Philosophus secundo Rhetoricorum, pro-
hibendi sunt a nimia sump-
tione vini, per quam citius ad
lites et contumelias provocantur.
In omni ergo etate cavendum
est a immensitate cibi et a po-
tus immoderatione. Verumtamen quia
facilius adheremus hiis ad
que ab infantia assuetis,
decet eius patres et maxime
reges et principes sollicitari
circa regimen filiorum ut ab
ipsa infantia sic regantur
quod sint abstinentes et sobrii.
Viso qualiter iuvenes de-
beant se habere circa cibum et
potum, restat videre qualiter
se habere debeant circa vene-
rea et circa coniugia. Consideranda
oritur enim luxuria et gu-
la quasi filia ex matre. Si ergo
diximus iuvenes instruen-
dos esse ne sint gulosi,
restat dicere quomodo instruendi
sunt ne sint lascivi. Cavendum
ergo omnis actus venereus extra
matrimonium sicut hec ratione
dictante, quia decet patrem
sic sollicitari circa filios
ut sint virtuosi. Iuvenes
continere volentes inducendi
sunt ut propria coniuge sint
contenti. Sed quia autem etate debe-
ant uti coniugio, ostendit Philosophus
septimo Politicorum dicens quod in
masculis requiritur etas decem
octo annorum. In tali enim

etate zm phm procreantur
filii magis perfecti. Sed quia
vis generativa ut supra dixi-
mus est minus corrupta suf
ficiat toto tempore augmenti quod
durat communiter usque ad xxi
annum abstinere iuvenes a car
nali copula. quia si infra
illud tempus utantur coniugio
provocantur ad lasciviam
impeditur eorum augmentum ut
vult philosophus in eodem poli. Sic
ergo utendum est coniugio. si vi
vis concupiscibilis non esset ni
mis corrupta. Sed timendum
est de corruptione concupiscibi
lis. si doctores puerorum per
cipiant iuvenes in tantum
tempus expectare non posse po
terit ad tempus praeteritum prius
eis videbitur expedire. Qualiter
autem debeant se habere iuven
es cum uxore iam ducta et
que sunt consideranda in uxo
re ducenda. supra cum egimus
de regimine coniugali diffusius
diximus.

Qualiter pueri sive iuvenes se habere debeant in ludis in gestibus in vestitu. Capitulum VIII

Ostenso quomodo iuve
nes debent esse abs
tinentes in cibo
sobrii in potu tem
perati in venereis contrahendo co
niugium in etate debita et
modeste se habere cum uxore
iam ducta. Restat ostendere
quomodo circa ludos circa gestus et
circa vestitum debeant se ha
bere. ludos autem ut probat
philosophus octavo poli. esse necessarium in
vita. quod quantum ad praesens spectat
duplici via declarari potest. Primo
ex vitatione illicite solicitudi
nis. Secundo ex adeptione fi
nis intenti. Prima via
sic patet. Nam mens huma
na nescit ociosa esse. cum ergo
quis vacat ocio et non
intendit aliquibus delectatio
nibus licitis statim incipit va
gari cogitando de illicitis. Unde
philosophus octavo poli. ait quod
ludus est quedam deductio et vi
tatio solicitudinis. Sicut ergo non so
liciteremur circa aliqua illicita
et ut vitemus delectationes illici
tas expedit aliquos habere
aliquos ludos. et aliquas
deductiones licitas et hone
stas. Qui sunt autem illi lu
di et ille deductiones circa quas
debent vacare pueri. infra di
cetur. Secunda via ad osten
dendum hoc idem sumitur ex
adeptione finis intenti. Nam
non semper statim est possibile habere
finem intentum. ne ergo propter con
tinuos labores deficiat a con
secutione finis. expedit aliquos
ludos et aliquas deductiones in
ponere suis curis. ut ex hoc
aliquam requiem recipientes
magis possent laborare in
consecutione finis. Unde et finis
philosophus septimo poli. ait

quod quia homo non potest semper
requiescere in fine adepto et
quia aliquando quis constituit
finem in quo diu laborat
antequam consequatur illum, ideo
oportet interponere aliquos lu-
dos, et aliquas delectationes
ne deficiat a consecutione finis.
Sic ergo instruendi sunt pueri
circa ludos ut non omnino pro-
hibeantur a ludis, sed ut m-
oderate habeant ludos ho-
nestos et liberales. Nam ludi
turpes et eloquia et deduc-
tiones inhoneste prohibende
sunt a iuvenibus ut vult philosophus
septimo politicorum. Viso qualiter iuve-
nes se habere debent circa ludos.
Restat videre qualiter se debeant
habere circa gestus. Gestus autem di-
citur quilibet motus membrorum
ex quibus indicatur pars motus
anime. Videmus enim pruden-
tes et bonos habere gestus ordi-
natos et honestos, cohibent
enim illi sua membra ne a-
liquem motum habeant
ex quo quis coniecturari possit
elationem animi vel insipi-
entiam mentis vel intempera-
ntiam appetitus. Est enim ho-
nesta disciplina in gestibus.
Nam quia ipse intentus est circa ra-
tionem et intellectum, non se per
capit naturales impetus, nec se
agit ex naturali instinctu ut
aves et bestie. Aves enim et
alia animalia ex naturali inst-
inctu agentia, non se indig-
ent disciplina ut homo qui com-
mittitur rationi et intellectui

ad agendum opera sibi debita non
sufficit inclinatio a natura, di-
sciplina autem que est danda
in gestibus est ut congrue membra
ordinentur ad opus sibi de-
bitum. Homo enim non audit per
os, sed per aurem. Frustra er-
go cum quis vult audire alium
retinet os apertum. Sic etiam
homo non loquitur pedibus nec
manibus nec spatulis, sed ore.
Sic ergo sunt indisciplinati
gestibus qui cum volunt alios
audire retinent os apertum.
Sic sunt indisciplinati in
gestibus qui cum volunt loqui
extendunt pedes et crura
vel nimis confuse movent
brachia, vel erigunt hume-
ros vel faciunt talia que
ad loquendum non deserviunt.
Sic ergo disciplinandi sunt
iuvenes ut habeant illos
gestus et sic utantur gestibus
motibus membrorum ut deser-
viunt ad opera que intendunt.
Nam aliquos motus membrorum
agere non deservientes operi in-
tento vel procedit ex insipi-
entia mentis vel ex elatione
animi vel ex aliquo alio
vitio. Hiis visis restat
exequi de tertio quod prome-
batur in principio capituli
videlicet qualiter se habere de-
beant iuvenes circa vestitum
vestimenta quidem ad tria ordi-
nari videntur videlicet ad

Delectacionem utilitatem et honorem. Omne enim bonum vel est delectabile vel utile vel honestum sive honorabile. Bonum enim honestum bonum honorabile dici potest. Nam honestas est idem quod honoris status. Si ergo vestimenta querimus propter bonum delectabile, sic querunt delicata et mollia. Si propter utile, sic querunt calida ad repellendum frigus tempore hyemali vel non calida tempore estivali. Si vero querunt propter bonum honorabile, sic querunt pulchra et decora. Indecens est autem nimis sollicitari circa molliciem vestium et circa delectacionem in ipsis. Nam ex hoc efficiuntur quasi intemperati et timidi. Declives enim quasi ad lascivias et ad molliciem carnis prorumpunt si nimis delectentur in mollicie vestium. Videntur enim clerici esse magis muliebres quam viriles, quia non sunt constantes sed molles, et de facili ad lascivias prorumpunt. Secundo nimia mollicies reddit hominem timidum. Nam cum arma et ferra in se gravedinem habeant, qui semper sollicitantur circa mollia vestimenta dubitat arripere arma et efficitur timidus. Iuvenes igitur maxime cum ad illam etatem venerint quod sint habiles ad vacandum circa labores bellicos, ne abhorreant arma in-

struendi sunt ut non nimis delectentur in mollicie vestium. Dicto autem quomodo debent se habere iuvenes in vestibus ut deserviunt ad delectacionem, restat videre quomodo se habere debent circa eas ut deserviunt ad utilitatem, quod videtur habere distinguendo inter complexiones, tempora et etates. Nam habentes complexiones magis densas et minus porosas non sic leduntur a calore et frigore, sicut habentes complexiones raras ut et mulieres, quia sunt magis flegmatice, et habentes complexionem densam et minus porosam propter raritatem pilorum ideo offenduntur a calore et frigore quam viri. Sic etiam distinguendum est inter tempora. Nam temporibus frigidis et flante borea utendum est aliis indumentis quam calidis flante austro. Distinguendum est etiam inter etates, quia senilis etas eo quod magis careat calore naturali ideo plus indiget de exteriori calore. Vestimenta igitur considerata proprietate temporum complexionum et etatum diversificanda sunt ut deserviunt ad bonum utile. Sed ut deserviunt ad bonum honorabile attendenda est consuetudo patrie et condicio personarum. Sic ergo instruendi sunt iuvenes circa vestitum

Ut non nimis sint solliciti circa mollitiem vestium, considerata conditione temporis complexionis et etatis, prout requirit consuetudo patrie et conditio personarum utantur debito indumento ad utilitatem corporis.

Quod in etate iuvenili maxime cavenda est prava societas. XIIII.

Non sufficit scire qualiter iuvenes se habere debeant circa ludos gestus et vestitus, nisi sciverint cum quibus sociis debeant conversari. Quantum autem ad presens spectat quatuor videntur inesse ipsis iuvenibus, et quibus quatuor rationes sumi possunt quod maxime in iuvenili etate fugienda sit pravorum societas. Iuvenes enim primo sunt molles et ductibiles. Secundo sunt passionum insecutores et proni ad malum. Tertio sunt nimis amatores societatum. Quarto sunt nimis creduli. Prima ergo via ad ostendendum quod maxime competit iuvenibus fugere prava sumitur ex eo quod iuvenes sunt nimis molles et ductibiles. Anima enim ut plurimum sequitur complexiones corporis. Nam nostra cognitio incipit a sensu, et sensibilia sunt magis nobis nota. Ideo ut pluries homines sequuntur appetitum sensitivum. Appetitus autem sensitivus est virtus organica corporalis. Quare oportet talem appetitum sumere modum et mensuram ex ipso corpore. In illa ergo etate in qua quis habet corpus magis molle et magis ductibile, est magis mollis et magis ductibilis secundum appetitum. Quare cum mollia et ductibilia facilius recipiant impressiones ex hiis quibus coniunguntur, sicut dicitur puer et iuvenes cum sint magis molles et ductibiles quam adulti, facilius imprimuntur eis mores sociorum in etate iuvenili quam in alia. Maxime ergo tunc prohibendi sunt a societate prava. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo quod iuvenilis etas maxime est prona ad malum et insecutiva passionum. Nam de facili quis inducitur ad illud ad quod est pronus. Si ergo iuvenes sunt proni ad malum ut patuit cum determinavimus de moribus iuvenum, maxime in iuvenili etate cavendum est a societate

Tertia via ad probandum hoc idem sumitur ex eo quod iuvenes sunt nimis amatores amicitiae. Nam ut dicitur secundo Rethoricorum iuvenes sunt amici et amatores sodalium magis quam aliarum aetatum, quia gaudent in convivendo. Sicut ergo ea aetas maxime delectabilia prosequitur, tunc valde delectabile sit convivere amicis, aetas illa gaudet convivere in societate et amicari a sodalibus. Iuvenes ergo in ea aetate maxime cohibendi sunt iuvenes a societate prava, quia tunc maxime se conformant moribus sociorum, eo quod maxime delectantur in societate vivere. Delectatio enim est conformationis convenientis et tunc convenienter. Nullus ergo gaudet in societate vivere nisi gaudeat se sociis conformare. Quarta via sumitur ex eo quod iuvenes sunt nimis creditivi. Delectationes enim sensibiles illicite, licet sint vere turpes et fugiende, putantur esse bone et in apparentiam. Iuvenes ergo quia de facili credunt et non habent perfectum rationis usum, de facili inducuntur a sociis, et de facili persuadetur eis ut credant bona sensibilia esse sequenda.

Qualis cura gerenda sit de pueris a principio nativitatis usque ad septem annos. XV.

Quia sermones particulares valde videntur esse proficui in morali negotio, ideo particulariter descendendo ad diversa tempora ostendemus qualis sit circa filios ~~gerenda~~ [cura tenenda] usque ad septem annos. Secundo qualis a septennio usque ad xiiii annum. Tertio circa a quartodecimo anno et deinceps. Tangit autem philosophus septimo politicorum sex circa pueros que observanda sunt in puericia. Primum est quod usque ad septennium debent pasci mollibus, ita tamen quod a principio maxime sunt alendi lacte. Secundo quod sunt prohibendi a vino. Tertio sunt assuescendi ad frigora. Quarto sunt assuescendi ad quemcumque et competentes motus, quod in ea aetate videtur esse proficuum. Quinto sunt retrahendi per debitos ludos et sunt eis recitande aliquae historiae et aliquae fabulae in quibus recreentur, et hoc maxime cum incipiunt proferre sermones verba. Sexto a ploratu sunt cohibendi. Iuvenes ergo usque ad septennium alendi sunt mollibus, ita tamen quod a principio maxime alendi sunt lacte. Vinum et philosophus septimo politicorum ait quod huiusmodi lactis maxime videtur esse familiare corporibus

puerorum. In illa ergo etate
tenera usque ad septem annos
alendi sunt mollibus et hu-
midis, quia talia facilius con-
uertuntur in nutrimentum. Obser-
uandum tamen est in membris cum a-
limentum lacte, quod si contingat
eos sugere aliud lac quam ma-
ternum, querenda est mulier
siue femina alicuius nutricis con-
ueniens ad complexionem, eo quod
lac maternum maxime
uidetur esse proportionatum proprio
filio. Secundo pueri prohi-
bendi sunt a uino et ma-
xime illo tempore quo lactantur
et hoc secundum philosophum propter egri-
tudines. De facili enim distempe-
rantur pueri et efficiuntur ma-
le dispositi in corpore, si tempore
quo ut plurimum pascuntur
lacte assuescunt bibere uinum.
Immo dicunt aliqui quod si eo tempore
ad uinum assuescant disponun-
tur ad lepram. Tertio pueri
sunt assuescendi ad frigora.
Unde philosophus septimo politicorum ait quod
mox expedit consuescere ex pu-
eris paruulis ad frigora.
Assuescere enim pueros ad frigo-
ra utile est ad duo, primo
ad sanitatem. Unde idem philosophus
ait quod exercitari ad frigora fa-
cit bonam habitudinem in pu-
eris propter caliditatem existentem
in illis. Secundo exercitium ad fri-
gora in paruis utile est
ad bellicas actiones. Nam
frigus membra consolidat et con-
stringit, ita quod cum peruene-
rint ad etatem debitam ap-
tiores sunt ad opera bellica si
a puericia aliqualiter sint exerci-
tati ad frigora. Unde idem philosophus
ait quod apud aliquas bar-
baras nationes consuetudo
est in fluminibus frigidis fili-
os balneare ut eos fortio-
res reddant. Attendendum
est tamen quod cum dicimus pueros
paruos assuescendos esse ad
frigora uel ad illud intelligen-
dum est moderate et gradatim
ut requirit condicio personarum.
Sexto pueri assuescendi sunt
ad debitos et temperatos mo-
tus. Nam secundum philosophum motus
temperatus in pueris tria bona
facit. Primo quia reddit
corpora magis sana. Mo-
deratum enim exercitium in qualibet
etate uidetur ad sanitatem facere.
Secundo corpora reddit agibilia.
Si enim a pueris assuescant
pueri ad aliqualiter motum sunt
agibiliores secundum corpus et ui-
tant pigritiam. Nam ubi
ad aliqualiter motum non sunt
graues pigri et inertes
assuescant pueri. Tertio
facit ad augmentum. Nam eo
ipso quod temperatum exercitium iuuat
ad digestionem et facit ad bo-
nam dispositionem corporis, sequitur
quod sit proficuum ad augmentum.
Nam cum augmentum fiat ex

alimento, facientia corpus bene dispositum et quod bene inveatur et alatum, sit proficua ad augmentum. Quarto moderatus motus membra consolidat; quilibet enim in seipso experitur, quod si se moderate exerceat ad corporales labores, membra corporis eius solidantur et fiunt fortiora. Pueri ergo, quia nimis habent tenera membra, ad aliquos motus modicos et temperatos sunt assuescendi, ut membra eorum solidentur. Unde Philosophus septimo Politicorum ait quod expedit in pueris motus facere quoscumque, et tantillos ad solidandum membra et ne defluant propter teneritatem. Moderatum enim motum in pueris adeo laudat Philosophus ut ab ipso primordio nativitatis dicat aliqua fienda esse instrumenta in quibus pueri vertantur et moveantur. Quinto recreandi sunt pueri per aliquos ludos et per aliquas fabulas; ludus enim moderatus competit pueris, quia immoderato ludo et moderato motu, et per moderatum motum vitatur inertia, et redduntur corpora agiliora. Sunt etiam pueris recitande alique fabule et alique historie, per quas possunt percipere magis significationes verborum vel etiam aliquam curiositatem honestam sunt eis recitandi.

Nam ipsi nil triste sustinere possunt, ideo bonum est eos assuefieri ad aliquos moderatos ludos et ad aliquas honestas et innocuas delectationes. Sexto sunt cohibendi a ploratu. Nam cum pueri a ploratu cohibentur, ex ipsa cohibitione fit ut retineant spiritum et anhelitum. Nam sicut cum plorare permittuntur amittunt spiritum et anhelitum, sic cum plorare prohibentur retinent spiritum et anhelitum. Retinere autem spiritum et anhelitum secundum Philosophum septimo Politicorum facit ad robur corporis. Ut ergo pueri robustiores fiant, cohibendi sunt a ploratu.

Qualis cura sit habenda de filiis ab anno quartodecimo et deinceps. XVII

Nam distinguimus etates filiorum per septenaria, ut cum diceremus usque ad septem annos sic esse regendos, et a septem usque ad quartuordecim sic esse instruendos, huiusmodi septenaria sunt abrevianda et elonganda secundum diversitatem personarum. Nam quidam sunt robustiores corpore in duodecim annis quam alii in sedecim. Tota enim de talibus punctualem regulam dare non possumus aliqualiter

sunt medici pedagogi quidem
dicit pueros instruere ut po
ssit huiusmodi dictis ergo anticipare
et prolongare, ut ei videbitur
ibidem expedire. In hac autem
etate que est a septennio usque
ad xiiii annum tria sunt con
sideranda circa regimen fili
orum. Nam homo prima divi
sione dividitur in animam et
corpus. Anima vero tamquam
potencias principales ha
bet intellectum et appetitum.
Tria ergo attendenda sunt in fi
liis. Primo quale habeat
corpus, secundo qualem volun
tatem, tercio qualem intel
lectum. Ut ergo iuvenes h
abeant corpus bene dispositum
exercitandi sunt per debita ex
ercicia et per debitos motus.
Ut habeant voluntatem
bene ordinatam inducendi
sunt ad debitas virtutes et
ad opera virtutum. Sed ut ha
beant intellectum perfectum inst
ruendi sunt in debitis scien
ciis. Sciencia igitur virtus et exercicium
attendenda sunt in regimine
filiorum. Nam a principio quidem
nativitatis ut videtur in ter
cia puericia assuescendi sunt
pueri ad aliquos motus, sed
cum compleverint septennium
usque ad annum xiiii, debent
gradatim assuescere ad ulte
riores labores et ad forcio
ra exercicia. Ludus enim pi
le et tactirmi, vel lucta
cio et huiusmodi videntur esse debita
exercicia iuvenibus. In secundo
tamen septennio sunt ulteriora
exercicia assumenda quam in
primo. Ad huiusmodi tamen in tali e
tate eo quod nimis sit tenera
non sunt assumenda opera mi
litaria nec opera ardua. Unde
philosophus octavo politicorum ait, quod
usque ad pubescenciam idest
usque ad xiiii annum leviora
assumenda sunt exercicia ne
impediatur incrementum. Ut ergo
quod iuvenes sint bene dispo
siti quantum ad corpus, a septen
nio usque ad xiiii annum
debent forciores labores as
sumere quam in primo septen
nio. Restat videre quo op
ortet eos ordinare ad virtutes
ut habeant bene dispositam
voluntatem. Sciendum ergo quod philosophus
quinto politicorum ait quod pessimum
est non instruere pueros ad
virtutes et ad observanciam le
gum utilium. Inquit enim
philosophus septimo politicorum virtutes
prius curandum sit de pueris
ut habeant debitum appeti
tum, vel habeant ut perfectum
intellectum. Probat autem
prius esse curandum de ordi
nacione voluntatis quam de per
fectione intellectus. In secundo ergo
septennio quod puericia in
cipit concupiscere non tamen habent
perfectum racionis usum
potissime videtur esse curandum

circa ipsos ut habeant ordina-
tam voluntatem. Nam sicut
corpus generatione est prius quam
anima, quia prius corpus organi-
zatur et formatur, et postea ibi
anima infunditur, sic secundum
philosophum septimo politicorum prius
curandum est circa pueros quod
habeant voluntatem bene dispo-
sitam quam quod scientificum
intellectum. Nullus autem habet
bene ordinatam voluntatem
nisi habeat moderatas con-
cupiscentias. Nam ex inordin-
atione appetitus sensitivi re-
dundat inordinatio in volun-
tate. Si ergo concupiscentie se
tenent ex parte corporis, intel-
lectus vero ex parte anime, quia genera-
tione corpus est prius anima, prius
intendendum est quod habeamus
moderatas concupiscentias et
ordinatam voluntatem, quam
quod habeamus illuminatum
intellectum. Modus autem quo
moderande sunt concupiscen-
cie iuvenum est, ut specia-
lis cautela adhibeatur
circa illa circa que maxime
consueverunt deficere. Si ergo
iuvenes insequuntur con-
cupiscentias et de facili ine-
tiunt, et omnia faciunt valde
ita quod cum amant nimis a-
mant, cum incipiunt ludere
nimis ludunt, et in omnibus
aliis semper excessum faciunt,
adhibenda est cautela ne
insequantur concupiscentias

Sed sint abstinentes et sobrii,
ne sint mendaces et veridici
ne omnia agant valde, sed
in suis actibus et sermonibus
moderamen accipiant. Hiis
visis sic restat ostendere quomodo
sint bene disponendi quantum ad
intellectum. Nam cum dicatur quod
secundo septennio principaliter cu-
randum est de ordinatione appe-
titus quam de perfectione intel-
lectus, non sic intelligendum
est quod nullo modo curandum sit quod
habeant perfectum intellectum
sed quia a septimo anno usque
ad xiiii annum iuvenes ha-
bundant in concupiscentiis et
deficiunt ab usu rationis. Ideo
principaliter est insistendum
circa ordinationem appetitus, quia
enim per totum secundum septennium
pueri quasi non adipiscuntur usum ra-
tionis, non dum enim tanti intellectus
sunt ut de ipsis rebus conside-
rare possint, ideo in secundo sep-
tennio poterunt pueri instrui in
gramatica, que scientia sermocina-
lis est, et in logica que est ma-
gis modus sciendi quam scientia,
et in practica musicali
que consistit in quadam modu-
latione vocum, quia enim eo
tempore deficiunt pueri a ratio-
nis usu, perfecte scire non
possunt. Nec tamen cum incipiunt h-
abere rationis usum omnino sunt
indispositi ad scientiam.

assuescendi sunt ad illas artes de quibus secundum morem

VIII. Quod filii debent habere bene ordinatum appetitum corpus dispositum et illuminatum intellectum

Dicebatur supra circa filios tria attendenda esse videlicet quod habeant bene ordinatum appetitum bene dispositum corpus et illuminatum intellectum. Hec autem tria triplici septennio possumus adaptare. Nam in primo septennio post receptionem baptismatis et sacramentorum ecclesie precipue est insistendum quod habeat bene dispositum corpus. Nam quia in primis septem annis pueri quasi carent usu rationis nec commode assuescere poterunt ad opera virtutum nec ad scientificas considerationes. Si enim aliquid illo tempore addiscere possunt hoc est idiomata vulgaria. Sed a septimo anno usque ad xiiii quia iam incipiunt habere concupiscentias aliquas illicitas et aliquo modo liberius insurgere incipiunt precipue rationis usum. Ideo in illo tempore non solum curandum est quod habeant perfectum corpus sed etiam quod ordinatum appetitum usque ad quartum decimum annum secundum philosophum in politicis magis inducendi sunt pueri ad bonum ex assuefactione quam ex ratione. Sed a xiiii anno quia tunc perfectius percipere incipiunt rationis usum non solum curandum est quod habeant bene dispositum corpus et bene ordinatum appetitum sed etiam quod sint prudentes et quod habeant bene ordinatum et illuminatum intellectum et tunc enim addiscere possunt non solum grammaticam que videtur esse quasi scientia sermonis vel dyalecticam que est quasi quidam modus sciendi vel practicam musice que consistit in quadam consonantia vocum. Sed possunt instrui in illis scientiis ad quas requiritur expertus intellectus ad intellectum recte et perfecte cognoscendo fieri possunt sapientes et prudentes. In primo ergo septennio post receptionem baptismatis et sacramentorum intendendum est circa puerum ut circa bonam dispositionem corporis. Sed in secundo septennio ut a septimo anno usque ad xiiii est intendendum principaliter circa duo ut circa dispositionem corporis et circa ordinationem appetitus. Sed in tertio septennio ut a quartodecimo anno et deinceps est intendendum

Circa tercia ut circa bonam dispo-
sitionem corporis et circa ordin-
acionem appetitus et circa illumi-
nacionem intellectus. Bona autem
dispositio corporis ut volentibus
vivere vita politica a xiiii
anno et deinceps est ut as-
sumant fortiores labores
quam acterius. Nam sicut a sep-
timo anno usque ad xiiii
assuescendi sunt fortiores lab-
ores quam in precedentibus annis,
Sic a xiiii° et deinceps a-
ssumenda sunt ulteriora exer-
cicia quam acterius. Immo omnes
labores precedentes xiiii an-
num debent esse quasi leves
et debiles respectu assu-
mendi sunt fortiores labores.
Nam philosophus octavo politicorum ait
quod usque ad xiiii annum pu-
eri assuescendi sunt ad la-
bores leves, sed deinde de-
bent assumere labores for-
tes. Adeo enim ait philosophus
a xiiii° anno assuescendi
sunt pueri ad labores for-
tes ut ad exercitacionem lucta-
tivam vel ad aliquam aliam
exercitacionem sive exercitacionem
bellicam, ut patet in decimo
octavo anno instructi
in luctativa et in equesta-
tiva et in aliis que ad mi-
liciam requiruntur subire pos-
sint labores militares. Tunc
enim quis est bene dispositus
quantum ad corpus quando habet ille
corpus quale requirit suum officium

ut tunc miles habet bene dispo-
sitionem corporis quando habet tum
tale quale requirit suum officium
militare, quod sine forti ex-
ercitacione corporis esse non potest.
Cum ergo omnes volentes vi-
vere vita politica oporteat
ad aliquando sustinere fortes
labores pro defensione rei
publice, omnes volentes
vivere tali vita a xiiii° an-
no sicut ulterius debent assuesci
ad aliqua exercicia robusta
ut si advenerit tempus et con-
tingerit quod respublica de-
fensione indigeat habeat
corpus sic dispositum ut po-
ssint fortes subire labores
ut per eos respublica possit
defendi. Quanto autem magis
et quanto minus sunt ad tales
labores assuescendi melius
secundum prudentiam sufficiat ad
presens sic solitarie circa regimen
filiorum ut habeant sic di-
spositum corpus ut possint
subire debitos labores quod
maxime fieri contingit
si ad debita exercicia assue-
scant. Viso quomodo
a xiiii anno ultra sollicitari
debent patres erga filios ut
habeant bene dispositum corpus,
restat videre quomodo sollicitari
debeant circa eos ut ordina-
tum appetitum. Videntur
autem iuvenes a xiiii anno

Quantum ad inordinationem appetitus, specialiter delinquere iuvenes duo videlicet quantum ad elationem, quia cum extunc incipiunt habere perfectionem rationis usum videtur eis quod convenientius dominari, et dedignantur aliis subici. Secundo delinquunt in prosequendo venerea, quia extunc incipiunt ardere calore venerea incitante. Ergo specialis cautela adhibenda est ubi magis periculum imminet, a xiiii anno ulterius specialiter monendi sunt iuvenes. ut non sint elati sed sint subiecti et obedientes suis patribus et senioribus. Tangit autem philosophus septimo politicorum breves rationes, quare decet filios esse subiectos et obedire suis senioribus et patribus. Prima ratio est quia seniores et patres imperant iuvenibus propter eorum bonum, quilibet autem debet obedire ei quem scit non precipere aliqua, nisi ad bonum eius. Secunda quia filii cum venerint ad etatem perfectam futuri sunt domini, debent ergo ipsi dum sunt in iuvenili etate patribus et senioribus obedire ut dent aliis exemplum, ut cum venerint ad etatem perfectam eis famulentur et obediant. Tertia ratio est, quia qui vult discere principari, debet prius discere subici. Non enim philosophus ait quod nemo bene principatur nisi didicerit esse subiectus. Nullus enim bonus magister, nisi prius bonus extiterit discipulus. Ut ergo ipsi valeant bene principari, indignari non debent subici senioribus et patribus. Est ergo primo rectificandus animus iuvenum existentium in etate de qua loquimur, ut velint senioribus et patribus obedire. Secundo rectificandus est ne venerea et illicita insequantur. Iuvenes enim a xiiii anno ulterius non solum inducendi sunt, ut sint abstinentes et sobrii quantum ad cibum et potum, sed etiam ut sint continentes et pudici quantum ad actus venereos, quia extunc ut dicebatur ardentius ad venerea incitantur. Inducendi ergo sunt in etate illa ut vel omnino contineant vel ipsi coniugibus propriis sint contenti. Ostenso quomodo in iuvenibus a xiiii° anno ulterius est bene disponendum corpus et rectificandus appetitus relinquitur est ut ostendatur, quomodo illuminandus sit eorum intellectus. Hoc autem satis patet quasi per probata manifestum. Nam quia a quartodecimo anno ulterius incipiunt habere perfectionem rationis usum ut dicebatur, extunc pueros instrui non solum in

gramatica que est quasi scientia verborum uel dyaletica que est quidam modus sciendi uel in practica musice que consistit in consonancia vocum, sed etiam apti sunt ut instruantur in ulterioribus scientiis, tunc autem ulteriores scientie sunt eis proponende precipue etiam per viam dictam. Nam si volunt vita politica vivere et militare potissime debent studere in moralibus scientiis, quia per eas scire poterunt quomodo et se et alios debeant gubernare. Moralium autem scientiarum iuvenis insequens passiones non est sufficiens auditor. In etate ergo minus iuvenili que durat usque ad quartumdecimum annum tales scientie non sunt proponende aliis. Sed a quartodecimo anno ultra si iuvenes se refrenent ut passiones et lascivias insequantur efficientur dispositi ut sint sufficientes auditores moralium per quas se et alios gubernare cognoscant. Sic ergo iuvenes regendi sunt a quartodecimo anno usque ad xxi vel usque ad xxv vel usque ad xxvij. Si vero queratur quamdiu ab illo tempore ulterius regendi sint homines, quia tunc pervenit quasi omnino ad suam perfectionem, debent quasi tales ut sciant se ipsos regere et gubernare, extunc quasi non indigent pedagogo, sed precepta que diximus in primo libro qui est de regimine sui, pure documenta accipere quibus se ipsos regant.

Quod omnes iuvenes et liberi excitandi sunt ad corporalia exercitia et labores. C. VIII

Omnes iuvenes volentes vivere vita politica aliquo excitandi sunt ad labores corporales. Corporalis enim excitatio si moderata sit omnibus videtur quod proficiat eo quod faciat ad quandam sanitatem et ad quandam bonam dispositionem corporis. Calefacto enim corpore per aliquos moderatos motus expelluntur ab ipso superflua et nociva. Specialiter tamen huiusmodi excitatio videtur quod proficiat volentibus civiliter vivere. Nam quia tales non multum vacant inquisitioni veritatis nec spiritualibus delectationibus, expedit eis ut vitent ociositatem et ut vitent sollicitudinem illicitam exercitant aliquibus corporalibus laboribus licitis. Expedit enim omnibus volentibus politice vivere tam civibus quam nobilibus tam regibus et principibus quam aliis non omnino cessare a corporalibus laboribus.

Et omnino excitationes circa
armorum usum. Excitatio
enim corporalis debita reddit
corpus robustius ut facilius
duritiem armorum possit su-
stinere, quare si usus armorum
non solum alicui est licitus
sed etiam necessarius pro bono rei
publice volentibus politice
vivere non debet omnino ignotus
esse. Non tamen omnes iuvenes
ad huiusmodi labores corpora-
les sunt excitandi. Nam fi-
lii regum et principum ad
huiusmodi labores corporales
minus sunt excitandi quam alii
et adhuc primogeniti qui
regnare debent debent minores
labores assumere. Nam iuxta
philosophum octavo politicorum labor
corporalis et contemplatio per
intellectum se impedire
videantur. Ratio autem huius-
modi potest sumi ex hiis que
dicuntur in secundo de anima
ubi dicitur Molles carne ap-
tos mente dicimus. Ad ha-
bendam igitur intellectualem
industriam indigemus mo-
llicie carnis. Corporales
ergo labores ex quibus redditur
caro dura impediunt sub-
tilitatem mentis. Unde ergo
dictum est quod dicitur septimo physicorum
quod anima in sedendo et in-
quiescendo fit prudens.
Nam per sessionem et quietem
redditur caro mollis per
quam sumus apti ad speculandum;
per laborem vero et motum
efficitur caro dura per
quam impeditur mentis subti-
litas. Cum autem quod decet
reges regnum magis expedit
esse prudentes quam bel-
licosos. In rege enim plus va-
let prudentia quam ars
bellica. Reges enim et princi-
pes et si sint doctores popu-
li in bellando et in assu-
mendo arma quia plus non
valeat quam unus homo vel
aliquid minus quam unus homo
tamen per prudentiam prevalere
potest toti populo sibi commisso.
Nam totus populus et tota gens
regni per eum sit bene unita
et ordinata. Modica possunt;
unita vero et ordinata per
regis prudentiam maxima
operari valent. Licet ergo reges
et principes non omnino ignorare
armorum usum debeant, nec se
debeant fugere corporales la-
bores ut efficiantur imbe-
cilles, nec pro defensione
regni nec pro aliquo casu
audeant arma assumere
actum; quia decet eos magis
prudentes quam bellatores
filii regum et principum, et ma-
xime primogeniti qui reg-
nare debent, minus sunt assue-
scendi ad corporales labo-
res quam alii, ne per huius-
modi labores caro coru-
mdnata impediat subti-

altitate mentis / tales ergo plus debent vacare prudencie / qui fortitudini corporali vacabant / at prudencie si diligenter insistant circa morales sciencias ut possint mores hominum et agibilia agnoscere. Decet ergo cetera debent alios reges vitare inerciam / et sollicitudinem illicitam vacando moralibus scienciis, recitando siquidem bonas consuetudines regum, audiendo sepius acta predecessorum bene regencium regnum. Hoc ergo modo videlicet vacando actibus prudencie a regibus et principibus / et a suis heredibus magis est vitanda inercia quam per laborem et exercitium corporale.

Quod filie civium et maxime nobilium regum et principum a discursione et evagacione cohibende sunt. P. IX

Cum crescit coniugium non solum oriantur filii et mares sed pueri ori et femine et filie. Postquam diximus qualis cura gerenda sit circa filios / restat dicere qualiter cura gerenda sit circa filias / sed hec brevi tractatu indiget / quia cum determinavimus de regimine coniugali / et ostendimus qualiter regende sunt femine / quasi sufficienter ostendimus qualis cura sit gerenda circa filias / nam decet coniuges esse continentes pudicitias et abstinentes castas et sobrias. Hec decent et filias. Licet ergo et multa alia que de coniugibus diximus sunt ad filias adaptanda aliquantum superaddemus dictis propter debitum regimen filiarum. Inter que primo dicemus filias cohibendas esse a discursu et discursu quod triplici via venari possumus. Prima via sumitur ut tollatur filiabus comoditas male faciendi. Secunda ne fiat inverecunde. Tercia ne fiant lascive et impudice. Communiter enim quasi omnes viri proni sunt ad malum / et multo magis femine que magis deficiunt a racione. Dicebatur enim supra cognicionem nostram incipere a sensu. et maxime nobiles non que sensibilia. Inde ergo est / quod omnes homines non reputant nisi sensibilia bona. Communiter ergo cum habemus imperium ad delectaciones sensibiles ut plurimum delinquimus in talibus si assit nobis comoditas / delinquendi. Unde et philosophus in Rethoricis vult / quod homines ut plurimum malefaciunt cum possunt / maxime ergo cavendum est ad conservandam puritatem et innocenciam / est vitare comoditates malefaciendi

Propter quod et proverbialiter dicitur quod furandi commoditas facit furem. Si ergo in viris in quibus est ratio perstantior et magis in perfectione non vitanda commoditas ~~peccati~~ [margin: delictorum] multo magis est hoc in feminis et adhuc magis in filiabus vel in puellis. Ne igitur detur eis commoditas male faciendi sunt debite custodiende et prohibende sunt inverecunde et discursive circa circuitum. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ne fiant inverecunde. Nam omne insolitum est quodammodo verecundum. Si enim non assueverint inter gentes versari dantur verecundari inter eas. Inverecundias ergo que reddunt puellas verecundas in aspectu virorum est non assuescere inter gentes. Quare cum puelle currendo et evagando per plateam assuescunt virorum aspectibus fiunt familiares eis, ut tollitur ab eis verecundia et pudor. Consequenter Tollere autem a puellis inverecundiam est tollere eis frenum quo retrahuntur ne male agant. Illa in feminis et maxime in puellis deficit ratio, propter quod prohibentur ne huius prosiliant illicita. Maximum enim frenum feminarum et potissime puellarum ne prorumpant in turpia videtur esse verecundia. Debent ergo esse puellas cohibere ab evagatione et discursu ne fiant inverecunde vel ne tollatur ab eis verecundia, per quam prohibentur ab actionibus turpibus. Tertia via sumitur ne fiant lascive et impudice puelle, cum si debitis sub custodia teneantur et non permittantur discurrere et circuire non solum efficiuntur verecunde sed etiam consequuntur quandam silvestritatem que optima est ad salvandam pudicitiam puellarum. Videmus enim quod animalia valde silvestria si assuescant conversationibus hominum domesticantur, ne permittant se tangi et palpari. Si vero a conversationibus hominum sint remota quasi silvestria, tactum et appropinquationem hominum fugiunt. Quod ergo in animalibus aliis apparet reperimus et in feminis. Si ergo femine non discurrant et a conversatione virorum sint inconsuete, quasi silvestres ab eorum societate difficilius ad lasciviam vel ad impudicitiam inclinantur. Universaliter ergo omnes et maxime multo magis nobiles, et potissime reges et principes tanto etiam maiorem circa proprias filias adhibere debent

ne indebite se collocant et dis-
currant. Tercio ex impruden-
cia et lascivia puerorum fi-
liarum propter magis malum
vel peccatum committere.

Qualiter debent cives et ma-
xime nobiles reges et prin-
cipes debent sollicitari erga
filias ne velint vivere oci-
ose. XXI

Ut superius dicebatur
philosophus primo Rethoricorum
commendat in feminis
amorem operositatis. Possumus
autem triplici via venari quod
debent omnes cives et multo ma-
gis nobiles et maxime reges
et principes esse sollicitari erga
regimine filiarum ut nolint
ociose vivere, sed ament se ex-
citare circa aliqua opera licita
et honesta. Prima via su-
mitur ex honesto solacio quod
inde habetur. Secunda ex ill-
icita consuetudine quam prohi-
bitatur. Tercia ex fructu
et utilitate que inde consurgit.
Prima via sic patet. Nam ut in-
quit philosophus decimo Ethicorum absque omni
delectacione vita nostra durare
non potest, ideo recitat quod multi
opinionis dicentes omnem delectacionem esse
esse fugiendam, quare si non po-
ssumus commode durare in vi-
ta nisi in aliquibus delecte-
mur, debemus nos assumere aliqua
opera licita et honesta cir-
ca que vacantes sit nobis

acquirere per delectaciones licite. Sic er-
go viri ne ociose vivant et
ut delectentur in operibus licitis
insistere debent circa aliqua opera
civilia, vel circa ea que spectant
aut ad gubernacionem regni
vel circa regimine domus vel
circa aliqua alia licita exercicia.
Sic et mulieres ne ociose vi-
vant debent operositatem amare
et debent se excitari circa ali-
qua opera licita et honesta.
Prima ergo omnes delectantur in pro-
priis operibus, et omnes diligunt
propria opera, ut vult philosophus
octavo Ethicorum. Ut mulieres
ipse recreantur propter aliquibus
delectacionibus licitis, decet
eas esse intentas circa aliqua
opera licita et honesta, et
tanto magis videtur multi-
eribus expedire quanto viris,
quanto magis a racione defi-
cientes nesciunt vivere nisi
ex aliquibus sensibilibus exercitiis
delectacionem sumant, et ideo ad
debent esse opera circa que mulieres
insudare debent in processu
patebit. Secunda via ad in-
vestigandum hoc idem sumitur
ex vitacione solicitudinis
licite. Nam quia mulieres et ma-
xime puelle ut plurimum domi
sunt stant et vacant civilibus
operibus nec regiminibus reipub-
lice, sed mens humana ut
supra dicebatur nescit ocio-
sa esse, constat cum quis non
dat se licitis exerciciis vag-
atur eius mens circa illicita

oratores quod tanto magis cauendum est in mulieribus quam in viris, quanto molliores sunt illis, et quanto cogitando illicita trahuntur facilius, ut ea si assit commoditas opere compleant. Tertia via sumitur ex fructu et utilitate que inde consurgit. Nam videmus mulieres prout se dare liciciis et extraneis nisi inde consurgat aliquod bonum exterioris operis vel aliqua bona dispositio interioris operis vel mentis. Debet ergo diligentia et cura adhiberi ut mulieres sint bone et virtuose. Propter quod et a Philosopho primo Rethoricorum vituperantur lacedemones, et dicit quod fere secundum dimidium infelices erant quia non adhibebant curam et diligentiam quomodo eorum femine essent virtuose et bone.

Adhibenda ergo est sollicitudo ne femine ociose vivant, sed exerceant se circa aliqua opera licita et honesta, ut ex hoc fructus et utilitas resultet et efficiantur bone et virtuose.

Si autem queratur circa que talia opera sollicitari debent, oportet in talibus distinguere loca secundum diversitatem personarum, texere enim et filare et operari sericum satis videntur opera competentia mulieribus sive feminis. Quod si tamen sericum inveniatur in tam alto gradu consistere, quod non esset dignum vel quod non esset consuetum secundum morem patrie ut se circa talia exercitaret, adhuc non esset dimittenda ut vivat ociosa, sed tradenda esset studio litterarum, ut ad amorem litterarum affecta non vacaret ocio, sed sepe sepius librum arripiens se lectionibus occuparet.

Ex hiis autem declaratur quod superius diximus cum tractavimus de regimine coniugali. Diximus enim ibi infra declarandum esse circa que opera decet filias esse intentas.

Quod decet reges et principes et universos cives sollicitari erga filias ut sint debito modo taciturne. Capitulum XXI

Ostenso quod non decet puellas esse vagabundas, nec decet eas vivere ociose, restat ut nunc ostendamus quod decet eas taciturnas esse.

Et triplici via venari possumus. Prima sumitur ut magis appareat ornate et decenter, et ut a viris suis magis diligantur. Secunda ne loquantur indiscrete et incaute. Tertia ne sint prone ad iurgia et lites. Prima via sic patet. Nam cum desiderium sit eius quod abest ut vult Philosophus secundo Rethoricorum, quanto aliquid est possibile haberi magis videtur [illegible] et inaccessibile

tanto magis videtur abesse et magis esse concupiscentia. Monet, formam igitur eo ipso quod est loquax, quodammodo in ime se familiarem exhibet et quodammodo se contemptibilem reddit. Unde philosophus primo politicorum ait quod ornamentum mulierum est silentium; si enim mulieres modo debito taciturne sint, quia sepe se non familiares exhibent, earum consortium videtur magis abesse. Et videntur magis inaccessibiles, ipsi quidem non se vilipendunt et sunt in contemptu, sed magis appetuntur et amantur. Quod enim mulieribus videtur esse pulcrum et decens quod amatur, si mulieres magis taciturne amantur, ex hoc ipso magis apparent decentes et ornate. Ab ipsa ergo puerili etate instruende sunt puelle ad taciturnitatem, quod si contingat eas postmodum pro quam nimium brutis viris copulari, ab eis si sunt debite et taciturne reverencius diligentur.

Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ut verbose loquendo in tanta. Dicebatur enim supra ibi esse maiorem cautelam adhibendam, quia ubi consurgit maior defectus contingere. Cum ergo ex hoc quod aliquis constituatur prudenter et caute loqui, quod viget prudencia et acumine intellectus, quanto quis magis a racione deficit tanto magis contingit ipsum incaute loqui. Cum igitur mulieres magis deficiant a racionis usu quam viri, et puelle magis quam femine iam adulte, circa feminas et maxime circa puellas solicitandum est ne incaute loquantur. Ut ergo caveant cautelas ne quis prorumpat in loquendo in tanta, debet videri esse fortissima ut nullum sermonem proferat nisi prius ipsum diligenter examinet. Cum ergo diligentis examinacionis cum loquatur esse non possit, ut femine ab ipsa puellari etate distant paucos sermones proferre, decet eas non continue loquantes, sed oportet ipsas esse debite taciturnas, ut possint omnes sermones prolatum diligenter excutere.

Tercia via ad investigandum hoc idem sumitur ne se prone ad iurgia et ad lites. Nam cum femine et maxime puelle deficiant a racionis usu, nisi sint debito modo taciturne et nisi sermones dicendos diligenter examinent, sicut ipsi racione deficiunt, de facili loqui possunt pertinencia ad simplicitatem et imprudenciam. Sic de facili loqui possunt pertinencia ad lites et ad iurgia. Decet ergo ipsas per debitam taciturnitatem adeo examinare dicenda ut nil dicant contra alia, per quod inducatur provocare

Nec dicant aliqui per quod possit perturbare audientes, propter quod indicentur litigiose et discole. Quia decet castos et taciturnos nec in verba litigiosa prorumpere. A verbis autem litigiosis potissime debent sibi cavere femine. Quia postquam litigare incipiunt, nesciunt a litigio se abstinere. Deficiunt enim in eis racione vsu per quam concupiscencie refrenantur. Ideo postquam mote sunt et litigare ceperunt augetur in eis concupiscencia litium, quam per racionem de facili refrenare non possunt, eo quod ab usu racionis deficientes ut plurimum plus viuunt passione quam racione etc.

Expliciunt due partes secundi libri. Incipit tercia eiusdem et primo tituli.

primum. Que ad gubernacionem domus spectant non solum determinare de seruis, sed etiam de hiis que supplent indigenciam corporalem et quod hee due materie sunt connexe

secundum. Quomodo distinguenda sunt organa gubernacionis et qualiter ad inuicem comparentur

tercium. Qualia edificia decet habere reges et principes et vniuersaliter omnes ciues quantum ad operis industriam et aeris temperanciam

quartum. Qualia debent esse edificia quantum ad salubritatem aquarum et quantum ad ordinem viuendi

quintum. Et possessio hominis est quodammodo naturalis et quod abiecta... [illegible] possessionibus quodammodo non viuunt ut homines sed sunt hominibus meliores

vi. Et utile est in vita politica ciuem habere grandes possessiones

vii. Quomodo est utendum exterioribus rebus et quis modus utendi sit licitus

viii. Que ciues et multo magis reges et principes non debent infinitas possessiones appetere

ix. Quod aliquot sunt species commutacionum et quod fuit necessitas inuenire denarios

x. Que species sunt pecuniatiue et qualiter una sit laudabilis ...

vituperabilis

xi Et dimissi sunt modi lucrandi pecuniam et quod aliqui illorum modorum sunt regibus et principibus congruentes

xii Et aliqui sunt naturaliter servi et quod expedit aliquibus aliis esse subiectos

xiii Et praeter servitutem naturalem quae est quasi servitus simpliciter est dare servitutem legalem et positivam

xiiii Et praeter servitutem vel ministrationem naturalem et legalem est dare ministrationem conductam et delectivam

xv Quomodo in domibus regum et principum sunt ministeria et officia committenda

xvi Quomodo a regibus et principibus providenda sit idoneitas ministris

xvii Quid est curialitas et quod decet ministros regum et principum esse curiales

xviii Quomodo reges et principes circa suos ministros debeant se habere

xix Et in immensum Regum et principum et universaliter nobilium tam reverentes quam ministrantes non decet in eloquio habundare

Et ad gubernationem domus spectat non solum determinare de servis sed etiam de hiis que supplent indigentiam corporalem et quod hee due materie sunt connexe

I

Determinatis duabus partibus huius secundi libri in qua agitur de regimine domus et ostensum est qualiter decet viros suas coniuges regere et patres suos filios gubernare. Restat exequi de parte tercia in qua agitur de regimine ministrorum vel de regimine familie. Huic autem parti in qua agitur de regimine ministrorum et familie, ut in prosequendo patebit, connecti potest materia illa in qua agitur de hiis que supplent indigentiam corporalem, et que faciunt ad conservationem vel ad sufficientiam vite

vite, cuiusmodi sunt decentia e
dificiorum multitudo nummi
smatum et copia aliarum
possessionum. In hac ergo parte
tercia huius secundi libri eo
quod hec materia sit generis inte
dimus instruere volentes dom
os suas debite gubernare non
solum quantum ad regimen ministrorum
et familie sed etiam quantum
ad alia que ordinantur ad conser
vationem vel sufficientiam vite
et etiam que supplere videntur
indigenciam corporalem. Deter
minabimus ergo in hac tercia parte
huius secundi libri quomodo decet
habitationem reges et principes
et universaliter omnes cives habere
debeant quomodo decet ipsos se
circa possessiones habere et nummisma
ta et circa regimen familie
et ministrorum. Quod autem
hec omnia debeat considerare pru
dentem patrem familias vel
doctum gubernatorem familie
et quod hec materia sint generis
ut in principio tali probabatur
sufficienter ostendit philosophus primo poli.

Ostendit autem duabus rationibus
quod spectat ad iconomum et ad
gubernatorem familie consi
derare de possessionibus ut de
domibus et nummismatibus
et supellectilibus et de aliis
que supplent indigenciam cor
poralem. Prima ratio sumitur
ex sufficientia vite. Secunda
ex similitudine quam habet ars
gubernationis domus ad artes
alias. Prima via sic patet.

Nam ideo de gubernatione domus
ars traditur ut patres familias
cuius est domum gubernare debi
te sollicitentur circa ea que faci
unt ad bene vivere et que requi
runtur ad sufficientiam vite. Sic
sunt ad vivendum politice requirun
tur domus possessiones et nummisma
ta spectat ad gubernatorem
domus considerare de talibus. Se
cunda via ad investigandum
hec idem sumitur ibidem ut patet per
philosophum ex similitudine huius ar
tis que est de gubernatione domus
et ad artes alias. Nam sicut cetere
artes ut ars fabrilis et tex
toria habent propria organa per
que perficiunt actiones suas. Sic
et gubernatio domus requirit sua
organa per que organa sua opera
complere possit. Volens igitur tradere
noticiam de arte fabrili oportet
ipsum determinare de martel
lo et incude et de aliis in
strumentis fabrilibus et spectat
ad fabrum talia instrumenta
cognoscere. Sic volens tradere de
arte textoria debet determinare
de pectinibus et aliis organis
illius artis et spectat ad tex
torem talia instrumenta cogno
scere. Sic et volens tradere noti
ciam de arte gubernationis
domus determinare debet de edifi
ciis possessionibus nummisma
tibus quae talia sunt organa huius
artis. Spectat ergo ad guberna
torem domus talia cogno
scere. Quia per hec tanquam per propria
organa consequi poterit que
faciunt ad sufficientiam vite

Habet enim ars gubernacionis
domus organa propria sicut et cetere
artes mechanice habent propria
instrumenta. Differunt tamen hec
ab illis, ut innuit philosophus in politicis.
Quia organa gubernacionis
domus sunt activa, organa
vero mechanicorum sunt facti-
va. Nam in mechanicis
regulamur per artem, sed in
gubernacione domus regula est
prudencia. Sicut ergo ars differt
a prudencia sic organa me-
chanicorum differunt ab orga-
nis gubernacionis domus.
Differt autem hec ab illis, quia
ars est recta racio factibilium
et per artem resultat aliquod factum
in materia extra, sed prudencia
est recta racio agibilium et per
eam proprie non resultat ali-
quod factum in materia extra, sed ma-
gis resultat aliqua actio
et aliqua perfectio in agente.
Organa ergo mechanicorum
erunt factiva quia sunt organa
artis que est de factibilibus, sed
organa gubernacionis erunt
activa quia sunt organa pru-
dencie que est circa agibilia. Habet
ergo ars ergo gubernacionis
domus licet aliquo modo pos-
set dici ars, proprie tamen debet
dici prudencia. Premissis
igitur duabus racionibus sufficienter
ostenditur quod spectat ad guberna-
torem domus considerare de o-
mnibus possessionibus et numis-
matibus que faciunt ad conserva-
cionem et ad sufficienciam vite.
Per illas autem easdem raciones
probari potest quod spectat ad
gubernatorem domus scire

debite se habere circa ministros et
servos. Nam ministri et servi
sunt etiam quedam organa de-
servientia gubernacioni domus.
Ut ergo declaratum est prima parte
tercii ubi dicebatur quod spectat
ad gubernatorem domus con-
siderare de ministris et de hiis
qui supplent indigencias corpo-
rales. Quod autem hec due
materie sunt connexe et quod de-
terminare de edificiis et possess-
ionibus connecti debeat tractatui
in quo determinatur de mini-
stris et servis declarari potest.
Nam possessiones domus
et numismata sunt organa
gubernacionis domus. Similiter
ergo servus est quoddam organum
et econverso organum est quidam servus.
Nam ut innuit philosophus organum est qui-
dam inanimatus servus, et ser-
vus est quoddam animatum organum.
Quia ergo sic conveniunt organum
et servus, congrue hec due ma-
terie connectuntur.

**Quod distinguenda sunt organa gu-
bernacionis et qualiter
ad invicem comparan-
tur. Capitulum II**

Philosophus primo po-
liticorum omnia organa
gubernacionis domus
ad bimembrem distinc-
tionem reducit. Sunt enim
quedam organa animata ut
servi, quedam inanimata ut
possessiones et numisma-
ta et indumenta et cetera

supellectilia deservientia
ad indigentiam vite. Sicut
enim videmus in aliis artibus
secundum philosophum primo politicorum ita
gubernationem domus oportet habere.
In aliis autem artibus est duplex
organum animatum et inanimatum
ut in arte gubernativa na-
vium tanquam organum ina-
nimatum est gubernaculum sive
remus, tanquam animatum est
ibi proretarius sive ~~rema~~
remi agitator. Sic in guberna-
tione domus tanquam organa
inanimata sunt ibi indumenta
lecti possessiones et numi-
smata, tanquam animata sunt
servi et ministri. Quemadmodum go-
omnia huiusmodi organa de-
serviunt quo aliquid est quedam
res possessa. Sicut tamen organa
habent se animata illa inanimata
Visis quomodo distribuuntur orga-
na gubernationis domus. Re-
stat ostendere quomodo ad invicem
comparantur, oportet enim secundum philosophum
huiusmodi organa ordinata
esse ad invicem, ita quod orga-
num sit ante organum, ut or-
ganum animatum ante inanimatum.
Si enim societas domus est ra-
tionale et in ea omnia ordi-
nata sunt, et semper inferiora
administrantur per superiora, et
recipiunt modos et mensuras
ab illis, oportet organa
esse domus ordinata, ut
organa inferiora ut inanimata
sint movenda et ad mini-
stranda per superiora organa
ut per animata quod declarat primo
politicorum philosophus per simile in

aliis artibus ubi innuit quod p-
lectrum non per se citharisat
et pectinas non per se ipsos per-
tinet. Ideo ad citharisandum
plectrum indiget ministro mo-
vente et pecten ad pecti-
nandum indiget ipsum movente
sed ut ait si plectrum
per se citharisaret vel opus
eius architectonibus ministri
non dominis servorum. Ideo enim
architectonices et domini indi-
gent servis et domini sine indi-
gent organis animatis quod org-
ana inanimata per se ipsa operari
non possunt id ad quod sunt facta
nam si tripodes et mense re-
gum et principum vel causa aliorum
talium, tales essent quales e-
rant tripodes in quodam
templo de quibus quidam poeta fa-
bulose dicebat quod spontanee
se ingerebant conviviis abs-
que [illegible]. Et si omnia organa ha-
berent talia qualis erat sta-
tua Dedali de qua philosophus fa-
bulose recitat in politicis
quod per se implebat opus debi-
tum nulla indigentia
esset servorum sed mense
se ipsas pararent et ut esset
opportunitas hostia se ipsa
aperirent et clauderent. Sed
quoniam non sic est et organa
inanimata a se ipsis non
possunt moveri. Ideo domini et
architectonices indigent
ministris et servis ut eorum
ductione moveant
organa inanimata vel or-
gana carencia ratione

ut opus proprium possit imple(re)
Indiget enim eciam secundum ordinem
universi ut suprema mediantibus ad
invicem ut infima. sed lex
universi est ut infima ad-
ministrent a supremis adm-
edia. Suprema autem in
omnibus negocia esse viden-
tur architectores et domi-
ni. Infima vero sunt organa inanimata.
Media vero sunt ministri et ser-
vi qui sunt quedam organa a-
nimata. Indigent est autem
domus et architectores per-
sonas esse pictores mensura-
vel eciam ministeriales aut ali-
quos talia exercere, sed convenien(ter)
est hoc per medios ministros
efficere. In domo ergo completa
utraque organa sunt necessaria
animata et inanimata. Quod quo-
modo ad invicem habeat ma-
nifestum est per iam dicta.
Nam animata sunt ante inanimata
et sunt per illa sunt ad ministranda
et movenda ut possit propria
opera adimplere. Qualia
edificia decet Reges et
principes et universaliter omnes
cives. capitulum ad operis in-
dustriam et artis temperanciam

III

Ex predictis patet per i-
stam terciam partem huius
secundi libri dicendum
esse tam de ministris quam de
hiis que deserviunt ad conser-
vacionem et ad sufficienciam
vite. Deservientia autem ad
conservacionem et sufficiencie
vite que ad tria reducuntur. huius-
modi enim sunt edificia posses-
siones et numismata. De
quatuor ergo dicendum est. Declara-
bitur enim primo quales domos
et quales civitates reges et prin-
cipes et principaliter cives
habere debent. Secundo qualiter declarabitur
de ipsis possessionibus. tercio de
numismatibus. quarto de mi-
nistris. Inter alia autem que consideran-
da sunt in edificiis ut tradit
Paladius in libro agricultura
est industria operis ut edificium
sit subtiliter et debite factum, et
temperamentum aeris ut sit in debi-
to aere collocatum. Quod autem
reges et principes debeant habere
habitaciones mirabiles et subtili
industria constructas probari
potest duplici racione. Prima
sumitur ex parte magnificen-
cie regie. Secunda vero ex parte
populi. Possumus enim et nos eciam
racionem adducere ex parte familie et
ministrorum. Prima via sic patet.
Nam secundum philosophum quarto Ethicorum capitulo
de magnificencia maxime nobi-
les et gloriosos decet esse mag-
nificos. reges ergo et principes qui
debent esse nobiles et prelati
potissime decet esse magnificos.
alii enim mediocritatis personas
habentes possunt esse liberales eo
quod liberalitas esse in parvis
sumptibus esse potest. Sed reges
et principes multitudine posses-
sionum pollentes debent
esse magnifici, eo quod magnifica
circa magnos sumptus esse contingit
sic magnifici ut dicitur in eodem
quarto Ethicorum, est expertes [illegible]

decente. Non enim decet habitaciones
magnificas nisi mirabili in-
dustria sit constructa. Ex parte
igitur ipsius magnificencie rei appa-
ret quod reges et principes
quantum ad industriam operis
decet habere habitaciones. Alii vero
cives debent magis et minus
mirabiles ut competit sue fa-
cultati. Secunda via ad inve-
stigandum hoc idem sumitur ex parte
ipsius populi, et hanc tangit phi-
losophus sexto poli. ubi ait quod
principes decet sic magnifica
facere et talia edificia con-
struere quod populus videns ea quasi
sit mente suspensus et ve-
hementer ad admiracionem. Nam
populus inde insurgit contra princi-
pem videns ipsum sic magni-
ficum, quilibet enim de populo hoc
viso opinatur principem esse tantum
quod impossibile sit ipsum invadere
et quia circa impossibilia non cadit
eleccio neque consilium ut vult
philosophus tercio ethicorum, quilibet ex
populo retrahitur ne sediciones faciat
contra principem si aspiciat ipsum
tantum et tam magnificum. Ma-
gnitudo enim edificiorum, licet
non sit fienda ad ostentacionem
et inanem gloriam, tamen decet
reges et principes ne in contemp-
tu habeantur a populo facere
edificia magnifica prout
requirit decencia status in
quo existunt. Tercia via
sumitur ex parte ministrorum
vel familie. Nam ubi in-
ulte sunt divicie multi sunt
qui comedunt illas. In do-

mibus ergo regum et principum
oportet multos habitare
ministros, ut ergo non solum
persona regis vel principis
sed etiam multitudo ministrorum
debite commorari possit in
edificiis constructis, oportet
ea esse magnifica. Viso quomodo ta-
lia debeant esse edificia quan-
tum ad magnificenciam et
industriam operis, restat
videre qualia debeant esse quantum ad
aeris temperamentum. Tangit
Paladius in libro de agri-
cultura tria ex quibus co-
gnoscere possumus in quo
aere sit edificium construendum.
Dicit enim salubritatem ae-
ris primo declinare a val-
libus infimis. Si enim in
vallibus infimis edificia
construantur, communiter aer est ibi
grossus, quia distancia mon-
tium contingit ipsum non esse sa-
lubrem. Sic enim imaginari
debemus quod sicut aque cessantes a
motu et quasi stantes, eo quod aque
stantes inficiantur ut plurimum
et putrescunt, sic aer reclusus
in vallibus eo quod non habeat li-
berum motum quasi ingrossatur et
efficitur non salubris. Est ergo
propter salubritatem aeris con-
siderandum in edificiis construen-
dis ut non fiat talis construc-
tio in vallibus infimis. Se-
cundo considerandum est ut talis
locus sit in medio, edificium est
construendum sit a nebulis

tenebris absolutus. Nam in aliqua parte terrarum vel quia est magis paludosa vel propter aliquam aliam dispositionem terre magis et sepius obtenebratur aer per nebulas et vapores quam in parte alia; quare ibi non redditur aer salubris. Ideo si vitari potest non sunt ibi edificia construenda. Tertium quod declarat salubritatem aeris est consideratio habitatorum existencium in ipso. Si enim aliqui alicubi edificare volunt, si contingat circa regionem illam aliquos habitare considerandum est habitatorum corpora, si eius color sit sanus et pulcher, si sit in corporis firma sinceritas capitis, si habeant acutum visum, pulcrum auditum et vocem claram. Nam quia omnia hec indicant benignitatem aeris esse, et per contraria indicatur aer esse infirmus. Si enim habitatores in ipso non habeant colorem sanum sed croceum, de facili in capite paciantur, habeant hebetem visum, impurum auditum, vocem raucam, per hec omnia quasi per quedam signa aeris impuritas demonstratur.

Qualia debent esse edificia quantum ad salubritatem aquarum et quantum ad ordinem universi. IIII

Preter predicta duo videlicet preter ~~usus~~ operis industriam et aeris temperamentum sunt duo alia in edificiis attendenda ut aque salubritas et debita dispositio universi. Aqua enim in corpore humano est valde communis et in multis deservit ad necessaria vite. Ideo valde considerandum est ut sic edificia situentur ut eis sit aque salubris copia ne habitatores eius ob infectionem aque infirmitates contrahant. Tangit autem Paladius in libro de agricultura sex que ait consideranda esse in cognitione salubritatis aque. Primum est quod aqua illa non debet derivari a paludibus vel a lacunis. Paludes enim et lacune eo quod in eis sit quodammodo aqua stans, ut plurimum generant aquam non salubrem. Secundo considerandum est ne aqua illa sumat originem ex metallis ut ne transeat per metallorum venas. Habent enim metalla suas venas subterraneas et aque in locis subterraneis generantur et per venas subterraneas transeunt; quare si loca generacionis aquarum vel meatus per quos aque transeant habeant in se propria venarum metallorum, ex hoc aqua illa inficitur et non est ita salubris

Et cum humidum et molle
de facili passivum, aqua igitur
cum sit humida, de facili
inficitur a metallis et ma-
xime a metallorum venis
ubi non sunt metalla pura
sed sunt cum metallis sive
aliquae permixtae putredi-
nes. Tercium quod considerandum
in aquis est quod sint coloris
proprii. Nam ipsa infectio
coloris aquae infectionem de-
monstrat. Quartum est ne ali-
quo sapore vel odore vi-
cietur. Nam pravus odor
vel sapor aquarum impl-
uvium designat aquas iam
contractas vel transire per loca a-
liqua infecta a quibus vel o-
dore vel sapore contraxerunt.
Quintum est ne aquis illis a-
quis insideat limus. Nam
terra limosa eo quod infec-
ta sit sana esse non potest. Ha-
ec ergo quinque attendenda
sunt in salubritate aquarum.
Sextum quod contingit aliquan-
dos in his aquis decipi
dico adducit palladius sex-
tum quod dicat considerandum
esse videlicet ut considerentur
corpora utencium illis aquis.
Est ergo aspiciendum si dentes et
gingivae utencium illis
aquis sint pure, si uten-
tes eis habeant capita sa-
na et non turbata, si ven-
ter aut vissera vel vesica

sine renes nullo dolore a
inflatione vexent. Nam et
aquarum malicia vel dia
mala haec vel aliquorum horum
consueverunt contingere. Et
dificium quod construendum edifi-
catur sit in tali situ quod
sit ei copia aquae salubris
habitis conditionibus illas de quibus
scriptum est condicionem. Et si edi-
ficandi necessitas urgeat
ne tamen ibi aquae sit sa-
lubris copia, est ibi cum
paladium construenda cister-
na in qua pluviales aquae
colligende sunt. Nam cum
aqua celestis et pluvia-
lis ad bibendum cunctis omnibus
antefertur. Sunt autem in ci-
sterna iam pisces fluvia-
les apponendi ut horum
natatu aqua stans agi-
litatem currentis aquae imi-
tetur. Unde constat quod est edificium
construendum cum situ ad salu-
britatem aquae. Restat videre
quomodo construendum sit civitatum
ad ordinem ventorum. In or-
dine autem ventorum prout re-
quirit edificiorum construendorum ca-
sum consideranda. Videlicet
condiciones celestis diversitas ven-
torum et dispositio terrarum.
Civitatum ad condicionem celeste sunt
duo attendenda. Primo ut
in hyeme debita claritate
illustretur. Secundo ne in

estate immoderato calore op-
primatur / quod si contingit / si edi-
ficium duo / quia ampliorem
partem orientis hyemalem re-
spiciat / tunc eum eo quod in hy-
eme oppositum sit soli debi-
ta claritate illustrabitur /
in estate quidem eo quod oblique
respiciatur a sole habebit
calorem temperatum. Nam semper
radii oblique minorem ca-
lorem generant quam recti. Se-
cundo in edificando edifi-
cio attendenda est diversitas
ventorum / et hec quantum
ad diversitatem camerarum.
Nam ventus septentrionalis
eo quod puriorem aerem facit sa-
lubrior esse videtur / propter quod tem-
pore estivo in quo homines
facilius infirmantur edifica-
re se atque camere oppo-
site vento septentrionali ut
in eis salubrior custodiatur
vita. Tertio quantum ad or-
dinem rerum circa dictarum
terrarum dispositio / ut in
illo loco edificium confinati-
um viridaria et pomaria po-
ssunt esse congrua / aspectus
enim illum et deambulatio
per ea ad iocunditatem et sa-
nitatem confert. Essent autem
in edificiis construendis que-
dam alia particularia dicenda
ut quales debeat esse cella
vinaria / quod debet esse frigida
opposita septentrioni / debet
esse longe ab aquis ut a ci-
sternis et fluminibus et lon-
ge a stabulis fumo et ster-
quilinio. Sed hec et particu-
lariora quibus edificiorum dist-
inguuntur possent / sed talia in-
mis particularia sunt edifica-
torum industrie relinquantur.

Quod possessio homini est quodammodo naturalis et quod abrenunciantes possessionibus quodammodo non vivunt ut homines sed sunt hominibus meliores. Capitulum VI.

Dicto de edificiis et in
ordine suprius enarrato / Restat dicere
de possessionibus. Possumus
autem triplici via venari quod
rerum possessio est homini quo-
dammodo naturalis. Prima sumitur
ex necessitate vite. Secunda ex di-
gnitate hominis / tertia ex ac-
tione nature. Si enim homines
naturaliter vivunt et societas poli-
tica est homini quodammodo naturalis
ut in prima parte huius
secundi libri diffusius probatur /
oportet aliquo modo naturale esse
quod sit necessaria in vita politica.
Sed cum plurimum primo post ne-
cessaria est rerum possessio in
gubernatione domus / quia quis de-
beat politice vivere / eo quod
ipso quod rerum possessio de-
servit necessitati vite est

quodammodo homini naturalis. Secunda
via ad investigandum hoc idem
sumitur ex dignitate humana.
Eo enim ipso quod homo rerum cor-
poralium et sensibilium est naturaliter
creaturarum dignissima, habet
naturale dominium super ipsa. Ex re
naturale est homini quod dominetur istis
sensibilibus, et quod possit eis
uti in suo obsequio. Et quia
hoc est quodammodo possidere ea,
ideo eorum possessio est ei
naturalis. Unde et Philosophus primo
Politicorum, ubi probat possessio-
nem esse naturalem, ait: Quod homi-
num ad bestias naturaliter est iustum
bellum. Eo enim quod bestie
debent esse homini subiecte et
debent ordinari in obsequium
eius, si ipse refugiant obse-
quium hominum, homo contra ipsas
bellat tamquam in ea quibus
naturaliter dominatur. Sic ergo homo
naturaliter dominatur bestiis, sic et
naturaliter dominatur aliis exterioribus
rebus, quod non est nisi rerum
possessio quodammodo naturalis esset.
Tertia via sumitur ex actione
nature. Nam si in ipsa ge-
neratione natura non deficit ani-
malibus, sed naturaliter eis preparat de-
bitum nutrimentum, consequens est
quod non deficiat eis iam per-
fectis. Si enim digniora sunt
perfecta imperfectis, et ipsis im-
perfectis animalibus preparat debi-
tum alimentum a natura, multo
magis hoc preparabitur eis iam
existentibus perfectis. Animalium
autem quedam ovificant, quedam
vero animalificant. In animalibus
autem facientibus ova, sicut quedam
sunt aves, sic natura ordinavit
quod ponatur in ipsis ovis album
et rubeum, ita quod ex albo ge-
neratur avis, et rubeum cedit
in nutrimentum eius. Animali ergo ex-
istenti intra testam ovi non
deficiat qui provideat ei de
debito nutrimento. Sic et in
animalibus natis per generationem
natura non deficit quantum ad nu-
trimentum, quia statim sollicitata
est inducere lac in mamil-
las matris ut ex eo animalia
genita nutriri possint. Quare
si animalibus imperfectis
natura preparat nutrimentum et necessaria
vite, multo magis hoc facit
animalibus perfectis. Ideo dicit
Philosophus in primo Politicorum quod hoc
idem est res a quibus nutrimentum
accipimus date sunt nobis
a natura. Naturale est ergo nobis
habere res exteriores et habere
dominium rerum exteriorum
est homini quodammodo naturale, quia
natura producit huiusmodi sen-
sibilia propter homines. Simpliciter
ergo non est sine quodammodo omnino
ut dicebat secundo philosophorum. Cum
ergo aliquis abrenunciat, et
promittit vivere absque domi-
nio exteriorum rerum, non pro-
mittit vivere ut homo, sed eligit
sibi vitam celestem et super
homines. Sic vivebat et per

generacionem producere. Philosophus est dominium naturale. Inveniuntur tamen multi qui volentes vacare maiori bono omnibus renunciant. Tales enim, ut supra dicebatur, non vivunt ut homines, nec sunt pars civitatis, sed eligunt sibi vitam super homines, et dicendi sunt hominibus meliores. Naturale est ergo homini ut homo est, et ut vitam perficiat, immo potius habere possessionem et dominium aliquarum rerum exteriorum propter sufficienciam vite. Ideo ergo Deus dedit homini vivere, sic fecit animalia, plantas et herbas, ut homo eis dominetur, et ut possideret ea, et ut susciperet in debitum nutrimentum, sine quo vita nostra durare non potest.

Quod utile est in vita politica quemlibet propriis gaudere possessionibus. VII

Fuit opinio Socratis et Platonis, ut recitat Philosophus secundo Politicorum, quod esset utile et expediens civitati quod cives propriis possessionibus non gauderent, sed omnia essent eis communia. Immo quod peius est, ipsas feminas et filios voluerunt esse communes. Dicebat enim Socrates et Plato eius discipulus, sicut sequitur ipsum dicens, quod si nullus haberet uxorem propriam, sed quilibet ad quamlibet pro sua voluntate accederet, esset summa unitas et summa dilectio in civitate. Tunc enim omnes viri diligerent omnes feminas tamquam proprias, sic eciam et omnes homines diligerent omnes pueros tamquam filios proprios, eo quod nesciret pater quis puer esset filius suus, sed reputaret filium quemlibet suum proprium, et diligeret omnes pueros tamquam natos proprios. Sic ergo Socrates et Plato senserunt. Sed in tercio libro ubi agetur de regimine civitatis hec opinio diffusius tractabitur. Sufficiat autem ad presens scire quid sentiendum est de possessione rerum exteriorum, prout facit ad regimen et ad gubernacionem domus. Si enim homines ut plurimum non haberent appetitum corruptum, et ut in pluribus non essent proni ad malum, expediret civitati possidere omnia communia, eo quod quanto bonum est communius, tanto est divinius. Omne enim bonum in communem utilitatem reductum, secundum Boecium, pulcrius elucescit. Rebus tamen sic stantibus, ut nunc utile est civitati cives gaudere propriis possessionibus, eo quod vita civilis sit vita communis

hominum. Homines enim non sunt
generaliter adeo perfecti quod conferent
communiter illa vita pos-
simus autem ex dictis Aristotelis
in libro Politicorum accipere tria
per que tripliciter veniam po-
ssimus quod expedit civitati
cives habere proprias possessiones.
Prima via sumitur ut remo-
veatur incuria et inercia.
Secunda ut prohibeatur litigium.
Tertia ut tollatur inordin-
acio et confusio. Prima via
sic patet. Nam homo diligit adeo
se ipsum quod semper magis solli-
citus est de bono proprio quam de
alieno. Videmus enim quod
sic est facile possessiones con-
sumere et devastare, et adeo
est difficile laborare et pro
lucro substanciam et pos-
sessiones acquirere, quod in civitate
contingit multos esse et esse
pauperes non obstante quod
cives sunt gaudere possessio-
nibus propriis et quod sollicita-
tur circa ea tamquam circa propria
bona. Si ergo non habeat
aliquis proprium sed omnibus civi-
bus essent communes possessiones
quia cives non sic essent solli-
citi ad colendas possessi-
ones communes sicut sunt solliciti
ad proprias ut plurimum contin-
geret civitatem illam sic ordi-
natam venire ad inopiam
ut cives non possent sibi in
victu sufficere. Quod igitur non est

utile simpliciter quod est utile in
casu. Rebus ergo sic se haben-
tibus utile est civitati cives
habere possessiones proprias ne
propter incuriam circa communia
domus civium paciantur inopiam.
Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex remotione
litigii, ut plurimum enim con-
surgunt lites et bella inter
participantes aliqua communia. Vi-
demus autem ipsos fratres ex eodem
patre natos inter quos secundum
Philosophum octavo Ethicorum est
amicicia naturalis ut plurimum
bellare ad invicem, eo quod
sunt eis communes hereditates. Quanto
ergo magis esset dissensio inter
ipsos cives, inter quos non est
tanta amicicia, si essent
eis possessiones communes. Ter-
tia via sumitur ex ordina-
cione remotione et confusionis.
Nam secundum Philosophum 2o Politicorum sic ac-
cideret tunc si cives non ha-
berent possessiones proprias sicut
accidit cum aliquis committit
pluribus ministris. Cum enim
hoc sit cuilibet ministrorum
relictum ne faciat quod man-
datum est, sperans aliud im-
plere quod iubetur, propter quod o-
portet rem illam vel non
producere ad effectum vel
confuse et inordinate
fieri. Ut igitur tollatur confusio
et inordinacio circa expedie-

cia civitati, utile est civibus gaudere possessionibus propriis ut magis sollicite et magis ordinate et absque litigio campi et terre et alia fructifera excolantur.

Quo utendum est exterioribus rebus et quis modus utendi sit licitus

VIII

Philosophus primo politicorum ostendit quod ex alio et alio usu exteriorum rerum consurgit alia et alia vita sive aliquis et alius modus vivendi. Sic enim videmus in animalibus et bestiis quod non omnes utuntur eisdem rebus, nec omnes habent eundem modum vivendi. Sic et in hominibus habet esse. Nam aliqua animalia vivunt ex herbis, aliqua ex pomis vel ex fructibus, aliqua vero ex raptu. Secundum diversos modos vivendi animalium. Nam aliqua vivunt ut ait philosophus gregalia id est sociata, aliqua vero vivunt dispersa. Quelibet enim sic vivunt ut expedit ad sufficientiam vite et ut melius possunt sibi cibum et nutrimentum acquirere. Homines etiam diversi de utuntur exterioribus rebus et non eodem modo vivendi vivunt. Distinguit autem philosophus primo politicorum quatuor vitas simplices vel modos vivendi quatuor ex quibus combinatis resultant alii modi vivendi vel alie vite. Est autem vita quadruplex scilicet pastualis, venativa, piscativa et furativa. Pastualem autem vitam ducunt vivientes ex agricultura vel ex animalibus domesticis. Venaticam autem vivientes ex silvestribus. Piscativam quidam vivientes ex piscibus. Sed furativam vitam ducunt ex rapina viventes et furto. Contingit autem hos modos vivendi combinare, quia quidam vivunt pastualiter et piscative, quidam pastualiter et venative, quidam vero venative et furtive, quidam autem ex omnibus. Nam ex pastuivis piscibus venationibus et furtis vitam querunt. Horum autem modorum modus vivendi furativus omnino est illicitus. Alii vero modi possunt esse liciti. Vivere enim ex pascuis ut vivere ex agris et animalibus domesticis tamquam si sint oves et boves et cetera talia licitum est, quia natura talia produxit ordinata tamquam ad usum hominis. Semper enim imperfecta ordinantur ad perfectiora ut agri et terra que sunt inanimata ordinantur ad nutrimentum arborum et plantarum tamquam imperfecta ad perfectiora. Arbores vero et plante tamquam insensibilia ordinantur ad nutrimentum animalium. Omnia hec autem tamquam inanimata et vegetabilia sensibilia ordinantur ad nutrimentum et sustentationem hominis. Propter quod bene dictum est quod scribitur primo politicorum quod natura dedit nobis talia ordinantur

eius ea ad usu et ad domini
u eius / licitu est quo sume
nutrimentu ex agris et aialibus
domesticis / quare vita pastura
lis e licita. Sic etia vena
tiua et piscatiua de se se
licita / quia enim ho natur dñ
nari debet no solu aialibus
domesticis sed etia bestiis sil
uestribus et piscibus haec conue
talia iustum bellu. ~~per se~~
~~enim~~ l ipsi q phus pmo pol
vult venatiua et piscatiua
vitas esse licitas / ait enim q
hom ad bestias et alia aia
lia e iustu bellu / per se enim
loquendo homines iuste pnt illa
capere et ordinare ea in usu
propriu. Furatiua aut vita
per se loquendo e illicita. quia
hom ad hoies per se no est
iustu bellum. Si enim hoies
aliqui q aliquos iuste bell
ant hoc e qui per accidens ing
natum illi aliquid fore faci
unt vel fore fecerunt in ipsos
Delinquit enim ho offendendo
hominem / per se tn loquendo
no delinquit ofendendo
bestias. Si aut in offensio
bestiaru est delictu hoc e
qui per accidens iniuriam illa
offensa redundat in offensa
hominis, ut in offensa ppri
possessoris. Vide tn velle
phus q no solu homines
ad bestias, sed etia homines
ad barbaros sit iustu bellu
/ homines enim barbari et silue
stres qui ab usu rationis de
ficiunt natur debent esse sub

iecti hominibus pollentibus sub
tilitate et prudentia. Videt
enim velle q quia sapientes
natur debent dñari insipie
tibus iustu habent bellu cont
ipsos si eis noluit ee subiecti
2m que modu loquendi cives
in quibus magis viget prudentia
et intellectu iustu habent
bellu q rusticos si recusent
subiici illis / quos digniu
e esse subditos 2m sententia
phi sic intellecta videtur
esse licita predatiua vita
quia licitu est no solu hoies
depredari et accipe sua / sed
etia accipe eos in persona
et quo recusant facere qd te
nentur. Verum quia nulli e
iniuria facienda per se loqn
do vita furatiua vel pre
datiua dz illicita iudicari
Decet enim quis de ppo vivere
no de usurpatione alieni /
Quia ergo decet ipsos cives
et multo magis reges et pri
cipes vivere vita virtuosa /
si volunt domos ppas de
bite gubernare decet eos scire
quot sunt vite vel quot sunt
modi vivendi / et qui illorum
sunt liciti et qui illiciti. Na
nullus potest virtuose vivere
si possessionibus exterioribus
~~vivat~~ secus vtatur licite

Ut cives et multo magis Reges et principes non debent infinitas possessiones appetere

VIII Quoniam videntur delinquere homines circa appetitum possessionum et circa concupiscentiam divitiarum. Nunquam enim quidam homines satiantur possessionibus et divitiis. Nam nunquam fuit hic tot quin plura vellent, assignat autem philosophus primo polit. duplicem causam quare concupiscentia divitiarum est infinita. Prima sumitur ex inordinatione voluntatis. Secunda ex falsa estimatione finis. Prima via sic patet. Nam ut ipse ait infinita est divitiarum concupiscentia, cuius causa est studere homines circa vivere non circa bene vivere. Estimamus autem propter ipsum bene vivere divitias volunt fruitiones corporales non infinitas querunt. Bene enim vivere est vivere virtuose. Homines ergo qui non curant vivere virtuose sed studium eorum totum est ut vivant circa corporis voluptates, cum divitie maxime videantur ut fereant hoc quibus efficere et quod possit quod appetit, ut melius homines possint explere quod volunt divitiis et possessionibus non satiantur. Secunda via ad investigandum hoc sumitur ex falsa estimatione finis. Ita ut distinguit philosophus primo polit. et ut supra in libro primo diffusius diximus aliud appetitus finis et aliud eorum que sunt ad finem.

Nam finis appetitus in infinitum, eorum vero que sunt ad finem est modus et mensura. Ipsius igitur finis, ut si finis medici est sanare, nunquam posset medicus tantam sanitatem inducere quin si esset possibile vellet eam maiorem efficere, medicus ergo sanitatem suam appetit inducere in infinitum, sed potionem appetit dare secundum modum et mensuram sanitatis. Communiter ergo homines ex falsa estimatione huius de fine et putant ipsum finem in divitiis esse ponendum appetunt eas in infinitum. Sed quod ad gubernatorem domus pertineat non appetere infinitatem possessionum duplici via videre possumus. Prima sumitur ex similitudine quam habet yconomica et ars gubernativa domus ad naturam. Secunda ex similitudine quam habet ad artes alias. Prima via sic patet. Videmus enim naturam non sollicitari circa nutrimentum infinitum, sed tantum apponit de nutrimento quantum sufficit ad nutritum, ut si ex albo ovi natura generat avem et ex rubeo nutrit ipsum non apponit natura in ovo infinitum rubeum sed tantum ibi apponit de eo quantum sufficiat ad nutrimentum illius avis. Sic etiam et natura ex menstruo facit animal et ex lacte nutrit ipsum, non apponit in uberibus infinitum lac

Sed tn̄ apponit ibi q̄ suffit
ad nutrimtū aīalis gn̄ati Cū
g° diuicie et possessiones or
dinen̄ ad nutriend͡ et ad
sufficiencia vite sic rub
eum in ouo ad nutrimtū
auis et lac in ubeibꝫ ad
nutriedum fetꝫ Si gubna
tor domꝰ no vult ꝯ nām
agē sed vult suam domū
regē zm modum et ordi
nem nālē no dꝫt infin

diuitias

tas et possessiōs appete Sz
cum tot hꝫt q̄ pz in exiencia
sui statꝫ bn̄ sufficiat ad
gubernacoꝫ domꝰ dꝫt illis
ēē ꝯtentꝰ Secunda via
ad investigandum hꝫt idem
sumū et silitu ne q̄m habz
ars gubernacōis domꝰ ad
artes alias Nam possessio
nes sꝫ queda organa artꝭ
gubernacōis domꝰ sicut
incꝰ martellꝰ et cetāꝫ huiꝰ
modi sunt organa artis
fabrilis Nulla aūt ars ut
aūt phꝰ p̄mo pol habzt
organa infinita g° nec
gubnatiua domꝰ debet q̄
rere infinitas diuicias si
ue possessios Decꝫ g° omēs
cives et mlto magꝭ reges
et p̄ncipes ēē ꝯtentos ta
lis possessionibꝫ q̄ntas re
q̄rit exigencia sui statꝫ
Na nos sociaē possessoibꝫ
et diuicijs ut pꝫt p̄ huta
vel procedit ex falsa esti
macōn finis ul ex inor
dinacōn voluntatꝭ tato
g° ē hic detestabiliꝰ in re
gibꝫ et principibus q̄m

in alijs q̄nto dēꝫ eos hr̄e
ordinatoiem voluntatem
et meliorē estimacoꝫ finis
Nam sic in libro p̄mo dicebā
detestabiliꝰ ē in rege no ha
bē rām estimatoꝫ de fine
q̄m in p̄plo eo q̄ p̄plꝰ a
rege dirigitur sic detestabliꝰ
in sagittante nō cog^e^ sc̄e
signū q̄m in sagitta eo q̄
sagitta a sagittante dirigat̄

Quot sūt spēs commuta cōni et q̄lle fuit ne cessitas inveniēre denarios. IX.

A considerent dicta
phi in p̄mo poli
omēs commutacoēs
ad tria q̄ si gn̄a reducunt
q̄narum vna ē commuta
co rerum ad res ut frumē
ti ad vinū vel q̄d ordeū
ul ad alia supplēcia in
digenciam corpalē alia
ē commutacō reꝝ ad nu
mismata ut equos Ter
cia ē commutacō numism
atū ad numismata ut
cū denarij argētei commu
tant in aureos ul equus
vel numismata regionis
vnꝰ commutan̄ in numis
mata regionis altiꝰ Vt
g° sciamꝰ quo huiꝰ di
commutacōs opportuit ind
duci Sciendꝫ q̄ si no eēt
nisi communitas domꝰ que
ē communitas p̄ma nulla
commutacō eēt neccia na
in domo p̄ifamilias dnāt

tur et providetur omnibus existentibus
in domo, quare cum commu
tacio facta ad subveniendum
domui fit a patre familias
vel per se vel per procura
tores intermedios. Nam ipsius
patris familias est tantam
indigentiam domesticam
sublevare. Sed tunc eiusdem
ad se ipsum non fit nec em
cio nec vendicio nec com
mutacio. Bene igitur dictum est quod
de primo politice quod in prima
communitate que est domus ma
nifestum est nullum esse opus ipsius
commutacionis. Quod autem alias
commutaciones est commutacio
introducta. Sunt autem alie
commutaciones a communitate do
mus ut communitas vici vel
civitatis vel tocius regni vel
provincie vel eciam diversorum
negociorum vel diversarum pro
vinciarum. Aliqui enim indi
gencia ad vitam non invenitur
in toto uno regno, propter quod op
ortet discurrere aliquos per
diversas mundi partes ut per
diversa regna et regiones querendo
aromata et alia que requiruntur
ad vitam. Propter enim diversum
aspectum celorum et planetarum
aliquibus habundat partibus
calide quibus non habundat
frigide vel econverso. Propter quod
non solum oportet commutari ad
invicem homines unius
civitatis aut unius provincie
sed et diversarum provinciarum
et diversorum regnorum. Propter

hoc quod communitates introducitur et
ille tres species commutacionis.
Nam si ad communitatem vici vel
civitatis aliquando sufficeret com
mutacio rerum ad res, tamen
ad commutaciones que fiunt in toto
regno oportuit introducere com
mutaciones rerum ad denarios
et econverso. Rursus si in communitate
domus tocius regni sufficeret com
mutacio rerum ad denarios
et econverso, in communitate vero que
est diversorum regnorum et pro
vinciarum oportuit introdu
ci non solum commutaciones rerum
ad res vel ad denarios, sed
eciam denariorum ad denarios.
Antiqui enim homines ut patet
innuit philosophus primo politice in sua
simplicitate viventes, quasi solum
commutabant res ad res, ut
si unus habundabat in vi
no et alius in frumento com
mutabat vinum ad frumentum
et per huiusmodi commutaciones sub
veniebant sibi ad sufficienciam
vite. Quem modum ut ipse
ait adhuc reservatum apud
multas barbaras naciones
que non habentes denariorum
usum solum res ipsas com
mutabant. Hic autem modus for
te in uno vico vel in una
villa observari posset, sed in
toto uno regno vel in tota
una provincia si provincia
illa esset magne latitu
dinis, quomodo observari
non posset. Nam vinum frumen
tum et talia quibus indigemus

ad vitam sunt magis ponderis
et comode ad partes longin
quas portari non possunt, oppor
tuit ergo invenire aliquid quod
esset portabile et quod esset pulcrum
et utile pro quo invenire
possent victualia. Huiusmodi
autem maxime est argentum
et aurum quia inter cetera met
alla sunt pulcriora et sunt
utiliora et honorabiliora
ex eis quia possunt fieri vasa que
sunt omnibus utilia quibus et
honorabilia quibus factis
videbitur utens illis esse
in honore et gloria. Primitus
ergo inventae fuerunt commu
tationes rerum ad metalla
solum secundum pondera ut vol
entes hic tantum vini opp
ortebat dare tanti ponderis
argenti vel auri vel etiam
alterius metalli ut placebat
tunc temporis populis vel regibus
instituere. Sed quia difficile e
rat in omni emptione et ven
ditione semper ponderare m
etalla ut ementes et ve
dentes absolverent ab h
uiusmodi pondere in ipsis me
tallis sculptum fuit aliquod si
gnum ut imago principis vel
aliquod aliud signum publi
cum per quod instructi sciebant
quanti ponderis et quanti valo
ris esset illud metallum. Hoc
ergo modo inventi sunt de
narii et numismata, quae est
quidam fideiussor noster pro
quo statim secundum valorem eius
recipere possimus supplementa
a indigentia vitae. Si in toto

ergo uno regno ne nimis g
ravarentur homines commora
ntes in ipso cum ex una parte
regni oportebat eos ire de
ad aliam portando seu
victualia, hac causa inventi
sunt denarii qui est de facili
portabiles per quorum commutationem
victualia inveniuntur. Esset
sic commutationes rerum ad den
arios et econverso forte suffi
ceret in uno regno vel i
una provincia. Sed quia in diu
ersis regionibus diversi denarii, nec
eisdem denariis utuntur
commorantes in diversis pro
vinciis fit commutatio rerum
ad res. Ceterum ad numi
smata oportuit invenire co
mmutationem numismatum ad
numismata. Patet ergo quot
sunt commutationes et quomodo sunt
inventae et quia fuit necesse
invenire denarios. Decet ergo
prudentem patremfamilias
et doctum gubernatorem cog
noscere quomodo ortae sint commuta
tiones rerum et ad quid deserviunt
ut haec cognoscendo melius
sciant suae domui providere.

C. 4. Quot sunt pecuniative et quae illarum sit laudabilis et quae vituperabilis

A

Convenienter post
tractatum de possessi
onibus tractabitur
de numismatibus,
nam habe

Possessiones et habundancie vini et frumenti est habundare in diviciis naturalibus, sed habundare in denariis et in numismatibus ut patet per philosophum primo politicorum est habundare in diviciis artificialibus. Sicut ergo ars naturam presupponit et ubi desinit operacio nature ibi incipit operacio artis, congrue post tractatum de possessionibus ex quibus oriuntur divicie naturales, annectitur tractatus de numismatibus que sunt divicie artificiales. Dicens post possessiones demum est de numismatibus, propter quam dixerunt quod sunt necessaria invenire numisma et pecunia. Restat dicere quot sunt species pecuniative. Distinguit autem philosophus tercio politicorum triplicem speciem pecuniative videlicet naturalem, campsoriam, obolostaticam et tacos sive usuras. Homines enim quatuor modis possidere consueverunt multitudo pecunie.

Prima ergo species ipsius pecuniative dicitur esse naturalis que fit ex eo quod res in pecuniam commutantur. Si quis ergo habundans vino et frumento que natura producit ex eis pecuniam susciperet, talis pecuniativa que naturalis dicetur, quia a rebus naturalibus incipit. Secunda species pecuniative dicitur esse campsoria. Hec enim secundum philosophum primo politicorum forte primitus casu et simpliciter inventa fuit, sed deinde per experienciam iam est artificialis effecta. Quodlibet enim numisma, per se loquendo plus valet in propria regione. Accidit ergo forte aliquos habere numismata que non multum appreciabantur in regione sua eo quod non essent propria regioni illi. Illis ergo casu euntibus ad regiones illas quibus illa numismata erant propria, et portantibus numismata illa accidit explus accipere pro numismatibus illis quam in propriis partibus. Et quod casu campsoria inventa fuit, sed ex hoc casu ars sumpsit originem, ut postea homines artificiati considerarent que numismata in quibus partibus expenduntur, ut postea campsoria artificialis effecta esset causa lucrandi pecuniam.

Hec enim pecuniativa naturalis dici non debet, quia nec a rebus naturalibus incipit, nec ad naturalia terminatur, sed in ea secundum philosophum primo politicorum denarius est elementum et terminus, id est principium et finis. Incipit enim hec ars a denario quem dat et terminatur ad denarium quem recipit, et sic ibi denarius finis et principium dici debet. Tercia species est pecuniative obolostatica vel ponderis expressiva, que forte sic inventa fuit. Nam sic massa metalli in denarios divideretur et in principio ibi signum publicum. Sic aliqui aliquid necessarie invenientes ut propter

Vasa fienda uel pro aliquid
aliud denarii resoluuntur i
massam / accidit ergo forte ex tot
idem denariis uno conflati ma-
ssam maioris ponderis ex quo
casu ars suppsit originem ut
omnes denarii ponderarentur
ut qui essent maioris ponderis
resoluerentur in massam ut ex
hoc lucrum haberi possit / ars ergo
ista obolostatica sine ponderis
excessiua ex excessu ponderis
qui inuenitur in denariis sup-
psit originem / Tertia species pecu-
niatiue dicitur esse kapelos quod
in latino sonat idem quod partus /
Videtur enim hec ars parere
et generare denariös quam nos
communi nomine appellamus usuram
Nequam enim aliqua crescant in
se ipsis nisi rei partus uel per
generationem ut si aliquis habeat
decem oues preca in capite
anni habeat uiginti / hoc est
quod ille oues generauerint et
pepererint alias x / Si
quis ergo ex decem denariis
post aliquod tempus uult habere
duodecim quod fiat pecuniatiua
usuraria ut plane patet uult
quod denarii illi pariant et ge-
nerent / Recte ergo usura
in toto est uocata est denari-
orum partus / Harum autem quatuor
specierum secundum philosophum in politicis sola
prima quia est quasi iconomica
et naturalis est laudabilis / Alie
uero tres secundum ipsum merito ui-
tuperantur / Nam omnis ars que
a denariis incipit et ad denarios

terminatur est uide in dena-
riis sine ponere / Campsoria
igitur et obolostatica et usura
que est tota in pecuniis ex-
sistit quia a pecunia incipiunt
et ad pecunias terminantur uitu-
perande sunt secundum philosophum / Nimis
enim uidetur denariorum cupi-
dus cum actiones a dena-
riis incipiunt et in dena-
riis terminantur / Quamuis tamen
sit de campsoria et obolo-
statica / usura tamen est simpliciter
et in omnibus detestanda ut
in sequenti capitulo apparebit /
Vsuras enim nemine exercere
decet. Campsoria tamen et obo-
lostatica et si mercatoribus
uel aliquibus aliis permittantur
/ regibus tamen et principibus quibus
decet esse Reminiscere exercere
non congruit nisi prima species
pecuniatiue que est iconomica
et quasi naturalis / Decet enim reges
habundare in possessionibus et
in redditibus ex quorum fructu
pro defensione regni et pro aliis
necessariis possint habundare
pecunia / Quot diuisi sunt
modi lucrandi pecuniam et
quod nec illorum modorum sunt re-
gibus et principibus congruentes II

Quarta species pecunia-
tiue quam philosophus
appellat kapelos
sicut dupliciter no-
mine nominatur

Sic duplici via investigari
possimus eam detestabilem
esse. Vertamur enim primo denari
orum partem ex quo nomine
arguit philosophus primo politicorum
eam contra naturam esse. Nam parere
et generare et multiplicare in
se ipsis est proprium naturalium et est contra
naturam artificialium. Stamina
et arche quoniam sunt artificia
lia constitucionis sunt existant
numquam se ipsas multiplicant.
Alia vero que sunt res naturales sicut
jumenta generant et pari
unt et se ipsa augent. Volens
igitur denarios usurarius in se ipsis
multiplicare ut quod decem post la
psum temporis fiant viginti velut
quod artificialia se ipsa multipli
cent quoniam hoc est contra naturam arti
ficialium tamen denarius sit quid
artificiale. Ubi dictum est quod
dicit primo politicorum usuram esse quid
detestabile et contra naturam. Secundo
huiusmodi pecuniam possimus
ostendere detestabilem esse ex alio
nomine quo nominatur. Vocatur
enim usura quia cum idem est quod ra
pina usus. In usura enim u
sus rapitur et usurpatur quia
vel idem venditur bis vel
venditur ibi usus quando non est ibi
usus simul. Ad cuius evidentiam
sciendum quod licet aliud
sit res et aliud usus rei ut
aliud est domus aliud inhabi
tare ipsam. In tamen aliquibus
tamen numquam concessio usus separari
potest a concessione substantie,
in quibuscumque usus potest concedi

usus rei absque eo quod concedatur
eius substantia, potest inde acci
pi pensio dato quod res illa in
nullo deterioretur. Sed si non
potest concedi usus absque concessione
substantie, quoniam ad talem
usum non est pensio aliqua accipi
enda, quod si accipiatur erit ibi
usura aut rapina usus. Cum
ergo usus domus sit domum inhabi
tare non sit domum alienare,
possessor domorum potest concedere usum
domus ut inhabitatorem absque eo
quod concedat substantiam eius, et quod
cuius est substantia eius est usus, quia
dum substantia est ipsius usus pertinet
ad ipsum. Vendens ergo quod suum
est et quod pertinet ad ipsum licite
potest et nulli iniuriatur. Nich
il ergo rapit nil usurpat si re
tinens sibi dominium domus
vendit inhabitacionem et usum
eius. In denariis autem non sic.
Nam usus proprius denariorum
est expendere et alienare de
narios. Numquam ergo potest concedi usus
proprius denarii nisi concedatur eius
substantia, cum ad talem usum oppor
teat ipsam substantiam alienare.
Igitur ergo accidens a substantia
dependet et usus ex ipsa re sumit
originem. Ubi dictum est quod cuius est
substantia eius est usus. Volens
ergo accipere pensionem de usu de
nariorum debet committere usuram
vel debet usurpare vel rapere
usum. Licet concedendo usum dena
rii concedit substantiam eius, concede
do vero substantiam non ultra spec
tat ad ipsum usus eius

Nunc autem si de usu pecuniarum accipiat vendit quod non est suum vel accipit de eo quod non spectat ad ipsum, tamen non ulterius spectat ad eum usus denarii ex quo eius substantiam iam concessit. Advertendum tamen quod ut ait philosophus primo pol(iticorum) et Augustinus rei est duplex usus, unus proprius alius non proprius. Usus proprius denarii est ipsum commutare sive expendere et alienare. Usus vero non proprius est apparare, multi enim ostendunt denarios suos non ad expendendum sed ad apparendum ut videantur divites. Sic etiam usus proprius domus est inhabitare, non proprius est ipsam vendere vel commutare. Multi enim domos fabricant non ad inhabitandum sed ad vendendum. De omni autem usu sive sit proprius sive non proprius potest accipi pensio, si usus ille concedi possit absque concessione substantie. Ex quo plane patet contrario esse de denariis et de aliis rebus. Nam de usu proprio denariorum non potest accipi pensio absque usura, quia talis usus concedi non potest absque concessione substantie, sed de usu non proprio potest, ut si quis vellet in missionata non ad expendendum sed ad apparendum quod forte meliores mercatores faciunt cum ut appareat divites et ut alii citius apud eos deponant pecuniam habentem coram se multitudinem pecunie. Eum quod possit concedere denarios ad talem usum videlicet ad apparendum absque eo quod concedat substantiam eorum, si hoc modo de denariis pensionem accipit forte aliquid peccaret, usuram tamen non committeret. In rebus autem aliis ut plurimum contingit contrario ut in usu proprio non committatur usura. Nam quia inhabitatio que est proprius usus domus concedi potest absque concessione substantie eius, si de hac pensio accipiatur, nulla usura committitur, sed si quis domum venderet vel commutaret quod non est proprius usus eius, dato quod non statim pecuniam reciperet, si propter usum domus vellet ulteriorem pecuniam recipere usuram committeret quia iam usus non spectaret ad ipsum post venditionem, concessit enim substantiam. Unde quod dicitur de usura quia ibi venditur usus qui non spectat ad creditorem quod satis notum est. Decet quod reges et principes si volunt fideliter dominari prohibere usuras ne fiant, quia eo iure naturali contradicit.

Capitulum quod aliqui sint natura servi et quod expediat aliquibus aliis esse subiectos. VII

Circa finem primi pol(iticorum) distinguit philosophus diversos modos

Quibus inmissinata agerunt
Contingit enim hec fieri quatuor viis
quarum una dicitur possessoria
Secunda mercatoria, tertia mer-
cenaria vel conducta, quarta
experimentalis. quarta artificialis.
Via autem possessoria acquiritur
pecunia cum quis possessionibus
habundat et fructibus earum
pecuniam acquirit. docet enim secundum
philosophum yconomicam et dispensa-
torem domus esse peritum circa
possessiones, sciendo que sunt
magis fructifere et ex quibus
potest melius subveniri indigen-
tie domestice sive gubernationi
domus. hoc autem fieri contingit
quod si sciatur quid in quibus par-
tibus habundat, et que illis
animalibus habundant, et quid in par-
tibus illis in quibus existit me-
lius conservantur, hoc autem quomodo sciri
possit, et qualiter circa possessiones
quis se habere debeat et qualiter
circa aves et animalia quadrupedalia
conveniunt et quod etiam magis va-
leat pro agricultura, quemad-
modum ad vinearum plantationes
et ipsius cura circa arbores et
gerenda, dispositiones plenas
pertinere, eo quod alii de tali-
bus sufficienter tradidisse vi-
dentur. Paladius enim mul-
ta huiusmodi enarravit. Secunda
via valens ad pecuniam acqui-
rendam dicitur esse mercatoria
cum quis per mare aut per terram
defert mercationes aliquas
vel assistit deferentibus mer-
cationes ipsas, dividitur
enim secundum philosophum mercatoria in
tres partes, in naucleream
que fit per mare aut per terram
et ponderis portativam que fit
per terram et assistricem. Tertia
via acquirendi pecuniam dicitur esse
mercenaria vel conducta ut
cum quis pro mercede vel
pretio conductus aliquid operatur. Quar-
ta via dicitur experimentalis.
Experimentum enim particularium
est cum quo quis novit parti-
cularia facta aliquorum circa
que pecuniam se lucratur, dicitur
sicut lucrativa experimentalis.
Recitat enim philosophus duo particula-
ria gesta quibus fuit pecunia
acquisita. Primum est quod fecit
Thales milesius unus de sep-
tem sapientibus, qui primo philo-
sophari cepit. Ipse enim cum
esset pauper. et improperaretur
sibi a multis cum philosop-
haretur ad quid valet philoso-
phia cum semper in egestate viveret
ipse non denariorum cupidus sed
ut ostenderet quod facile esset phi-
losophis ditari si circa talia
curam gererent. Vidit per astro-
nomiam futuram esse magnam
copiam olivarum ab omnibus
incolis regionis illius emit
totum oleum quod recollecturi
erant in anno futuro anti-
cipata quadam pecunia, et data
arra bona pro futuro oleo
tunc quia nullus poterat vendere oleum
nisi ipse solus ferre vende-
bat libere pecuniam ut volebat

Sunt etiam enim aliqui acquirentes divitias
secundum primum est facere monopolia
id est facere venditionem unius.
Nam cum quis solus unus vendit
taxat pretium pro suo voluntatis
arbitrio. Voluerunt ergo pecu-
niam acquirere opportunitates et
alia gesta particularia per
que aliqui sunt pecuniam lucra-
ti habere in memoria
ut si occurreret opportunitas
per illa gesta, dum tamen illa
sint licita, pecuniam lucrarentur.
Quinta via dicitur quasi artifi-
ciata, quando quis per artem suam
aliquam exercet propter quod pecuniam
lucratur. Nam licet finis ar-
tis militaris sit victoria
et medicinalis sit sanitas,
singule tamen artes que ad pe-
cuniam ordinantur, tamen ex opere
ex arte facto pecuniam inten-
dunt. Mediati enim fabri edi-
ficatores et etiam ipsi mi-
lites cum stipendarii fuerint
pecuniam intendunt. Decet
ergo quemlibet volentem secundum vitam
politicam providere indigen-
cie domestice habere curam
de acquisitione pecunie secundum quod
exigit status suus. Reges autem
et principes inter vias
tactas solent due videri esse
utiles: possessoria et experimen-
talis. Decet enim eos vel per
se vel per alios scire et per-
scrutando condiciones particulares
regni et gesta particularia
predecessorum suorum secundum que
licite pecuniam acquirebant.
Debent enim conservare lauda-
biles consuetudines regni
secundum quas capiant licitos red-
ditus non usurpando aliorum
bona. Consideratis ergo gestorum
particularium et consuetudinum ap-
probatarum, et via expe-
rimentalis utilis est regibus
et principibus in acquisitione pe-
cunie. Sic etiam utilis est
via possessionalis non solum
in possessionibus immobilibus
cuiusmodi sunt agri et vinee
et cetera huiusmodi, sed etiam
in possessionibus mobilibus.
Decet enim ipsos possidere mul-
titudinem bestiarum et etiam
alium per que satis faciant
indigencie vite. Vidimus
enim Fredericum imperatorem
qui tamquam sapiens secularis
predicabatur, habuisse magna-
[illegible] multas non obstante
enim quod esset fertilissime do-
minabatur ubi propter victualia
modicum precium exigebatur nic-
hilominus tamen quia semper ex propriis
alimenta carnium volebat
assumere, et hoc esset tam in
bestiis in volucribus. Hec
enim decet reges et principes
ut aliis existentibus in regno
exempla prebeant ut non
videantur quasi advene et pe-
regrini. Cum enim singula
alimenta pecunia emunt
magis vivunt ut advena
et quasi ut cives esse decet

Reges et principes habere homines industres tam super cultura agrorum et vinearum quam etiam super armentorum boum et super multitudine ovium et aliorum animalium deservientium ad indigentiam vite non solum quadrupedum, sed etiam volucrum sicut alicubi conspicitur et habent multitudinem columbarum et aliarum avium ex quibus domestica alimenta sumuntur. Sic et Philosophus in Poli. ait industriandum est circa apum culturam si partes ille apte essent ad talem cultum. Ex apibus enim in partibus convenientibus colliguntur multi fructus cum parvis expensis. Ut ergo sic ad unum dicere, semper vita civilis apud volentes politice vivere melior est vita peregrina et habere alimenta ex propriis quam singula procurare emere etc.

Quod preter servitutem naturalem que est quasi servitus simpliciter est dare servitutem legalem et positivam. XIII

Debebamus super in tractatu a parte huius tertii libri de quatuor esse dicendum, videlicet de edificiis, possessionibus, numismatibus et ministris sive servis. Expeditis ergo tribus restat exequi de quarto, ut de servis. Ostendemus autem primo servitutem naturalem aliquam esse et quod naturaliter expedit aliquibus alios esse subiectos. Quod probat Philosophus primo Pol. quadruplici via sumpta ex quadruplici consideratione. Prima via sumitur ex consideratione accepta in rebus inanimatis. Secunda ex partibus eiusdem animalis. Tertia ex diversis speciebus animalium. Quarta ex diversitate sexuum in specie humana. Prima via sic patet, nam numquam aliqua multa et in debitum ordine efficiuntur aliquid unum nisi sit ibi aliquid predominans respectu aliorum, ut si plures voces efficiunt aliquam aliam armoniam oportet ibi dare vocem aliquam predominantem et in qua tota armonia diiudicatur. Sic etiam si plura elementa conveniunt ad constitutionem eiusdem corporis mixti, oportet ibi dare aliquod elementum predominans et in quo illud mixtum consistit debito modo a debitis suis. Inde est quod in omnibus mixtis dominatur terra quia omnia talia sunt gravia et naturaliter cadunt deorsum. Ergo si sic est in rebus inanimatis quod inquantumcumque aliqua plura constituunt naturaliter aliquid unum nisi ibi aliquid naturaliter sit predominans. Cum societas hominum sit naturalis, quia homo naturaliter est animal sociale ut superius diffusius probabatur, inquantum ex pluribus hominibus fit naturaliter una societas vel una politica

Nisi naturale esset eis aliquos principari et aliquos servire. Sunt ergo aliqui domini et alii naturaliter servi. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex hiis que videmus in partibus eiusdem animalis. Constat enim animal tamquam in partes essenciales dividi in corpus et in animam ubi anima est quasi dominans et corpus est quasi obsequens et obediens. Corpus enim non possit seipsum dirigere ad operationes debitas sed dirigitur ad nutum (?) eius opera per virtutes anime. Cum ergo multi homines comparantur ad alios quasi corpus ad animam sequitur eos naturaliter esse servos. Sunt enim aliqui carentes prudencia et intellectu non valentes se dirigere in operationes debitas. Expedit ergo eis ut dirigantur ab aliis et ut aliis sint subiecti. Sicut ergo in homine virtuoso et bene disposito anima dominatur et corpus obedit sic in politica bene ordinata sapientes debent dominari et insipientes debent obedire. Et se habent comparati ad alios

108

quasi corpus ad animam et quasi organum ad artificem. Contingit autem aliquando magis dominari ignorantes tamquam sapientes. Sed hoc accidit ex perversitate politice. Nam sicut in homine pestilente et habente animam perversam corpus et sensualitas dominatur magis quam anima vel ratio. Sic in politiis pestilentibus et corruptis magis ignorantes dominantur ignorantes quam sapientes. Tertia via sumitur et ducitur per comparationem hominis ad alia animalia ut ex homine respectu aliorum animalium. Homo enim ut supra dicebatur naturaliter dominatur bestiis. Videmus enim multas bestias domesticas ut canes et equos in multis consequi salutem per prudenciam hominum quam ex propria industria consequi non possunt. Expedit ergo eis et naturale est ipsis subici homini eo quod per hominum prudenciam dirigantur et salventur. Sicut cum incipientes comparantur ad industres sicut bestie ad homines eo quod carentes prudencia nesciant seipsos dirigere, sic naturale est bestias servire hominibus. Sic naturale est ~~homines prudentes~~ ignorantes subici prudentibus. Expedit enim eis sic esse subiectos ut per eorum industriam dirigantur et salventur. Quarta via sumitur ex diversitate sexuum vel ex comparatione maris ad feminam. Videmus enim viriliter (?) quod sit virilis potencior naturaliter dominatur femine. Dicitur autem de primo pol quod habet consilium invalidum. Si ergo videamus aliquos homines respectu aliorum plus deficere a rationis usu quam femine a viris sequitur eos naturaliter esse subiectos. Sicut servitus sit aliquid naturale et naturaliter expedit societati humane aliquos servire et aliquos principari.

et in principio tali dicebatur.

Quod praeter servitutem vel ministrationem naturalem et legalem est dare ministrationem conductam et deffectivam. VIIII

Sciant praeter ius naturale quae homini expediunt dare leges quasi positivas secundum quas regentur regna et civitates. Sic inspicimus fuit conditoribus legum quod praeter servitutem naturalem secundum quam ignorantes debent servire sapientibus oportet dare servitutem legalem et quasi positivam secundum quam debiles et victi serviunt victoribus et potentibus. Est enim iustum legale ut recitat philosophus primo politicorum superatos in bello serviliter superantibus. Videtur autem huiusmodi iustum quod secundum philosophum est secundum quid et positivum tripliciter congruitatem habere. Nam prima sumitur ex conditoribus legum, secunda ex defensione patriae, tertia ex salute debellatorum. Prima congruitas sic patet. Oportet enim dominantes ut dicitur in politicis habere aliquem excessum respectu servientium. Huiusmodi autem excessus duplex esse potest: vel secundum animam vel secundum corpus. Nam bona quibus ex hiis naturaliter dualibus partibus est compositus. Excessus autem secundum bona animae est quasi excessus simpliciter eo quod ista bona simpliciter dici possunt. Excessus vero secundum bona corporis respectu illius est quasi secundum quid eo quod huiusmodi bona non sunt tanta sicut bona animae et deficiant a bonis illius. Propter quod superius dictum est quod dicit philosophus primo politicorum quod si dicamus aliquos digne dominari quia excedunt in bonis corporis ut quia sunt pulcri et fortes, multo iustius est hic diffiniri in anima ut dicamus aliquos dominari quia excedunt in bonis animae. Nam cum anima est praestantior corpore, sapientia ergo et bonitas quae sunt bona animae reddunt dominium naturale et simpliciter. Est enim dignum naturale et simpliciter sapientes et bonos dominari ignorantibus et pravis. Sed civilis potencia et fortitudo corporis cum sint bona corporalia et exteriora non faciunt dominium simpliciter naturale, sed magis faciunt iustum legale et positivum. Quod enim superans in bonis corporis ut in fortitudine vel in civili potencia dominetur hiis quos debellavit non est iustum naturale sed secundum promulgationem legis. Videtur tamen huiusmodi iustum aliquo modo esse congruum si considerentur legum conditores. Nam legislatores cum sint homines, ergo magis nota sunt bona corporis exteriora quam animae et interiora ut lex dicet

iudicant de aliquo certo. Visum fuit legumlatoribus ut superantes in bello congrue ornarentur alijs superatis, eo quod talis excessus notus sit, quia aliquis virtute et probitate, ait, iustius est diffinire donum quam bona anime quam bona corporis, sed ut ait non solum est videre pulchritudinem anime et corporis. Secunda congruitas ex defensione patrie. Nam ut homines fortiter bellarent pro defensione patrie vel proprie civitatis vel regni, in favorem communis boni et defensionis patrie inductum est ut superantes in bello dominentur superatis, propter quod decet virtuosos et sapientes et bonos non resistere ordinationi legali, quia commune bonum bono privato est preponendum. Tertia congruitas sumitur ex salute debellatorum. Nam hac lege primo multi superati in bello salvantur. Homines enim alios debellantes promptiores essent ad homicidium si scirent se ex eis nullam utilitatem; inde quoniam consequentem fecerunt. Unde servi secundum ethimologiam dicti a servando quia servantur a victoribus reservantur in bello et non occiduntur ut possint ipsos possidere tamquam servos et ancillas etc.

Quomodo in domibus regum et principum sint ministeriis officia committenda. Capitulum XI.

Possumus autem dicere quatuor esse manieres ministrorum. Nam aliqui sunt tales natura, aliqui vero ex lege, aliqui quidem ex conducta, aliqui ex virtute et dilectione. Omnis ergo minister vel est barbarus vel impotens vel mercenarius vel virtuosus et directus. Barbari enim dicuntur illi qui sunt quasi silvestres et nesciunt seipsos dirigere, propter quod tales contingit esse natura servos ut est prehabita manifestum. Deficientes enim in bonis anime secundum quendam excessum contingit aliquos naturaliter dominari. Impotentes vero contingit esse ministros ex lege, ut hi qui in potentia deficientes debellantibus resistere ex promulgatione legum debent eis servire et ministrare. Mercenarios vero contingit esse ministros ex conducta, eo enim mercenarius dicitur quia propter mercedem intendit obsequi cuius a quo mercedem expectat. Sed boni et virtuosi sunt ministri ex virtute et dilectione, licet enim digna sit operarius mercede sua et non sit congruum aliquem propriis stipendiis militare

Princeps tamen ministro debet quibus intendit bonum quod at intendat ibi mercedem aliquam temporalem hic dicitur esse existimenti. Oportuit ait dare ministratorem conductitium et dilectivum per ministratos naturalem et divinam legem. Nam quia cum in nobis sit corruptio appetitus non semper rectissima ordine naturalem, et ideo ut plurimum principantes sunt cupidi. Nam ignorantes et privati bonis artes non acquirentur ministri et servire pollentibus prudencia et intellectu. Rursus quia contingit aliquem pluries esse et nobili genere ortos toto tempore vite sue non agere aliquod ministerium ut ex eo possent acquirere aliquos ancillantes et servos nec ergo tales omnino pacent ministri ad supplendam indigentiam, domestici oportuit esse aliquos ministros conductios et servientes intuitu mercedis. Et aliquos dilectivos et virtuosos ministrantes ex amore et boni. Ad hos autem ministros esse rectos, et boni amor inclinat ad serviendum, decet principantes esse sicut ad filios et decet eos nec regimine servili sed magis esse paternali et regali regi. Possumus

autem duplici via ostendere tales ministros si quos contingat esse magis honorandos et premiandos esse ceteros. Prima via sumitur ex dignitate ipsorum ministrantium. Secunda ex unitate et propinquitate quam habent ad principem. Prima sic patet. Nam semper dignioribus ampliora beneficia tribuenda sunt tum ergo virtuosi serviens ex amore honesti, et ex dilectione boni dignior sit mercenario qui principi servit ex conducto et mercede, et sic serviens non amore honesti dignior, sicut quod est superatus in bello, et omnino sit melior barbaro qui ministrat eo quod nesciat se ipsum dirigere et deficiat a rationis usu ex ipsa dignitate ministrantium huiusmodi ministros a principe ante esse magis honorandos et premiandos. Secunda via ad ostendendum hoc idem sumitur ex unitate et propinquitate quam habent huiusmodi ministri ad principantem, dignum enim est ut partes propinquiores fonti plus profundant aquas, dicere possumus amor quidam est virtus unitiva et concretiva, sicut dicitur vult Dionysius de divinis nominibus ministratores principi non ex mercede sed ex amore magis sunt unitati volentes coniuncti sunt ei quam alii, ideo dignum est ipsos plus de influentia regie

et amplius honorari et premiari a principante.

Quod a regibus et principibus providenda sunt indumenta ministris. [illegible]

Cum in domibus regum et principum ministris officia dispensantur, ut aliqui sint mensis, aliqui multitudini equorum, aliqui vero aliis rebus, prout requirit modus domesticus, quantum ad praesens spectat tria sunt attendenda, videlicet ordo ministrandi, facultas exequendi, et condecens ministratio. Primo enim attendendum est officia domestica sic esse committenda ministris ut reservetur ibi debitus ordo ministrandi, quod maxime fieri contingit si unumquodque officium quod committitur ministris pluribus, nisi illi plures sint sub aliquo uno, cuius cura architectonica sit principaliter intendere circa officium commissum. Ratio autem huius assignatur secundo Politicorum, ubi dicitur quod aliqua deterius fiunt si multi ministrantes quam si pauci. Nam cum multis idem ministerium committitur, saepe illud negligitur. Nam saepe quilibet ministrantium huiusmodi ministerium negligit credens quod alius exequatur illud; ubicumque enim est multitudo ibi confusio, nisi multitudo illa reducatur ad aliquid unum. Sicut enim videmus in universo quod ipsum est maxime ordinatum eo quod multitudo entium existentium in ipso reducitur in unum primum ens, ut in unum deum a quo omnia ordinantur, sic quaelibet multitudo si debet ordinata esse oportet reduci in unum aliquid a quo ordinetur. Si ergo multis ministris committatur officium aliquod, ne id negligatur et ne fiat confuse et inordinate, praeficiendus est unus architector ministerii illius, cuius sit sollicitare et ordinare illos. Est autem hoc documentum maxime necessarium in gubernatione domorum regalium, ubi propter magnitudinem officiorum oportet idem ministerium committi ministris multis, eo quod unus non sufficeret exequi opus illud. Est ergo in commissione officiorum attendendus ordo ministrandi. Secundo debet ibi attendi facultas exequendi, quod maxime fieri contingit si cuidam non committantur officia plura et diversa. Ratio autem huius haberi potest ex hiis quae dicuntur quarto Politicorum. Debemus enim sic imaginari quod sicut se habet magna civitas ad parvam, sic se habet magna domus ad parvam. In magna enim civitate ut dicitur ibi fine

Quarto volo non sunt con-
gregranda officia et principa-
tus ita quod eidem committantur
diversa officia vel diversi ma-
gistratus quia in civitate
magna officia et principatus
tantam curam habent annexa
ut eadem persona sufficere non
posset ad faciliter exequendum
officia multa. Sed in parva
civitate vel in parva villa
ubi propter paucitatem habitantium
non multi possunt preesse in
officiis et ubi officia commis-
sa non magnam curam
habent annexam, congregantur plura
officia et magistratus, ita
quod eidem diversa officia commit-
tantur. Quod ergo dictum est
de civitate parva et magna
intelligendum est etiam de par-
va et magna domo. In do-
mo enim parva ubi pauci
sunt ministri et ubi officia
a modica cura habent non
est inconveniens plura officia
committi eidem, posset enim do-
mus esse adeo parva quod et
faciliter idem posset esse totus
minister mense et custos porte
, sed in domibus regum et prin-
cipum ubi est multitudo minis-
trantium et ubi officia ma-
ximam curam habent, sic omnino
enim officia particulanda et dis-
tinguenda, et si sunt plu-
ra committenda eidem, ne
impediatur facilitas exequendi.
Tertio in commissione officiorum

consideranda est conditio
ministrantium quia enim mini-
stri in duobus consueverunt de-
ficere. Nam aliqui male
exequuntur opus iniunctum quia sunt
decipientes et defraudantes
iura regalia. Alii vero ma-
le exequuntur ipsum, sed hoc non
est ex malicia voluntatis, quia ipsi
de se volunt bonum. Sed hoc
contingit ex hebetudine intellectus.
Sunt enim hebetes et impru-
dentes propter quod licet non decip-
iant nec defraudent, decipi-
untur tamen et defraudantur. Con-
dicio ergo ministrantium quae debet
ut sint fideles et prudentes,
fideles quidem quantum ad recti-
tudinem voluntatis ne defra-
udent. Prudentes vero quantum
ad industriam intellectus ne
per insipientiam defraudentur.
Fidelitas autem cognosci habet
per diuturnitatem temporis, ipsum
enim cor hominis videre non
possumus, sed si per diuturna
tempora et in diversis officiis
commissis fidelis se gesserit fi-
delis est iudicandus. Prudentia
vero cognosci habet per ea
que diximus in primo libro, ut
si aliquis sit providus, me-
mor, cautus et circumspectus et
alia que ibi diximus, prudens
est reputandus, et hoc secundum
magis et minus prout ma-
gis et minus participat de con-
ditionibus illis.

Quid ē curialitas

Qualr Reges ꝛ pncipes debent exhibere indumta suis ministris

XVIII

Quia maxime ap-
paret Regis prude-
ncia si suā fami-
liā debito mō gu-
bernet et si ei debite et or-
dinate tribuat / et qꝫ debi-
ta provisio indumentoꝝ
videtur facere ad honoris
statum ut instruatur re-
ges et pncipes qualr circa h
se honorifice habeat et p-
rudenter Videndū ē qualr
se exhibenda indumeta
ministris / Ad cuius evidenciam
sciendum / qꝫ circa hec quantu
ad pns spectat quatuor sūt
attendenda videlicet Regis
magnificencia / uniformi-
tas ministrancium / condicio per-
sonarum / consuetudo patrie
et congruencia tēpis / Cu
eni deceat regem esse ma-
gnificum ut supra in pmo
libro diffusius probabatur /
decet ipm circa suos minis-
tros decenter se habere in de-
bito apparatu / et in debi-
tis indumentis / Nā licet
nō ad inanem gloriam nec
ad ostentacōꝫ talia sint
facienda / tamen ut reges
et principes consueverunt se
in suo statu magnifico et
ne a populis contempnantur
decet eos magnifica facere

ut probat phus sexto poli /
Secundo circa vestitū consi-
deranda ē uniformitas mi-
nistrancium / Nā ut appareat
ministri pertinere ad unum pn-
cipem sive ad unum dominum
reservata condicōn psonarum
maxime debet attendi
ut uniformiter vestiantur /
Dicem eni in domibus regum
et pncipum diversi gradus psonaꝝ
omnes qui illi qui in uno
gradu esse cernuntur / vel si nō
multum abinvicem distant
eo modo sunt induendi ut
ex conformitate indumentoꝝ
cognoscantur unius pncipem
esse ministros / Tercio circa
provisionem indumentorum
consideranda ē condicio psonaꝝ
Nā nō omnes decet habere
consimilia indumenta / In tante
eni domibus nō solum sunt
laici sed etiam clerici et in-
ter eos quidam sūt superiores
quidam inferiores / propter quod decet
eos alr et aliter esse or-
natos / sic eni videmus
in ordine universi / qꝫ cu
totum universum sit quasi una
domus summi principis de-
center ut plane innuit phus
duodecimo methaphisice / In
hac domo nō oia gaudent
equali apparatu / vel equa-
li pulcritudine / sed con-
siderata condicione reru

Aliqua polleant maiori p(re)/ulencie, alij minori prout requirit ordo et iusticia virtutis in quo declaratur mirabilis condicionis superia, que in domibus regum et principum quarum qualibet pro varietate ministrancium et officiorum que quodam vinculo dia... per iud omnes ministrantes eque pulcro apparatu neque eque pulcris indumentis gaudere debet sed considerata condicione personarum sic et statuum sunt cuilibet talia tribuenda ut in hoc appareat prudencia et industria principantis. Circa hoc considerandum est assuetudo patrie. Nam omne mo(re) suetum videtur quia sepe et inordinatum neque enim a pruci... tia soliti sumus videre, ad illa nimis solliciti afficiamur ideo dicitur circa fine septimi poli(ticorum) quod semper prima amamus magis, videmus enim omnes homines adeo affici ad priores consuetudines et ad consuetudines regionis proprie, ut eciam si peiores et turpiores sint eas pulcriores et meliores iudicant. In indumentis igitur et in omnibus consuetudinibus aliquo dato consuetudini est regionum nisi consuetudinibus ille sunt perviti corruptele. Circa hoc consideranda est congruencia temporis. Nam cum hec inferiora tempora regantur per supercelestia, prout variantur tempora et prout diversificatur condicio celestium corporum, cibus indumenta et cetera talia deservencia ad indigencia vite sunt varianda.

Quid civilitas et quod decet ministros regum et principum esse civiles xciii

Videtur autem civilitas se habere ad nobilitatem morum sicut iusticia legalis se habet ad impletorem legis. Nam in processu patebit, sicut legalis iusticia est quodammodo omnis virtus quia lex omnes virtutes implere iubet. Sic civilitas est quodammodo omnis virtus quia nobilitatem morum est omnem virtutem commictat dicitur, possumus enim distinguere duplicem nobilitatem, unam secundum opinionem ut nobilitatem generis, aliam secundum virtutem morum. Nobilitas autem in excessu aliquo boni sumitur videtur. Nam unusquisque dicitur unus nobilior ac nisi in aliquo excedit illum. Sicut ergo sunt duo genera bonorum magnorum, quedam sunt magna bona secundum opinionem ut corporalia

et extrinseca quedam vero sunt
magis bona 2m veritatem
ut virtutes et bona anime
Sicut dux nobilitas habet
esse vna que fundatur in excessu
magnorum bonorum 2m opi
nionem alia vero que fundatur
in magnis bonis 2m exist
enciam et veritatem homines
vero vulgares et quia ipsi
non percipiunt nisi sensibilia
bona et exteriora hinc di
sunt honorabilitate quia
diuicie cumulus potentia
quo ergo procrescit et quia hon
orabili ut ex diuitibus et
ex potentibus et hic extanti
quo ita quod non sit memoria
in ipsos progenitores suos
fuisse pauperes de hic no
bilitate quia et ipsi sitis
est nobilis 2m reputacionem
et 2m opinionem vera tamen no
bilitas est 2m excessum et
bonitatem morum Tamen ex
fama magis totaliter deper
dit et quod quia de impossibile
est esse falsum 2m totum ut vi
detur velle ipsius viri e
thic Hinc dicitur vulgaris
opinio alicui probabilitati
innititur Videmus enim ut
plurimum quod nobiles genere
sunt nobiliorum morum
quam alii sunt Nam ut dicit
primo pol sicut ex homine
nascitur homo et ex bestiis

Bestia sic ut plurimum ex bonis
nascitur bonus et ex pru
dentibus prudens Nobiles
ergo homines qui cum pluribus
conuersantur quam experti ut plu
rimum sunt prudenciores a
liis et quia multi oculi
in ipsos respiciunt quilibet
ipsos verecundantur et dedign
antur opera quam alii quia
ergo nobiles homines 2m genus
sunt in statu in quo proba
bile ~~est~~ eos esse pru
dentiores aliis et 2m quod
dem eos esse meliores aliis
est probabile est ex bonis
et prudentibus bonos et
prudentes oriri quod sic ex no
bilibus natalibus orti dicu
ntur nobiles 2m opinionem
quia opinio probabilitati
innititur et tales ut
pluries pro vita probabile est
esse prudentes et bonos
Hinc tamen publicitati aliquid
subest falsitas quia ut
dicitur in politicis natura autem
vult quidem hoc facere mul
totiens tamen non potest sed de
ficit Sciendum enim nobi
les quia degenerant a vera
nobilitate et sunt peiores
aliis 2m mores dicitur ergo
nobilitas quia est nobili
tate magis 2m opinionem

Morum vero nobilitas est in
existencia et virtute quia decens
est quod credunt et estimant
bonum esse, tales enim virtutes
decentes nobiles quia esse
nobiles in moribus, ex hoc
ergo curialitas videbitur
Ista curia proprie non dicitur nisi
domus nobilium et magno
rum, et quia decet nobiles et m
agnos esse nobiles in mo
ribus Unde sumptum est ut dica
tur curiales esse habentes
mores nobiles, propter quod curi
alitas quedam morum nobili
tas dici potest Est igitur curi
alitas quedam modo omnis virtus
per comparacionem ad nobilitatem
morum, Sic legalis iusticia
est tota virtus per rectum ad
impletorem legis, precipit enim
lex omnem virtutem ut pa
rit non mechari, quod est opus
temperancie non dimittere
aciem quod est opus fortitudi
nis, et sic de aliis Sic no
bilitatem morum, Decet
enim omnes virtutes propter quod curi
alitas est quedam omnis virtus
Dicuntur enim curiales qui
prompte tribuunt mode
rata dona quod est opus libe
ralitatis Sic et curiales dicun
tur decentes se habeant in ma
gnis sumptibus quod est opus ma
gnificencie, sic et curiales
comestores dicuntur qui non nimie
ardent vel turpiter comedunt
quod est opus temperancie, curia
les enim dicuntur homines se
habere erga suos cives, si
non eis iniuriam inferat
in uxoribus vel filiabus, quod
est opus castitatis, dicitur eciam
quis curialis in conversacione
si sit aliis affabilis et hi
lari vultu alios respiciat
quod est opus affabilitatis ut
ergo sit ad unum dicere quo
dammodo curialitas est omnis
virtus Differt tamen quia opus esse a
virtute per speciali et a vir
tute iusticia legali et a
curialitate ut si quis sump
tibus sua bona propter
largiri si hoc agit quia ei
placet, huiusmodi actus libera
lis est, sed si ut impleat le
gem quia hoc lex precipit in
sticie legalis, si vero id agit quia
hoc decet mores curie et mo
res nobilium curialis est, sic
eciam si hilaris et affabilis
quis cum aliis conversetur si hoc
agit, quia ei placet huiusmodi
opus affabilis est sed si ut
legem impleat iusticie lega
lis est, qui vero ut servet
mores curie et nobilium
curialis esse dicitur Sunt enim
multi facientes opera virtutum
ut bona sua aliis largi
entes non attendentes Hoc

quia eis placet expendere
nec quod delectentur in dando
quod fiat liberalibus. nec quod ex
hoc velint implere legem
hoc precipientem quod faciunt
iusti legales. ideo quod volunt
retinere mores curie et
nobilium. Quos decet da
tiuos esse propter quod liberales curi
ales dici debent. Advertendum
tamen quod licet curialitas
sit omnis virtus per comparationem
quandam sumpta. Ad nostram
intentionem largitas et affabi
litas curiales dici possunt. quia in
curiis et in domibus no
bilium ubi conversantur et ubi
communiter multum habundant
exteriora bona potissime
largitas quantum ad sumptus
et affabilitas quantum ad
conversationem requiruntur. Viso quid est curialitas de le
vi patet quod decet ministros re
gum et principum esse curiales.
Nam si decet reges et princi
pes eo quod sunt in maiori no
bilitatis gradu habere mores
nobiles et curiales ministros
quos in bonis decet suos
dominos imitari oportet
curiales esse.

Quomodo Reges et principes erga suos ministros debeant se habere. X·C·IIII

Ostensum est qua
les debent esse mi
nistri Regum et
principum quia de
bent habere mores nobiles et
curiales ministros. Nam sicut
decet cives ut debitam politi
am servent esse iustos lega
les sic decet ministros dominorum
ut servent decentiam curie et
honoris statum curiales esse. quia
si sciunt esse tales oportet esse
mores. Restat ostendere qualiter
reges et principes et universaliter
dominantes erga eos debeant
se habere. debitus autem modus
se habendi circa ipsos consistere in quinque
videtur consistere. Primo ut eis
debite officia committantur.
Secundo ut ad officia commissa
debite sollicitentur. Tercio ut sci
atur qualiter cum eis est conversan
dum. quarto qualiter sunt ipsis co
mmunicanda consilia et ape
rienda secreta. Quinto et ul
timo oportet cognoscere qualiter sunt
beneficiandi et que sunt eis gra
tie impendende. Primum autem
horum aliquod est exhibere ma
nifestum. Nam si minister consti
tuendus in aliquo officio
vel in aliquo magistratu debet
esse fidelis et prudens ne
defraudet. et ne defraudatur
quanto plus constat de eius fide
litate et prudentia tanto
sunt eis maiora officia
committenda. Nulla enim ad

plenum potest experiri de bonitate
et fidelitate alicuius nisi per diuturnitatem
temporis ut vult philosophus
octavo Ethicorum. Unde ut
ibidem dicitur in proverbio est dicere
quod non est ante amicicia adinui
cem ante multos modios
salis opportet consumere. Sic eciam
et de prudencia alicuius
non plene constat nisi per diuturnum
tempus videmus ipsum pru
denter egisse. Hoc ergo modo
sunt ministris officia commit
tenda quod ponendi sunt in
parvis magistratibus ut de
eorum fidelitate et prudencia
simus experimentum quod si cognoscatur
eos bene egisse in illis po
terunt eis ulteriora committi.
Est tamen diligenter considerandum
quia mores immediate ditato
rum et de novo ascendencium
ad altum statum ut dicitur Rethoricorum
secundo ut plurimum sunt peiores
moribus aliorum si prepositi
aliorum officiorum ex vili genere
sunt assumpti. Dato quod in
aliquibus parvis magistra
tibus videatur fideliter et prudenter
se gessisse non statim assumen
di sunt ad officia nimis
alta sed gradatim et per multa
tempora est habenda de ipsis experi
encia prius quam ad aliquid al
tum ascendant. Viso quomodo
ministris sunt officia committenda
videre restat quomodo sunt in commissis
officiis sollicitandi. Propter enim
ipsos habere curam et sollicitudinem
de ministris non decet magnos
dominos nec Reges et principes.
Nam ut dicitur quarto politicorum quod hoc
non habet aliquid magnum. Unde
ibi concluditur quod quibuscumque est potestas
ut hec vitent procurator ac
capit hunc honorem. Ipsi vero cum
liberi vivunt aut philosophantur.
Reges et principes quos decet
esse magnanimos decet operari
pauca et magna ut decet
ipsos sollicitari circa ea que
directe spectant ad bonum commune
et ad regimen regni. Que autem
sunt illa in tercio libro patebit.
Sollicitari vero circa quoscumque
ministros et velle se de quibus
cumque minimis intromit
tere pusillanimitatis decet eos. Hoc
viso Restat ostendere circa videli
cet quod ministros ipsos sit conversandum,
quod in aliquo modo tradit philosophus
in Ethicorum quarto ubi vult quod ad hu
miles decet magnanimos se habere
moderate sed ad eos qui sunt
in dignitatibus decet magnanimos
ostendere se magnos. Reges ergo
et principes cum decet esse magna
nimos ad ministros ipsos qui respectu
eorum sunt inferiores et humiles
debent se ostendere moderatos
quia circa eos se habere in ni
mia excellencia ut plane
tradit philosophus non est virtuosum
sed honerosum. Quod sit autem
tenere in talibus medium et
esse moderatum satis patet ex hiis
que dicuntur quinto Poli…

Ubi dicitur quod persona principis non debet apparere seneca sed veneranda. Non ergo decet principem tam familiarem se exhibere ministris ut habeatur in contemptu, et ut non appareat persona reverenda; nec debet se sic excellentem ostendere ut omnino appareat austerus et onerosus. In omnibus enim ut traditur tercio Ethicorum medium laudatur et extrema vituperantur. Est ergo advertendum quod aliqua familiaritas esset laudabilis in cive vel in milite que non est laudanda in rege. Omnino ergo decet reges et principes minus se exhibere quam ceteros, et ostendere se esse personas magis graves et reverendos quam alios, non ad ostentacionem sed ne regia dignitas contempnatur. Ostenso qualiter sint ministris officia committenda, et quomodo sit erga eos sollicitandum, et qualiter est ad ipsos conversandum, reliquum est ostendere qualiter sint eis communicanda consilia, et quomodo sint ipsis beneficia exhibenda. Dicebatur enim supra distinguendo de mancipiis serviciis quod quidam sunt servi natura, quidam ex lege, quidam vero serviunt principi pro mercede, quosdam ad serviendum principi movet amor et dilectio principis, magis quam merces aliqua, quia inde habitum esse. Cum servis ergo non sunt communicanda totaliter secreta neque consilia, quia ut plurimum tales magis serviunt ex timore quam ex amore; nec eciam mercenariis sunt communicanda secreta, quia tales non personam principis sed mercedem principis amant, sed hiis qui ex amore ministrant et per diuturnitatem temporis constat ipsos esse benivolos, fideles et prudentes poterunt eis apperiri secreta, magis et minus prout de eorum fidelitate et prudencia persona principis plus constabit. Qualiter autem pro laboribus beneficia sint exhibenda ministris et ultro dicebatur esse tractandum, de levi patere potest. Illa reges et principes in quorum potestate est multa tribuere, mercedem ministrorum retinere non debent, sed debent ipsis maiora et meliora beneficia tribuere prout apparebit ipsos minus vel amplius meruisse.

Et in mensis regum et principum et aliorum nobilium tales debent (?) qui ministrantes non decet in eloquencia habundare. XI

Dicto quales debent esse ministri regum et principum et qualiter reges et principes

debeant se habere ad ipsos. Restat
ut dicamus qualiter in mensis
principum ita eloquia habere
se debeant tam ipsi reges et
principes et omnes recumbentes
cum eis quam etiam ministrantes.
Possumus autem duplici via ostendere
quod non decet in mensis regum
et principum et universaliter omnium no-
bilium vel etiam omnium civium ha-
bundare in eloquiis. Prima
via sumitur ex eo quod hoc repugnat
ordini naturali. Secunda ex eo quod con-
tradicit bonitati morum. Prima via
sic patet. Natura ut dicitur primo poli-
ticorum [illegible] naturam unumquodque per-
ficitur quando unum organum or-
dinatur ad unum opus, immo quia in
operibus nature non decet esse con-
fusio cum opera eius sint ab ipso
deo et ab intelligentiis or-
dinata. Dato quod natura faciat
idem organum ad duo opera
ne sit in operibus confusio, et ne
unum impediat aliud contra naturalem
ordinem et originem. Est enim
cum per illud organum mediante
[illegible] vim illorum operum. Si per
idem tempus non cessemus ab alio
opere. [illegible] in libro
de anima lingua concurrit in
duo opera nature ut in gustum
et locutionem. Contra naturalem ordi-
nem est cum huiusmodi organum
exercemus ad aliud opus quam
est gustare quod fit in mensa tempore
comestionis, si tunc temporis
non cessemus ab opere alio,

quod est loqui repugnat ergo hoc
ordini naturali. Secundo repugnat
bonitati morum. Nam recumbentes
in mensa circa multa loqui
insistant, quia vinum videtur
eloquia multiplicare, et homines
habundantes vino quasi tales
calefacti et audaces libentius
in verba prorumpunt videbuntur
esse magis ebrii quam sobrii.
Reges ergo et principes quos de-
cet maxime ornatos esse et
observare ordinem naturalem, summo
in suis mensis ordinare debent
ut recumbentes in nulla loquela
non prorumpant. Decet etiam hoc
universaliter nobiles et omnes cives
quia congruum est etiam ipsos per-
sequi virtutes et bonos mores.
Sed si recumbentes ne tollatur
naturalis ordo, et ne intemperati appa-
reant decet in mensis vitare
sermonum multitudinem. Decet et
hoc ipsos ministrantes ne negligatur
ordo et discretio ministrandi.
Immo si ad mensas regum et prin-
cipum semper aliqua utilia legerentur
ut sic cum fauces recumbentium
cibum sumant, eorum aures
doctrinam percipiant esset omnino decens
et congruum. Ordinare igitur debent
reges et principes ut laudabi-
les consuetudines regni si tales
sint in scripto redacte et etiam
laudabilia gesta predecessorum
suorum et maxime eorum qui
recte et religiose se habuerunt
ad divina et qui iuste et debite

Regum vexerunt legentur ad mensam, vel ad mensam legetur liber de regimine principum ut et ipsi principantes instruerentur qualiter principari deberent et alii edocerentur quomodo est principibus obediendum. Sic ergo vel alia utilia tradita sunt vulgari idiomate ut omnes per ea edoceri possent in mensis regum et principum legenda essent. Huius opere per tractatus circa regimen domus licet quedam alia particularia tractari possent tamen quia non omnia particularia sub enarratione cadunt, sponimus ea silentio pertransire. Imponentes finem huic secundo libro in quo de regimine domestico sub modo nostre scientie arte tradidimus munita eius auxilio a quo omnis bonitas habeat esse

Explicit Secundus liber Egidii de Regimine principum Et incipit tertius et ultimus in quo agetur de regimine civitatis etc.

primum — Quod omnis civitas aliquo esse principalissima et est alicuius boni gratia instituta

secundum — Quod et quia bona homines consequuntur ex constitutione civitatis politice que civitas nuncupatur

tertium — Quod homo est naturaliter animal civile non obstante quod contingit aliquos non civiliter vivere

quartum — Quibus rationibus probari potest civitatem esse quid naturale et hominem natura esse animal politicum et civile

quintum — Quod preter communitatem civitatis utile fuit in vita humana esse in communitate regni

sextum — Quod diversi sunt modi generationis civitatis et regni et quod oportet huic tertium librum in quo determinatur de huiusmodi regimine dividere in duas partes

vii — Quod socrates et plato dixerunt civitatem ordinandam esse et quid censuerunt de civili regimine

viii — Quod non oportet civitatem maximam

Unitate et conformitatem habere ut socrates et plures dixerunt et statuerunt

viii Et non expedit civitati omnia sic esse communia ut socrates ordinavit et quod reges et principes hec debent cognoscere

x Quot male sequuntur si in civitate uxores et filii ponantur esse communes

xi Quod expediat civitati possessiones esse privatas et quomodo communes

xii Quod reges et principes non debent sic dispositionem civitatis ut mulieres ordinent ad opera bellica ut socrates statuebat

xiii Quod reges et principes non debent sic dispositionem civitatis ut semper idem in eisdem magistratibus ponantur

xiiii Quod non sit ordinata civitas ut socrates statuebat

xv Quod portio socratis circa regimen civitatis trahi possit ad bonum intellectum

xvi Quod phileas statuit civitatem ordinandam esse

xvii Quod non oportet possessiones esse equales ut phileas statuebat

xviii Quod statuebat principalis intencio legislatoris debet esse circa reprehensionem concupiscentiarum et non circa equalitatem possessionum ut phileas ordinavit

xviiii Qualiter fuit ypodomia et quod ypodomus philosophus statuit circa regimen civitatis

xx Que et quot sunt reprehensibilia in hiis que statuit ypodomus circa gubernacionem civium

Sequitur primum capitulum tercii libri. Quod omnis communitas

Aliquid est principalissima et est alicuius boni gratia instituta. capitulum I

Quoniam omnem civitatem contingit esse communitatem quandam et omnis civitas sit gratia alicuius boni oportet civitatem ipsam constitutam esse propter aliquod bonum. Probat autem philosophus primo politicorum dupliciter via civitatem constitutam gratia alicuius boni. Prima via sumitur ex parte hominum constituentium civitatem. Secunda ex parte civium constitutorum. Prima via sic patet quod ut dicitur primo ethicorum omnis actio et electio bonum quoddam appetere videtur. Et primo politicorum scribitur. Quod gratia eius quod videtur bonum omnia operantur omnes. Si ergo omnes homines ordinant sua opera in id quod videtur bonum cum civitas sit opus humanum ex parte hominum constituentium civitatem. oportet ipsam constitutam esse gratia eius quod videtur bonum. Nec sic est intelligendum civitatem constitutam esse gratia eius quod videtur bonum quod non sit constituta gratia eius quod existit bonum. Nam cum opera nostra ordinamus ad aliquod bonum. aliquando ad illud bonum habemus impetum ex natura. aliquando ex corruptione nature. bonum autem id ad quod omnes homines habent impetum ex natura sic videtur bonum. quod tamen existit bonum. Cuiusmodi est constitutio civitatis. Nam ut dicitur primo politicorum. Natura quidem impetus in omnibus est ad talem communitatem talis est communitas civitatis. Igitur per respectum ad homines civitatem constituentes. eo quod habent naturalem impetum ad constitutionem eius. civitas non solum constituta est gratia eius quod ut bonum videtur sed etiam quod bonum existit. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte civium constitutorum per comparationem ad communitates alias. Nam licet omnes communitates naturales ordinentur ad bonum. maxime tamen ordinatur ad ipsum communitas principalissima. Cuiusmodi autem est communitas civium. quia respectu communitatis domus et vici pulcherrima existit. Quare si communitas domestica ordinatur ad bonum et etiam ad multa bona ut supra in secundo libro diffusius probabatur. communitas vici que est principalior quam communitas domestica. multo magis ordinatur ad bonum. et ad hunc communitas civitatis que est principalissima respectu communitatis vici et domus. maxime ordinatur ad bonum. Hoc est ergo quod dicitur primo politicorum quod si communitates omnes gratia alicuius boni dicuntur constituta maxime

autem principalissima omnium et
causam que est omnium maxime prin-
cipalis et omnes alias continet
tenens potissime gratia boni con-
stituta esse contingit. Hec
autem est communitas politica que
communi nomine vocatur civitas. Ad-
vertendum tamen communitatem
civilem esse principalissimam
non simpliciter et per omnes modos
sed respectu communitatis domus et
vici. Est autem alia communitas
principalior ea, ut regni est
communitas regni, de qua suo loco
dicetur. Ostendetur enim commu-
nitatem regni utilem esse in vita
humana et esse principaliorem
communitate civili. Videtur enim quo-
modo communitas regni se habet ad
communitatem civilem, sic hec commu-
nitas se habet ad domum et vi-
cum, et est principalior communita-
tibus illis et magis suffi-
ciens in vita humana
quam communitates predicte. Sic com-
munitas regni comprehendit
communitatem civilem et est multo
perfectior et magis sufficiens
in vita quam communitas illa.

Quot et que bona homines consequuntur ex constitutione communitatis politice que civitas nuncupatur. Capitulum ii.

Non sufficit dicere
civitatem constitutam
esse gratia alicuius
boni ut in precedenti
capitulo probabatur, nisi ostendatur
que et quot sint illa bona que
ex constitutione civitatis homines con-
sequuntur. Sciendum autem bona que-
nam ad presens spectat tria
esse contingit. Ordinatur autem civi-
tas ad vivere, et ad sufficienter
vivere, et ad virtuose vivere.
Vivere enim secundum philosophum in vi-
ventibus est esse. Sic ergo aliud
est sufficienter esse, aliud virtuose
esse, sic aliud est vivere, aliud
sufficienter vivere, aliud virtuose
vivere. Nam esse latissimum est,
ut dicitur in libro de causis. Est
enim prima rerum creatarum,
et omnia aliquod esse participant,
non tamen omnia participant sufficienter
esse, sed solum ea dicuntur habere
esse sufficiens, secundum naturam suam,
que secundum suam speciem habent esse
completum. Si enim alicui rei
deficiat aliqua perfectio competens
sue speciei, licet possit habere
illa res esse aliquod imperfectum esse,
tamen sufficienter habere non dicitur, licet
ergo est esse quam sufficienter esse. Sic etiam
latius est sufficienter esse quam virtuo-
se esse. Nam virtute que est duplex,
intellectiva et moralis, de
qua hic loquimur intendimus,
participare non possunt nisi ratio-
nabilia et habentia intellectum.
Irrationabilia ergo et etiam inanimata
secundum naturam suam possunt habere
sufficiens esse, si habeant
perfectiones competentes sue spe-

Esse tn̄ vtuosū hr̄e nō pnt
quia nequiunt participare
virtute. Illo g° modo quo
distinguit esse . suffir esse
et vtuose ēē distingue po
ssum9 vive, in vive suff
vive . et vtuose vive. Cu
ualetcuqȝ eīn hō habeat
qd̄ viuit . nō tn̄ dr̄ suffi
vive et hr̄e vita suffice
tem nisi hēat ea q̄ cogr
ue sufficiūt ad supplenda
indigencia corpale . Qd
ē g° vive . aliud suffir
vive . sic eciā aliud ē vi
ue suffir et vtuose vive
Multi eīn habent sufficie
ciam vitam q̄ ppt appetitū
corruptorē vtuose vive
negligiunt . Multorē eīn
et maximorē bonorē cā
est ↄstitucō ciuit' . qr p
eam hoīes ↄsequūr omnia
tria pdicta bona . Nam
ipm vive ↄsequūr hoīes
ex ↄmitacōn politica . quia
sine ea vita hoīs ēē nō
pt. loquimur hr de vive ho
mīs ut hō ē . extendendo
ipo vive politica . qm a
liq̄s legꝰ . et qm aliqs
laudabiles ordinacōnes
recusans pt vive . non
vult vive ut hō sed ut
aliqs patuit . et infra pz bit
talis nl ē hoīe pecior uel
hoīe melior . hic eīn ē
nāli . al politicū et ciuile . ut
infra probabit' . ipm g°
vive loquendo de vive ut hō
ↄsequūr hoīes . ex ↄmitacōn
politica sine ex ↄstitucōn
ciuit' . Scd̄o ex tali ↄstitu
cōn hoīnes nō solū ↄ
sequūt vive . sed eciā suffi
cient' vive . Nā in vna
domo uel in vno vico
nō repiunt oīa . q̄ ad vita
sufficiūt . Ideo fuit ciuitas
ↄstituta hn̄s plures vicos
in quorū vno exercetur ars
fabrilis . in alio ars texto
ria . in alio aliud . qm q̄
varijs indigem9 ad supp
lenda indigencia vite . Nu
qm eīn ē ciuitas pfecta
nisi hitatores ei9 ibi in
venire possit oīa sufficie
cia ad vita . ↄsequūr g°
ex ciuit'e nō solū vive
sed et vive suffir . eo q̄
si pfcta existit ē ↄtencia
coz . q̄ ad vita sufficiunt
Vn g° dictū ē . q̄ sicut
primo pol' . q̄ ↄmitas que
ē ciuitas . ↄstans ex plurib9
vicis ē ↄmitas pfecta . quasi
iam ut ↄsequens ē dice hui9
modi ↄmitas hs hns ter
minum pse sufficiencie vite
omnis . Tercio ex ↄstitucōn
ciuitatis ↄsequimur vtuose
vive . Nā intencio legisla
toris . et ↄstituentis ciuit'

Non solum cottidie debet ut in
civitate cives habeat suffi
cientiam ad vitam, sed ut vi
vant bene secundum legem et virtuo
se. Ideo dicitur primo politicorum, quod
facta quidem est igitur civitas
vivendi gratia existens autem
gratia bene vivendi. Fortem
primum motivum homines con
stituendi civitatem quibus fuit ipsum
vivere et habere sufficienciam
in vita. Videmus enim quod
solitarie non poterant sibi
vita sufficere, constituerunt
civitatem ut unus alterius
defectum supplens haberet suffi
cienciam in vita. Constituta
autem civitate et homines prospicien
tius intuentes et videntes
quod non satis est habere sufficia
enciam in vita nisi viv
ant bene et virtuose, cum
sine lege et iusticia stare
non possint, ordinaverunt
communicacionem politicam que facta
erat ad vivere, ad habendum
sufficienciam in vita, ad
bene vivere secundum leges et vir
tuose. Si ergo tot bona con
sequuntur ex constitucione civitatis,
bene dictum est quod scribitur primo
politicorum, videlicet quod qui primum
civitatem instituit, extitit
causa maxima bonorum.

Quod homo est naturaliter animal
civile: non obstante quod
contingit aliquos non civi
liter vivere. Capitulum tercium

Dubitabant non
nulli an civitas
sit aliquid secundum naturam
et an homo sit naturaliter
animal politicum et civile. Nam ea
que sunt secundum naturam videntur
esse semper et ubique ut ignis
sit apud calefactibile, semper
calefacit et ubicumque est
habet exercere calefactionis actum.
Si ergo civitas quid naturale esset
et homo naturaliter esset animal civile, non
non reperirentur homines inciviles. Videmus
autem multos societatem politi
cam renuentes eligere solita
riam vitam et campestrem,
sed hee et alie dubitaciones
similes videntur procedere ex igno
rancia quomodo naturale est homini esse animal
civile. Non enim hoc est sic homini
naturale sicut naturale igni calefa
cere et lapidi deorsum cade
re, quia talia sic eis naturali
competunt quod ad contrarium assuefieri
non possunt, et competunt eis semper
et ubique. Nunquam enim totiens
posset lapis proici ut assue
sceret sursum ire, semper ergo lapis
quantum est de se deorsum tendit
et ignis semper calefacit. Homini
ergo non sic naturale est esse animal civile,
sed dicitur hoc ei naturaliter convenire
quia habet quendam impetum
et quandam aptitudinem naturalem
ut civiliter vivat, que tamen sicut et cetera
naturalia ex casu vel ex aliquo
impedimento sive ex alia
causa impediri possunt

Ut licet naturale sit homini esse dex-
trum multi tamen ex aliquo impe-
dimento vel ex aliqua causa
reperiuntur ambidextri. Sic licet
naturale sit homini vivere civiliter
reperiuntur tamen multi campestres
vinectes. Tangit autem philosophus
primo politicorum tria quae contingit
aliquos renuere civilem
vitam. Primum est fortuna, secundum
nimia pravitas, et tertium ni-
mia bonitas. Contingit
enim primo aliquos non esse
civiles ex fortuna ut quia
nimium pauperes existentes
non possunt civiliter vivere, sed
coguntur civitates exire et
agros excolere. Secundo propter
quod homo aliquis redditur non
civilis est nimia pravitas.
Aliqui enim sic habent appetitum
corruptum et nobilitatem
perversam quod nequeunt vivere
in societate et secundum legem
ideo civitates aliqui exeunt
vel si non exeant aliqui
expelluntur. Hi autem sunt
illi quos ut recitat philosophus
primo politicorum maledicebat
Homerus dicens maledictus
insociabilis illegalis scele-
ratus affectator belli re-
luti sic sine iugo existens
sicut volatilia. Tertio a-
liqui non civiliter vivunt
propter nimiam bonitatem.
Vita enim civilis et coniuga-
lis est vita bona, sed est
vita ut homo, aliqui autem
sunt tante perfectionis quibus
non sufficit vivere ut homo, sed
renuentes coniugium et civili-
tatem eligunt perfectiorem
vitam. Nam licet qui nubit
et qui civiliter vivit bene faciat,
tamen qui non nubit et non
civiliter vivit ut liberius con-
templationi vacet melius facit.
Est ergo homo naturaliter animal civile
non obstante quod contingit a-
liquos non civiliter vivere. Nam
quicumque non civiliter vivunt
nisi ex paupertate vel ex
fortuna hoc accidit, vel est
bestia et sceleratus, et sine
iugo non valens legem
et societatem supportare, vel
est quasi deus, id est divinus
eligens altiorem vitam
propter quod scribitur primo politicorum quod
non potens aliis communicare
nulla est pars civitatis sed vel
est bestia vel est deus. Quibus
rationibus probari potest ci-
vitatem esse quid naturale
et hominem naturaliter esse animal
politicum et civile.

Capitulum IIII.

Removebantur
in precedenti capitulo
obiectiones contra
per quas probari vi-
debatur civitatem non
esse aliquid secundum naturam
et non hominem non esse

naturaliter animal civile. Cum ergo non
satis sit removere contradicentes ab-
iectiones veritatem alicuius
impugnantes nisi adducan-
tur rationes per quas ipsa veri-
tas confirmetur, intendimus
in hoc capitulo rationes adducere
ostendentes civitatem esse quid
naturale et hominem esse naturaliter
animal civile. Possumus autem dup-
lici via ostendere communitatem
politicam sive civitatem
esse aliquid secundum naturam. Prima
via sumitur ex eo quod habet co-
munitas complecti domum et
vicum. Secunda ex eo quod
est illarum finis et complementum.
Probatum enim supra quod vi-
vere est homini secundum naturam, verum
tamen natura non deficiat in necessariis
oportet quod naturale esse quic-
quid secundum se deservit ad suf-
ficienciam vite. Communitas
domestica et etiam vici na-
turalia sunt quia deserviunt
ad sufficienciam vite humane.
Cum ergo communitas civilis has
communitates comprehendat et per-
fectius deserviat ad sufficienci-
am vite quam communitates iste
oportet eam esse secundum naturam.
Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex eo quod civi-
tas est illarum finis et comple-
mentum. Nam ut arguit phi-
losophus primo politicorum quod
finis generationis naturalium quid
naturale et est natura ipsorum
generatorum ut quod est finis
generationis equi est quid naturale
et est natura eius. Nam finis
generationis rerum est forma
que per anthonomasiam
est quid naturale et est ipsa natura.
Videmus autem quod communitas do-
mus est quid naturale non solum
quia deservit ad sufficienciam
vite sed quia etiam communitates
iste quas perficiunt domum sunt
quid naturale. Constat enim do-
mus ex communitate viri et uxoris
domini et servi patris et filii
quarum quilibet est secundum naturam.
Sic etiam communitas vici quid
naturale est non solum quia deser-
vit ad sufficienciam vite sed
quia eius generatio habet esse
naturale. Consistit enim vicus natu-
raliter ex excrescencia filiorum col-
lactaneorum et nepotum
ut vult philosophus primo politicorum
propter quod tale sit incrementum
est naturale vicus ipse sit quid
naturale cum civitas ergo sit fi-
nis generationis domus et vici
exit aliquid secundum naturam eo quod
sit finis generationis naturalium.
Generatio enim domus et vici
tanquam ad finem et comple-
mentum ordinatur ad civitatem.
Viso civitatem esse aliquid
secundum naturam, relinquitur est osten-
dere hominem esse naturaliter animal
politicum et civile, quod etiam
duplici via investigare possumus

Prima sumitur ex parte sermonis
secunda vero ex parte impetus
naturalis. Probabatur enim in
principio secundi libri ex parte
sermonis hominem esse naturaliter
animal sociale eo quod per sermonem
acquirimus instructionem et di-
sciplinam. Hic autem ex parte
sermonis ostendere possumus
hominem esse naturaliter animal po-
liticum et civile ex eo quod
vox humana que dicitur
sermo est alius significativa
quam vox brutorum. Un-
de Philosophus primo Politicorum tangit quod in
aliis naturalibus ab homine
usque adhuc natura non
pervenit ut vox sit eius si-
gnum delectabilis ut ha-
beant sensum delectabilem
et tristabilem. Hec enim
sibi invicem per vocem sig-
nificant. Canis enim eo quod
aliter latrat cum delectatur
et cum tristatur potest aliis tamen
per suum latratum significare
tristiciam vel delectationem quam
habet. Sed hominibus ultra hoc
datus est sermo per quem
distincte significatur quid
conferens et quid nocivum et
quid iustum et quid iniu-
stum. Si ergo civitas dome-
stica ordinatur ad prosequendum
conferens et ad fugiendum
nocivum civitas vero civilis
ultra hoc ordinatur ad
prosequendum iustum et ad
fugiendum iniustum sed o-
portet civitatem domesticam
et civilem esse quid naturale.
Nam si natura dedit homini ser-
monem naturalis est illa civitas
que ordinatur ad illa que
sunt apta exprimi per sermonem.
Iustum enim et iniustum non
proprie habet esse in civitate
domestica sed in civitate
civili. Tamen tunc enim ubi
cives habent possessiones
separatas et distinctas consur-
gunt lites et litigia et
ideo ibi opportet discerni
quid iustum et quid non iustum
et quid non proprie sicut in domo
ubi totum ad patremfamili-
as pertinere videtur. Differt ergo
civitas a domo quia in
ea non solum scitur quid
conferens et quid nocivum sed e-
tiam quid iustum et quid iniustum.
Utraque tamen civitas erit natura-
lis tam domestica quam
civilis eo quod per sermonem nobis
datum a natura reperitur conferens
et nocivum et iustum
et iniustum. Secunda via ad
investigandum hoc ideo sumitur
ex parte impetus naturalis. Nam
omnia animalia habent
naturalem impetum ad conservan-
dum ea que sunt eis a natura tri-
buta. Sicut si natura dedit homini

vite dedit ei naturalem impetum
ad faciendum ea per que
possit sibi invicem sufficere.
Hoc autem maxime contingit
per plures, per communitatem
civilem, eo quod civitatis debet
esse communitas contentiva omnium que
ad vitam sufficiunt. Inditum
erit ergo hominibus impetum naturalem
ad vivendum politice, et ad
constituendum civitatem
sed cum id ad quod habemus
impetum naturale sit per se necessarium
oportet civitatem esse quid
naturale vel esse aliquid per se necessarium.

Quod preter communitatem civitatis utile fuit in vita humana esse communitatem regni. II

Possumus autem triplici via ostendere quod
preter communitatem civitatis
utile fuit humane vite
communitatem regni constituere. Prima via sumitur
ex parte sufficientie vite,
secunda ex parte adeptionis virtutis,
et tertia ex parte defensionis
et remotionis impedimentorum
hostium. Prima via
sic patet. Nam cum autem plures
posse, quod communitas perfecta que
est civitas constans ex pluribus
vicis et habens totum omnem
per se sufficientie vite non
sic intelligendum est quod semper
oporteat civitatem ex propriis
possessionibus habere omnia que

requiruntur ad vitam sed sufficiat
civitatem sic esse sitam quod
per mercationes et per ponderis
portativa et humana
industria faciliter ibi possit
sufficientia vite. Sicut
ergo vicus in quo exercetur ars
fabrilis indiget vico alio
in quo exercetur ars textoria
eo quod homines ad sufficientiam
vite indigent operibus tam
fabrorum quam textorum, sic
contingit civitatem a-
liquam habundare in vino
et deficere in frumento in quo
contingit civitates alias ha-
bundare, oportet civitatem unam
indigere auxilio alterius. Esse
patet utile esse humane vite
in eadem civitate congregari
diversos vicos ut facilius ha-
beant que requiruntur ad vitam
sic utile est civitates plures
congregari sub uno principatu
aut sub uno regno ut faci-
lius et melius sibi invicem
subveniant quantum ad ea quibus
indigemus in vita. Nam sic
divisa membra corporis non
eundem actum habent et unum in-
diget alterius opere propter quod uti-
le est ipsis membris congregari
in uno corpore ut sibi invicem
subveniant sic quia non omnes
civitates habundant in eisdem
utile est eas congregari sub uno
regno ut melius possint sibi
invicem subvenire in hiis que

Regerum ad sufficientiam vite. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte adeptionis virtutis. Intendo enim legislatoribus ut supra tangebatur non solum esse debet ut cives habeant que requirunt ad sufficientiam vel ad supplendam indigentiam corporalem sed etiam ut vivant secundum legem et virtuose, immo tanto principalius debet intendere hoc quam illud quanto anima est potior corpore et quanto operationes virtuose excellunt exteriora bona. Oportet ergo rectores civitatis habere civilem potenciam ut possint cogere et punire nolentes virtuose vivere et turbantes pacem et bonum statum civium aliorum. Sic enim perversi in animo aliqui non audent insurgere contra principem si sciant ipsum habere magnam civilem potenciam et dominari in civitatibus multis. Si constet de principe quod iuste regat et quod non declinet in tirannidem expedit civitatibus propter virtuose vivere et propter correctionem perversorum congregari sub uno regno. Quia si tamen princeps tirannisare vellet quanto minorem haberet potenciam tanto magis esset expediens civitati. Tertia via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte defensionis et remotionis impedimentorum hostium. Videmus enim quod cum aliqua civitas impugnatur confederat se civitati alie ut possit melius resistere impugnationi hostium. Cum ergo regnum sit quedam confederatio plurium civitatum cum quod vivat sub uno principe vel rege, cuius est cuilibet partem regni defendere et ordinare civilem potenciam aliarum civitatum ad defensionem cuiuslibet civitatis regni, si contingat eam ab extraneis impugnari, propter faciliorem defensionem et tuitionem utile fuit ex pluribus communitatibus politicis construere sive constituere unam communitatem regni.

C. 4 quod duplex est modus generacionis civitatis et regni, et quod oportet hunc tertium librum in quo determinatur de huiusmodi regimine dividere in duas partes.

Generacionis civitatis et regni duos modos possumus assignare quorum quilibet est aliquo modo naturalis; tamen est naturalior altero. Primus modus est ille de quo supra in secundo libro fecimus mentionem ubi diximus quod propter excrescentiam filiorum collactaneorum et nepotum, domus per crescentiam

In vicum vicus in civitatem
civitas in regnum. Alius
modus est ex concordia con-
stituencium civitatem. Nam ut
recitat philosophus 2o politicorum antiquitus
homines morabantur dispar-
si velut tempore aristotelis alie
Alexandri contingebat esse quasdam
gentes que vocabantur bar-
tades ubi quilibet per se mo-
rabatur. Homines ergo sic
dispersi morantes aliquando
concordabant in unum constitu-
entes sibi civitatem aliquam
in qua simul morantes habere
possent sufficienciam et ha-
bundanciam que requiruntur
ad indigenciam vite. Hoc
ergo modo posset fieri constitucio
regni ut si multe civitates
et castra simul confederarent
et concordarent ut sub uno
rege existentes tucius in-
micorum potencia. Utrumque
autem horum modorum est naturalis
sed primus est naturalior secundo.
Prima vero enim constitucio
civitatis et regni est dupliciter na-
lis. Prima enim naturalis est
quia constituitur ex generacione que
est opus nature. Secundo naturalis
existit quia homines naturalem
habent impetum ad constituendam
civitatem et regnum. Si enim
per generacionem excrescentibus
filiis et nepotibus in eadem
domo et non valentibus
simul habitare faciat sibi plures
domos et constituat vicum
et ulterius excrescentibus et
non valentibus habitare in uno
vico faciunt sibi vicos plu-
res et constituunt civitatem.
Amplius autem ipsis excrescen-
tibus et non valentibus habitare
in una civitate fabricant
sibi civitates plures et con-
stituant regnum. Talis con-
stitucio regni et civitatis est
maxime naturalis non solum quia
homines habent naturalem impetum
ad talem constitucionem sed etiam
quia talis huiusmodi constitucio
procedit ex generacione filiorum
que est opus nature. Secundus autem
modus ~~nature~~ constitucionis
regni et civitatis ut cum
concordia hominum talis constitu-
cio habet esse, licet non sit
adeo naturalis ut prima, attamen
naturalis est quia homines propter vivere
habent naturalem impetum ut con-
cordent civitatem constituere
in qua reperiunt sufficienciam
ad vitam. Sic etiam habent
naturalem impetum ut constitu-
ant principatum et regnum
quia per talem constitucionem
possunt magis pacifice vivere
et magis resistere hostibus
volentibus impugnare eos.
Est enim huiusmodi impetus na-
turalis. Nam sic homines naturalem
habent impetum ut pacifice
vivant et ut facilius resi-
stant hostibus consequens sit

Societatem principatus et re-
gni. Videmus enim civit-
ates non existentes sub
uno rege plures guerr-
as et discordias habere
adinvicem. Civitas autem
duobus modis generationis
civitatis et regni, quorum
quilibet dici potest naturalis, po-
ssumus addere modum tertium
qui quasi est simpliciter violentus.
Cum enim homines dispersi
morabantur, poterat quis
insurgere per tyrannidem
et violentiam et dicere eis
et ut familiares eis dominaretur
poterat eos violenter congregare
in unum et constituere inde
civitatem. Sic etiam regnum per
violentiam et per tyrannidem
constitui posset. Ut si quis do-
minans alicui civitati per
tyrannidem et per civilem
potentiam opprimat civitates
alias et faciat se Regem
constitui super illas. Visis di-
versis ergo modis generationis
civitatis et regni. Restat
videre in quot partes op-
ortet hunc tertium librum di-
videre in quo de huiusmodi re-
gimine tractaturi sumus.
Patet ex dictis naturalem genera-
tionem civitatis et regni ordi-
nari ad bene vivere et ad pa-
cifice vivere, et ad resiste-
ndum volentibus turbare
pacem et impugnare
cives. Ostendendum ergo quo-
modo possit bene regi civitas

sive Regnum tempore pacis et qua-
liter impugnandi sint
hostes tempore belli. Verum
quia ut patet per philosophum in 2°
metheororum, et etiam fine
Elenchorum. Nullus sibi suf-
ficit in inveniendo partem
aliquam, sed oportet adhibere
iuvamen per auxilium praeceden-
tium, tradentium notitiam
aliquam de arte illa. Ideo
oportet pro sufficientia
artis regiminis civitatis et re-
gni recitare quid senserunt
philosophi de huiusmodi regimine
et quomodo antiqui regebant
civitates. Nam et hoc ali-
qualiter manu ducimur
ad sciendum quid vitan-
dum et quid imitandum
sit in regimine regni et
civitatis, totum ergo hunc
librum tertium dividemus
in tres partes. Nam primo
narrabimus opiniones p-
hilosophorum circa regimen
civile et reprobabimus
ea in quibus visi sunt non
bene sentire circa huiusmodi
regimen, recitabimus ergo re-
gimina instituta ab anti-
quis philosophis ut per eorum noti-
tiam manu ducantur
reges et principes quomodo regere
debeant civitates et regna. Secundo
ostendemus quae sit optima
politia sive optimum re-
gimen et quibus cautelis uti

Debeant et quo tempore pars ipsi vivere sufficit. et qualiter regenda sit civitas et regnum. Tercio manifestabit quod eligendi sint pugnatores et qualiter impugnandi sint hostes. et quomodo ordinande sint acies bellorum et quibus cautelis uti debeant bellantes.

Quid Socrates et Plato dixerunt civitatem ordinandam esse et quid censuerint de civili regimine. VII

Socrates autem cum diu philosophatus esset circa naturas rerum videns circa naturalem scientiam magnam difficultatem esse ut narrat philosophus in methaphisica totum convertit se ad moralia. quem plato suus discipulus in multis secutus est. ideo philosophus platonem ipsum secundum Socratem appellavit. Determinando autem Socrates et plato de moralibus quodammodo videntur tetigisse circa civitatem et regimen civile. Primum est quod dixerunt civitatem maxime debere esse unam. quod forte ideo hoc opinati sunt. quia semper multitudo ab unitate procedit et semper unitas videtur esse potior multitudine. Unde prima causa ipsa quia est summe una creditur esse summe bona.

Videtur ergo civitas potissime esse bona si sit potissime una. Tanto ergo plus ad unitatem procedit. tanto plus appropinquat ad veram bonitatem. Secundum quod circa civitatem statuerunt dicti philosophi. quod dixerunt civibus esse omnia communia ut quod haberent omnes possessiones omnes uxores ut quod esset accedere ad quamlibet. et per consequens haberent omnes filios. Ita quod nullus ipsorum propter communem usum feminarum propter hoc non certificarentur de propriis filiis reputarent quemlibet puerorum esse filium proprium. Videbat enim Socrates et Platonem tota dissensio civitatis consurgere ex proprietate possessionum. et ex eo quod quilibet nititur dicere hoc est meum. Tunc ut arguebat si possessiones essent communes et cives nichil haberent proprium cessarent lites et iurgia. et esset civitas optime ordinata. Volebant etiam uxores esse communes. quia ex hoc consurgeret maxima delectatio et dilectio inter cives. Nam uxoribus non existentibus propriis. sed communibus essent omnes filii et quod patrum ad filios est maxima dilectio in civitate illa. esset maximus amor eo quod antiquiores diligerent omnes iuniores ut filios. et iuniores eos diligerent sicut pa-

Posuerunt etiam hinadi communitate filiorum et virorum ut esset maxima unitas et maxima dilectio in civitate. Nam cum sit maxima unitas et maxima dilectio patrum ad filios, antiquiores reputaverunt se habere maxime unitatem cum iunioribus, et ideo credebant eos filios suos. Illi vero oppinarentur eos esse suos patres. Tercium vero quod dicti philosophi etiam regimine ... senserunt est quia dixerunt mulieres instruendas esse ad opera bellica et debere bellare sicut et viros. Inducebantur enim ad hoc ut philosophus recitat secundo politicorum ex hiis que videbant in bestiis et in animalibus aliis in quibus non solum bellant masculi sed et femine, immo et in bestiis et in avibus ex rapina ferociores esse femine videntur quam mares. Nam si consideremus aves rapaces viventes ex raptu, maiores corpore et audaciores corde et fortitudine viribus sunt femine quam masculi, ut accipitres et aquile et austriles ut dicunt omnes femine, quarum masculi sunt viliores eis. Quare si in animalibus aliis hic videmus quod non solum bellant mares sed et femine, quod maxime videtur esse contra ordinem naturalem in quo convenimus cum aliis animalibus, videtur civitas maxime esse naturaliter ordinata si ad opera bellica ordinentur non solum viri sed etiam et mulieres. Sextum quod dixerunt instituendum esse in civitate est quod semper volebant eosdem principari et esse in magistratu ut qui erant officiales semper officiales essent, et qui consules semper consules, et sic de magistratibus aliis. Assumebant etiam ad hoc exemplum de terra. Videmus enim partes terre in quibus habundat vena argenti, semper se sic habent. Si autem sic non agit, quod vena auri non convertitur in venam argenti vel in venam ferri et ideo quia maxime bene operamur si imitemur actiones nature et maxime bene regitur civitas si imitetur ordinem naturalem. Vena auri ut principantes maiori principatu vel existentibus in maioribus principatibus vena argenti ut existentes in minoribus non debent converti in venam ferri ut quod fiant subditi et deponantur a magistratibus suis. Septimum autem quod dicti philosophi senserunt

Statuendum etiam civitatem, quia dixerunt civitatem equalibus dividendam et in quinque partes, videlicet in agricolas, artifices, bellatores, consiliarios et principem. Dixerunt enim agricolas necessarios esse ad constitutionem civitatis propter ea que requiruntur ad victum. Artifices vero necessarii erant propter vestimenta et domos et alia que requiruntur ad vitam. Bellatores quidem necessarii existebant propter defensionem civitatis et reprimendos hostes. Dicebant autem civitatem si bene ordinata erat ad minus debere habere mille bellatores, et ad plus quinque millia. Principes vero et consiliarii necessarii erant in civitate ad dirigendos cives ut virtuose viverent et ut debite observarent leges. Tangebant et dicti philosophi quedam alia circa regimen civitatis de quibus si locus occurrerit mentio fieri poterit.

Quod non oportet civitatem maximam unitatem et conformitatem habere ut Socrates et Plato dixerunt statuendum. Capitulum IIII.

Maximam equalitatem et unitatem non oportet querere in omnibus rebus. Nam si omnia essent equalia iam non essent omnia. Adhuc autem quod sint omnia que requiruntur ad universum et ad hoc quod universum summe sit maxime perfectum, oportet ibi dare diversitatem specierum. Nam quia tota universi bonitas non potest reservari in una specie, oportet ibi dari species diversas ut in pluribus speciebus entium reservetur maior perfectio quam in una tantum. Sic et in civitate ad hoc quod habeat esse perfectum oportet dare diversitatem aliquam, nec oportet ibi esse omnimodam conformitatem et equalitatem ut Socrates et Plato credebant. Tangit autem philosophus secundo Politicorum sex rationes probantes quod non oportet civitatem esse maxime unam et maxime conformem. Prima sumitur quantum ad esse ipsius civitatis. Secunda per comparationem ad exercitium. Tertia per comparationem ad partes. Quarta per comparationem ad principantes et subiectos. Quinta per comparationem ad finem. Sexta per comparationem ad ea que videmus in aliis rebus. Prima via patet. Nam maior est unitas unius singularis hominis quam tocius domus, et domus quam vici, et vici quam civitatis, et civitatis quam regni. Constat autem domum ex pluribus personis, vicum ex pluribus domibus

Civitas ex pluribus vicis et regnum ex pluribus civitatibus. Si ergo tantum convenirentur domus quod omnes persone habitantes in ipsa fierent una persona iam non maneret domus sed fieret homo unus aliquis singularis. Sic si tantum uniretur civitas quod fieret unus vicus vel una domus non ultra remaneret civitas. Requirit enim civitas aliquam diversitatem ultra quam si descendatur erit esse eius. Dicere ergo in civitate vel in regno debere esse omnem unitatem est dicere civitatem et regnum non esse regnum. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur per comparationem ad exercitum vel ad compugnationem. Nam ut dicitur secundo Politicorum aliud est compugnatio et civitas. Nam hec quidem scilicet compugnatio utilis est secundum quantitatem communis sit idem secundum speciem. Est enim compugnatio auxilii gratia, sic enim plures homines magis trahunt navem quam pauciores, nam illi plures sint eiusdem generis et sint similes et conformes sic plures homines magis bellant. Civitas autem non sic sed constituta est ad sufficientiam vite, quia ergo diversis indigemus ad vitam oportet in civitate diversitatem esse. Tertia via declarans et manifestans veritatem predictam sumitur per comparationem ad partes. Nam sicut quia homo indiget diversis operibus ut ambulatione tactu visione et auditu, ideo oportet ibi dare diversa membra exercentia diversos actus, sic quia ad indigentiam vite indigemus domibus vestimentis et victualibus et aliis huiusmodi, oportet in civitatibus dare diversitatem aliquam ut in ea reperiatur sufficiencia ad vitam. Sicut ergo si non esset diversitas in membris corporis ut si omnia essent oculi totum imperfectum esset, quia licet videret non posset audire nec ambulare, sic si esset maxima conformitas in civitate ut quod omnes essent textores vel coriarii civitas imperfecta esset quia ad sufficienciam vite non solum indigemus calciamentis sed etiam indigemus victualibus et domibus et aliis que requiruntur ad vitam. Quarta via sumitur per comparationem ad principantem et subiectos. Nam cum civitas sit ordo civium ad aliquem principantem vel dominantem, et cum in civitate oporteat dare aliquos magistratus et aliquos [illegible] quod non esset nisi ibi

aliqui essent dominantes et aliqui subiecti. Quarta via sumitur ex parte diversitatis: requirit enim in civitate dare diversitatem aliquam. Quinta via sumitur per comparationem ad finem. Nam finis civitatis est bene vivere et habere sufficientiam in vita. Nam civitas est communitas habens terminum omnis per se sufficientiae vitae. Sed ut dictum est, ad sufficientiam vitae requiritur diversitas, ideo oportet civitatem habere aliquam diversitatem in se et diversos habere vicos, ut expedientes ad vitam quae non reperiuntur in uno vico reperiantur in alio. Sexta via sumitur per comparationem ad alia tota: ut sicut melodia quae est multitudo vocum nunquam est bene proportionata, si sint omnes voces equales, sed ad rectam consonantiam oportet ibi dare diversitatem sonorum, sic pictura nunquam est bene ordinata nisi sit ibi diversitas colorum, sic et civitas nunquam ordinata bene erit nisi sit ibi diversitas officiorum. Decet ergo reges et principes cognoscere quod nunquam civitas bene regitur, nisi sciverit qualiter constituitur, et nisi cognoscat quod oportet in ea diversitatem esse.

Quod non expedit civitati omnia sic esse communia ut Socrates ordinat et quod reges et principes hoc decet cognoscere. Capitulum IX.

Sermo in principiis debet esse longus eo quod parvus error in principio maximus est in fine. Dicendum ergo sit principia pertractanda et longis sermonibus sint discutienda, ne circa ipsa contingat error. Circa in regimine civitatis primo sit politica ordinanda, deinde investigandum est qualiter civitatem oportet esse unam et quomodo diversitatem habere debet, et quomodo cives debent se habere ad invicem, et in quibus communicare debent, utrum omnia debeant eis esse communia, et quid debeat habere proprium. Haec enim sunt quasi principia et quasi praeambula ad scientiam. Volumus enim in hoc capitulo primo ostendere quod non expedit civitati habere omnia communia ut Socrates ordinavit, nec sequentur illa bona quae opinabatur Socrates, si sic ordinaretur civitas. Credebat enim si essent communes possessiones, uxores et filii, cessarent litigia, credentes cives esse parentes omnes filios suos, esset in civitate maximus amor. Possumus ergo triplici via ostendere quod hoc non expedit civitati. Primo quia non cessarent litigia. Secundo quia cives non reputarent omnes parentes suos

filios. Tertio quia inter eos
non esset magnus amor.
Prima via sic patet. Nam quan-
titatem possessiones communes
que ipsis tamen pertinerent
ad victum esset plures. Nam
sic fieri non potest quod ex omnibus
civitatibus fiat unum corpus
reale, ita esse non potest, quod
idem cibus qui nutrit corpus
unius civis nutriat corpus
alterius. Existentibus ergo pos-
sessionibus communibus oporteret
civibus distribui que requi-
rerentur ad defectus supplendam
indigenciam corporalem. Et quia
homo multum decipitur in pro-
prio commodo, semper videtur ei
esse plus debere accipere quam
accipiat. Immo quod impossibile
est omnes cives esse equaliter
prudentes et bonos et equa-
liter utiles civitati, statim
insurgeret rixa inter cives
quia quilibet crederet se plus
esse accepturum, ut dum unus
civis iudicaret se meliorem
alio vellet secundum dignitatem
suam ei fieri retributionem.
Hanc autem equalitatem non de
facili esset possibile reservare
inter cives absque dissensione
et lite, quia quilibet deceptus
in iudicando de seipso appre-
ciatur se plus valere quam
valeat. Communitas ergo pos-
sessionum quam ordinabat
Socrates ad vitandum lites
potius esset causa litigii
quam pacis. Nam ut supra
in secundo libro tetigimus, hec
est vita perfectorum non homi-
num, perfecti autem sunt pauci.
Lex vero imponenda omnibus
civibus et toti populo debet
esse talis secundum quam homines
communiter possint vivere. Unde et
Philosophus ait tertio Politicorum cives
non esse ampliandos le-
gibus sed leges civibus, leges
enim debent esse leges et ta-
lis debet esse ordinatio
civitatis, que expectat omni
populo, et quam vite civium di-
no sunt ordinatio socialis
quod intelligentes communiter vi-
vere absque multis litigiis
observare non possent, dato ta-
men quod viri possent observare pos-
sessionum tamen absque litigiis co-
munitatem tamen feminarum, per
quam volebat Socrates filios
esse communes, non esset possibile ob-
servare absque litigiis. Secunda
via patet sic. Nam si omnia essent
communia non oporteret cives pro-
prios pueros reputare proprios filios,
immo quod puerorum aliqui
essent similes aliquibus civi-
bus et aliquem aliquis communiter
civis apparet sibi in filium
quem videt esse sibi similem.
Unde et Philosophus narrat secundo Po-
liticorum quod apud quasdam gentes erant
in superiori libro uxores communes
filios tamen cives dividunt

Secundum similitudinem quilibet enim apparet sibi in filios quos videbat ei esse similes. Nam et in aliis animalibus hoc contingit quod multe femelle reddunt filios similes patribus quemadmodum in terra Farsalie quedam equa erat que ut philosophus recitat semper reddebat filium similem patri et ideo hec vocata est iusta. Non ergo supposita communitate est bonum id quod estimabatur Socrates videlicet ut tamen omnes crederent filios esse proprios pueros. Tertia ratio sic patet. Nam supposita communitate uxorum non est tantus amor in civitate ut estimabatur Socrates. Nam modica commixtio plus induat de amore si sit certa et nota quam multa si sit ignota et dubia. Licet enim amor maior sit commixtio patris ad filium quam patrui ad nepotem, plus tamen patruus diligit nepotem si firmiter crederet ipsum esse talem quam pater filium si rationabiliter dubitaret se eum genuisse. v Nam plures sunt modi dilectionis in civitate ut philosophus innuit secundo Politicorum quia unus diligit alium tamquam filium, alius tamquam fratrem, alius tamquam nepotem, alius tamquam fratruelem. Appellat autem philosophus fratrueles qui sunt ex duobus fratribus nati. Alius vero diligit ipsum tamquam contribulem id est tamquam natum ex eadem tribu vel tamquam aliquam aliam consanguinitatem quam fuerit dilectio quam ponebat Socrates modica nota consanguinitas si sit nota et certa maiorem dilectionem generat quam filiatio si sit dubia et ignota. Communitas ergo illa quam ponebat Socrates non est expediens civitati. Docet autem hoc reges et principes diligenter advertere ut sciant civitatem ordinare sicut expedit communitati.

modos

Quod mala sequuntur si in civitate uxores et filii ponantur esse communes

Philosophus secundo Politicorum probat multa mala sequi in civitate si uxores et filii ponantur esse communes. Quantum enim ad presens spectat quinque mala que philosophus tangit ibidem sequuntur ex tali communitate. Primum est iniuria consanguineorum, secundum vilificatio nobilium, tertium iniuria filiorum, quartum intemperantia venereorum, quintum abusio patrum. Primum sic patet. Nam oportet in civitate consurgere lites verberationes et contumelias que tanto detestabiliores sunt quanto committuntur in personam coniunctam. Expedit ergo civitati propter honestatem et bonitatem morum parentes esse

certos de suis filiis et consequenter
certificati de eorum consangui-
neis ne propter ignorantiam filii
in proprios parentes et consanguineos et
se ipsos iniurias et contumelias
inferant / quare cum communitas u-
xorum quam socrates ordinat
tollat certitudinem filiorum et
notitiam consanguinitatis / non est
commendenda / quia ex hoc sequitur
aliquos de facili propter ignoran-
tiam iniuriari consanguineis
Secundum malum sic ostenditur nam
supposita / communitate uxorum et fi-
liorum sequitur vilificatio nobilium
et exaltatio agricolarum et per-
sonatum vilium / Nam cum non per
uxores et filios esse communes vir-
tualis cura spectatur de filiis
nobilium et custodum civitatis
quam spectatur de filiis agrico-
larum et personatum vilium contingeret
filii nobilium deprimerentur et
vilium exaltarentur / Non ergo
erit amicitia inter cives. quia
secundum philosophum tertio Ethicorum proportionabile
et equale amicitiam
salvat. Cum ergo boni et no-
biles sint super viles et igno-
biles. tunc est amicitia inter
eos cum similiter se habent secundum
proportionem propriam ut qui ignobi-
les serviunt nobilibus et
nobiles eis retribuunt mer-
cedem secundum proportionem servicii
Velle ergo filios omnium communes esse
eandem curam gerere de filiis
nobilium / et ignobilium est vili-
ficare nobiles / et exaltare
ignobiles et non salvare ami-
citiam inter eos. Tercium ma-
lum sic declaratur / Nam sup-
posita predicta communitate sequitur
inamicitia filiorum / Nam ut dicit
philosophus octavo Ethicorum / Multo-
rum esse amicum secundum perfectam amicitiam
non contingit / nec contingit mul-
tas personas simul amare valde
Nam valde amare dicit qua-
dam superhabundantiam. que
quidem magis est apta nata esse
ad unum quam ad multos / Un-
de in eodem octavo concludit philosophus
quod multis placere valde non est
facile / Cum ergo quilibet civis
videret quemlibet puerorum
esse proprium / filium quia particeps
eius amor inter tantam multi-
tudinem. modicum diligeret unum-
quemque de uno quoque et mo-
dicum curaret de uno quoque
immo quilibet civis nisi esset
fatuus nullo sufficienter po-
sset omnes pueros esse filios
suos / Si ergo omnes diligeret
tamquam filios sic esset duorum
vel trium puerorum quos cre-
deret esse proprios filios et quod illi
non essent certitudinaliter ei notum
Opinabatur socrates quod omnes ali-
os minime diligeret propter hoc
sed ut arguit philosophus tertio Politicorum
propter duos vel tres vel propter
paucos pueros velle ma-
gnam multitudinem puerorum di-
ligere tamquam proprios filios

hoc est ponere parum de melle
in multa aqua. Sic ergo
parum mel totum unum flumen
non posset facere dulce sic amor
duorum et trium filiorum in
innumerabilem multitudinem pue
rorum existencium in civitate una
non posset reddere placabilem
et dilectam. sed non existente di
lectione aliqua ad pueros non
habebitur debita eorum cura. sic
quando supposita communitate quam
ordinaverat Socrates non hab
ebatur debita cura nec de
bita diligencia erga filios.
Tertium malum sic ostendi potest quia
ex communitate ita corrup
ta et sic est insaciabilis concu
piscencie appetitus quod vix ha
bente viro nisi unam uxo
rem et hoc est valde difficile
debite et temperate se habere erga
illam. Sicut ergo provocata
gula per multitudinem ciborum
difficile est eam abstinere. Sic
provocata venerea per mul
titudinem feminarum difficile
est eam implere et esse intem
peratum. Quartum autem ma
lum sic manifestari potest. Nam
non habitis parentibus cognitis
de propriis filiis et filiabus de
levi fieret abusus parentum
et consanguineorum ut quod filii co
gnoscerent matres et patres fili
as. Socrates autem volens hec incon
veniencia vitare dixit quod spectat
ad principem civitatis
habere curam et diligenciam

ne filii commiscerentur cum matribus
et patres cum filiabus. Sed ut ait
Philosophus hec non sufficit quia filii
et filie communes erant et non
iudicabantur eis proprii parentes
dato quod prohiberetur filio
actus venereus circa matrem et
patri circa filiam non prohib
ebatur eis amor libidinosus
et concupiscencia ex quo non ma
nifestabatur eis parentela illa.
Quare cum in personis tam con
iunctis nec solum detestabilis
sit actualis commixtio sed eciam
abhominabilis concupiscencia et
amor libidinosus reprehen
sibilis erat opinio Socratis de
communitate uxorum et filiorum.
Decet ergo reges et principes sic
ordinare civitatem ut pro
hibita communitate filiarum et
uxorum certificentur parentes
de propriis filiis.

Quod expediat civitati possessiones esse proprias et quod communes. Capitulum XI.

Possessiones ut ait Philosophus
secundo Politicorum tripliciter
possunt intelligi. Nam in
rebus deservientibus ad victum
est considerare duo. Videlicet res
fructiferas ut agros vineas
arbores et fructus qui ex talibus
oriuntur rebus ut vina frumen
ta poma. Unde si sit communitas
circa talia vel erit circa
res fructiferas et dividentur
fructus ille possessiones

Erunt proprie et fructus redditi-
entur in commune quod antiquitus ut
recitat philosophus apud quasdam
naciones fiebat, vel utrumque
erit commune tam res fructifera
quam fructus, ut Socrates or-
dinavit. Volebat enim ut su-
perius tangebatur quod si nichil
esset proprium in civitate nec
possessiones nec fructus nec filii
nec uxores, quod nulla dissensio
oriretur. Videtur autem hec ordina-
cio Socratis ut philosophus ait super
considerata valde expediens
civitati. Cum enim quis au-
dit civitatem sic ordinatam
esse ubi est tanta communitas
civium reputat eam felicem
esse et estimat cives maxime
se diligere et absque litigio vi-
vere inter quos tanta unitas
observatur, sed ut dicit scientia po-
liticorum in actibus particularibus
oportet ad experienciam recur-
rere. Experti enim sumus, quod ha-
bentes aliqua communia plura
inter se litigia habent quam
si quilibet propria haberet sive pos-
sideret. Possumus autem tripli-
ci via investigare, quod si res
civium communes essent plura liti-
gia in civitate consurgerent quam
si gauderent possessionibus propriis.
Prima via sumitur ex parte
possessionum communium, secunda ex
parte communicancium in re-
bus illis, tercia ex imparitate
civium. Prima sic patet.
Nam cum aliquid est commune
aliquibus, cum unus abusu rei
et fructu illius rei communis plus
alium impedit consurgunt lites et dis-
cordia inter eos. Videmus enim
fratres uterinos propter hereditatem
quam communem habent multa habere
litigia, dum unus hereditate
illa utitur, prout alteri ex-
pedire. Si ergo fratres uterini
qui pauci sunt et sciunt
credunt se esse tanta consangui-
neitate coniunctos multa habent
litigia quia hereditatem ha-
bent communem, quanto magis
inter illos [?] si cives omnia
communia haberent, orirentur multa
litigia cum ipsi multi sint et
diversarum voluntatum, nec
sit inter eos tanta coniunctio
consanguinitatis sicut inter uterinos
fratres. Illa etiam si fieret ut Socrates
dicebat, quod omnes cives propter
communitatem mulierum et virorum
crederent se esse consanguinitate
coniunctos, attamen inter eos cum
reciprocitatem non esset tanta
consanguineitas sicut inter fratres
uterinos, immo illa consangui-
neitas que inter ipsos existeret
certa et nota esse non posset
ut in precedentibus probabatur.
Si ergo certa consanguineitas
non tollit dissensiones pau-
corum habencium hereditatem communem,
multo magis incerta dissen-
siones [illegible] non posset re-
movere inter multos cives. Secunda

Via ad investigandum hoc
sumitur ex parte communicantium in
hereditate communi. Nam quanto aliqui
plura habent communia, tanto
magis adinvicem conversantur.
Sed cum esse non possit aliquos
valde et diu conversari adinvi-
cem nisi inter eos litigia ori-
antur, ex parte ipsorum communica-
ntium in hereditate communi, eo quod oporteat
eos valde adinvicem
conversari contingit ut plura in-
ter ipsos habeant lites et iurgia.
Propter quod philosophus ait 2° Politicorum quod ab
his famulis quibus plurimum
indigemus propter ancillares ad-
ministrationes maxime offendimur
et indignamur contra eos, quia
oportet nos ad eos habere mul-
ta colloquia et diu conversari
cum illis. Contingit ergo si inter dominos
et famulos quos habent ita
subiectos propter diuturnam conversa-
tionem tot litigia oriuntur, quanto
magis orirentur inter
cives quorum unus alteri sub-
esse non valet si haberent heredi-
tatem communem, et si oporteret
eos valde adinvicem conversari.
Tertia via sumitur ex parte
imparitatis civium. Nam si civi-
bus esset hereditas communis
esset valde difficile et valde
sumptuosum tantam multitudinem ex-
traneorum quaerere qui possent
tantam terram colere. Expedi-
ret ergo civitatem se dividi ut aliqui
civium terram colerent, aliqui
vero insisterent circa custodiam
civitatis, quod et Socrates concedebat.
Cum ergo custodes civitatis no-
biliores sint agricolis, tamquam
nobiliores et meliores existim-
arentur se plus esse accepturos de
fructibus possessionum quam illi; in-
surgeret ergo dissensio inter
eos, quia agricolae magis
laborantes circa possessiones
minus de fructibus caperent. Con-
siderata ergo infirmitate hominum
et diligenter viso quod communiter
plures a via recta deviant,
expedit civitati ne inter cives
oriantur dissensiones et iurgia
non sic esse possessiones communes
ut Socrates statuebat. Via autem
philosophi si consideretur modus et sta-
tus hominum est expedientior ci-
vitati; ait enim possessiones et
res civium debere esse privatas et co-
munes: privatas quidem quantum
ad dominium, communes vero per
virtutem liberalitatis. Diligen-
ter igitur inspecta humana con-
dicione prout communiter plures obsti-
nati sunt legimus et lauda-
bilius ordinatum, expedit
civibus habere res et possessiones
privatas quantum ad dominium. Nam
unusquisque bonis propriis
adhibebit debitam diligentiam
circa illa. Expedit autem talia
esse communia secundum liberalitatem,
quia cives inter se debent li-
berales esse communicando sibi
invicem propria bona. Nonum capitulum

lacedemonii ut recitat philosophus
tractando politicam, tanta erat li-
beralitas, quod licet quilibet ha-
beret propria bona quantum ad do-
minium, tamen propter liberalitatem
quantum ad usum erant illis
civibus communes servi et equi
et canes. Quilibet enim ci-
vium eis indigebat absque
ulla alia requisitione ute-
batur alter alterius equis ca-
nibus et servis.

**Capitulum. Quod reges et principes non de-
bent sic disponere civi-
tatem quod mulieres ordinentur
ad opera bellica ut So-
crates statuebat. Capitulum XII**

Ut in precedentibus dicebatur.
Socrates statuit mu-
lieres instruendas
esse ad opera bellica et de-
bellare sicut et viri assu-
mens exemplum ex bestiis
ex quibus tam mares quam
femine bellant. Sed quod reges
et principes et volentes illi, quo-
rum est civitatem dispo-
nere, non debent ordinare
mulieres ad opera bellica, sed
viros, triplici via venari
possumus. Nam tria que requi-
runtur ad bellum, homines enim
bellatores decet esse mente
cautos et providos, corde
viriles, animosos, corpore robu-
stos et fortes. Cautela enim

providenda est in bellis. Nam non-
numquam aliqui propter cautelas ad-
hibitas plures superant hostes
ex sagacitate quam ex fortitu-
dine. Pauci enim bellatores, si sint
sagaces et industres, supe-
rant multos non fortitudine
sed prudentia. Mulieres ergo
quia habent consilium invalidum et
ab usu rationis deficiunt, non
sunt ita industres et provi-
de sicut viri, non sunt ordinande
ad opera bellica. Nam in bel-
lis magna cautela et indu-
stria est adhibenda. Quare secun-
dum Vegetium in libro de
re militari si alia male
acta reparari possunt, casus
in bellorum irremediabiles
sunt. Ex ipsa igitur industria
que requiritur in bellantibus
cognoscere possumus mulieres
instruendas non esse ad
opera bellica. Secunda via
ad investigandum hoc sumitur
ex virilitate et animositate
que requiritur in bellis. Na-
m ut dicitur 3° Ethicorum finis
et terribilissimum omnium terribilium est
mors. Opera ergo bellica requi-
runt homines magnanimos et
animosos, eo quod bellantes ex-
ponunt se periculis mortis.
Mulieres autem sunt pavide
et inviriles, quod contingit eis
tam ex fragilitate corporis quam
ex fragilitate complexionis

Nam ut dicebatur supra frigiditas primam timor parat frigidi enim est constringere et reflectere animos eorum et vilis est ad alia se extendere, calor ergo reddit animosum et vilem. Frigiditas vero timidum et pusillanime. Sic ire mulieres quo sunt pavide et pusillanimes ad opera bellica destinari non debent. In bellatoribus eum melius est pavidos expellere quam eos in societate tenere, ita cum hi animi sic timent mortem viles et animos decipiant videntes timidos terpidare. Ne igitur reddantur bellatores pusillanimes expedit quod timidos omnino ab exercitu expelli. Tertia via sumitur ex parte fortitudinis corporalis ita cum bellatores oportebat diu sustinere armorum pondera et dare magnos ictus, expedit eos esse fortes humeros et renes ad sustinendum armorum gravedinem et esse fortia brachia ad faciendum percussiones fortes, mulieres ergo, eo quod sunt carnes molles et deficiunt a fortitudine corporali ad opera bellica ordinari non debent. Hoc autem movit Socratem ad hoc ponendum supra ex quibus bestiarum insufficiens est, quia ut philosophus scribit sol bestiis

michil attinet iconomice nec participant racionem, homines ergo est secundum debita iconomica et secundum debita disposicionem ordinare domum et civitatem. Sic in hiis in quibus bestie participant agunt eas sicut non debet

Liber tertius, capitulum IX.

Quod reges et principes non debent sic disponere civitatem ut semper idem in eisdem magistratibus preponantur. P III

Dicebat Socrates semper eosdem debere esse principes in civitate, loquebatur enim de principatu prout sumitur pro quodam dominio vel pro aliquo magistratu sive pro quadam potestate. Possumus autem triplici via ostendere non esse expediens civitati semper ponere eosdem in eisdem magistratibus. Prima via sumitur ex parte regie maiestatis vel cuiuslibet alterius cuius est eleccio et dignitates tribuere. Secunda via sumitur ex parte ipsorum prepositorum. Tertia ex parte civium. Prima via sic patet. Ita ut dicitur Ethicorum V principatus virum ostendit, per eum enim quando assumuntur homines ad aliquam dignitatem, non se manifestat eorum bonitas et malitia. Nam quod persona privata non se potest manifestare ut publica

Et huius perfectionem, et quia non tot oculi respiciunt personam priuatam quot in publicam, non sic scitur qualis sit vir donec est persona priuata, nec huius perfectio sic cognoscitur sicut postquam ad aliquam preposituram vel ad aliquem magistratum assumitur. Secunda cum deceat regiam maiestatem et uniuersaliter omnem cuius est magistratus et preposituras distribuere, cognoscere quales preficiat prepositos et magistros, sicut principatus et magistratus et uniuersaliter quelibet prepositura virum ostendit et manifestat. Expedit distribuentem preposituras et magistratus super ciues prius experiri quales sint quos preficiat in prepositos vel magistros, et facto circa experimento assumpto debet eos in dictis officiis affirmare vel ad meliora assumere prout ei videbitur expedire. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte ipsorum prepositorum. Nam multa mala et multas iniusticias committerent prepositi ciuitatum si scirent se esse perpetuos tales, a quibus cauerent si considerarent se esse ab huiusmodi officiis remouendos. Tertia via sumitur ex parte ipsorum ciuium quibus huiusmodi prepositi preponuntur. Nam sicut medici non est consiliatiuus de sanitate, sed eius est intendere sanitatem tanquam finem, sic eius cuius est ciuitatem ordinare non est consiliatiuus de pace et de concordia ciuium. Nam ut dicitur 3° Ethicorum consilium non est de fine, sed de hiis que sunt ad finem. Pacem enim et concordiam ciuium debet intendere rector ciuitatis tanquam finem, sic ergo disponenda est ciuitas ut conseruetur in pace et ut ibi seditiones non insurgant. Mutare ergo aliquando magistratus et principatus et distribuere eos diuersis personis ut innuit philosophus 5° Pol. videtur facere ad quietum et pacificum statum ciuium. Nam si perpetuo aliqui semper idem in magistratibus et preposituris preficiantur, alii videntes se esse despectos ad seditionem consurgunt et ciuitatem turbant. Hanc autem tertiam rationem improbantem ordinationem Socratis tangit philosophus 2° Pol. cum ait quod Socrates semper facit eosdem principes, quod est seditionis causa apud nullam dignitatem possidentes, videntes enim se nullam dignitatem possidere, si contingat eos esse viles et animosos seditiones mouent.

Quod non sit ordinata ciuitas ut Socrates statuebat

PIIII

Quia ordinacionis phos
determinates de po-
liticis et de ordine
civium non sine racio-
ne loquutos fuisse, ideo bene
se habet eorum opiniones
tractare non ostentacionis
causa, sed quia hec pars reque-
rit methodus quam intendi-
mus tradere de regimine civi-
tatis et regni. Viso enim quomodo
circa hec senserunt phi et
per tractatum eorum opinionibus
clarius apparebit quomodo circa huius-
modi regimine sit dicendum.
Quare sic patefactum sit in pre-
cedentibus non expedire civi-
tati possessiones uxores et filias
esse communes ut socrates statue-
bat nec esse decens milites
ordinare ad opera bellica,
nec esse utile eosdem semper
in eisdem magistratibus preficere,
ut socrates statuisse videbatur.
Restat ergo exequi de divisi-
one et ordine civium quam
socrates ordinat. Dicebat enim
Socrates ut tangebatur supra
civitatem quamque habere in se tres
deliberare principes scilicet bell-
atores artifices et agricolas.
Volebat enim bellatores esse partem
civitatis distinctam ab aliis ci-
vibus. Numerum autem bellancium
statuebat dicens in qualibet civitate
debere esse ad plus quinque mi-
lia et in quo ad minus mille.

Huiusmodi autem statum quantum ad
bellatores tripliciter probare possu-
mus tria que de ipsis bellanti-
bus socrates statuebat. Primo
enim dicebat eos esse alios et
distinctos ab aliis civibus. 2o
statuebat magnam multitudinem
bellatorum. Tertio ponebat
eos in quodam determinato
numero. Prima via sic patet naturam
sequi bonum commune, preponendum
est bono privato; naturale est enim
partem se exponere pro suo toto
periculo ut brachium statim se
exponit periculo pro defensi-
one corporis. Propter ordinem ergo
naturalem agit quilibet civis si
exponat se periculo pro defen-
sione patrie. Non ergo sic se-
perandi sunt bellatores ab
artificibus et ab aliis civibus
quod cives alios pro defensione
patrie bellare non oportet
at ~~[illegible]~~ melius est ergo dicere
in civitate tot esse bellatores
et defensores patrie quot sunt
ibi cives valentes portare
arma quam separare bellatores
ab aliis civibus. Secunda via sic
patet nam si constituetur tanta multi-
tudine bellatorum in qualibet civitate
ut quinque milia vel mille
esset valde difficile et honer-
osum civibus ipsis. Honerosum
enim et difficile esse civibus unius
civitatis sustentare mille
viros ex stipendiis quibus

Quorum nullum esset aliud officium
nisi bellare, cum adesset opp-
ortunitas et honerosum esset
importabile esset sustentare
sex quinque milia, opporteret
enim civitatem illam habere pos-
sessiones quasi ad vota ut posset
ex quibus suppleret tantam multi-
tudinem pascere. Ipse vero philosophus
secundo politicorum reprehendens Socratem
de huiusmodi ordine civitatis
ait quod opportet civitatem illam
sic institutam esse in regione
babilonica nisi forte propter
magnitudinem desertorum est,
magnum spacium terrarum
ex quo posset magna multitudo
pasci. Difficile est enim ut
philosophus innuit per ipsos cives
et preter milites famulos li-
beros pascere tantam multitudinem
bellatorum. Tercio de-
linquebat Socrates in or-
dinando civitatem in constitu-
endo determinatum numerum bella-
torum. Nam ut philosophus secundo politicorum
volens ponere leges vel fa-
ciens ordinacionem aliquam in
civitate ad tria debet respicere
videlicet ad homines, ad regionem
et ad loca vicina. Si quis
ergo vellet per cives statuere
aliquos bellatores vincentes
ex quibus fructibus civitatis
ad tria debet aspicere videlicet
ad cives. Nam si cives ipsi
essent pusillanimes et in-
utiles ad bellum indigeret ma-
iori copia bellatorum se sus-
tinere. Secundo inspiciendum
est ad regionem. Nam quanto ci-
vitas illa maiori regione
et maiori terrarum spacio
potiretur, tanto sustentare
posset maiorem numerum bella-
torum. Tercio inspiciendum
esset ad loca vicina utrum
civitas illa haberet
circa se vicinos animosos vel
inimicos pusillanimes vel
viles. Nam variatis condicio-
nibus vicinorum opporteret aliter
et aliter determinare de numero
bellatorum. Quare cum ars et
sciencia non possit esse circa par-
ticularia signata, volens
tradere artem de regimine
civitatum non potest determina-
re numerum statuere bellatorum, sed
talia relinquenda sunt indicio
prudentis rectoris considerantis
condiciones civium modum regi-
onis et circumstancias vicinorum.

Quod posicio Socratis
circa regimen civitatis tra-
hi possit ad bonum in-
tellectum XCI

Narratur autem super
quod Socrates et
discipuli eius plato
dixerunt civitatem

Sic esse Regendam et gubernandam ut ciuibus communes essent uxores filii et possessiones quod sic intellectum ut verba sonant stare non potest ut est per predicta manifestum, tamen quia modus fuit eorum platonicorum methaforice loqui, quem modum loquendi forte ipse socrates habebat cum plato eius discipulus fuisset. Si volumus, non ut verba sonant dicta intelligere socratica saluare possumus posicionem eius, omnia enim esse ciuibus communia circa rei veritatem non est possibile nec utile, tamen circa amorem et dilectionem dicitur ibi saluari communitas, sic enim quilibet ciuis dicitur diligere alios ciues sicut seipsum, sic debet diligere uxores filios et possessiones aliorum sicut et proprias, hoc ergo modo ciuibus omnia debent esse communia, ut quilibet intendit bonum commune, et bonum omnium et sit sollicitus circa ad facultates de rebus aliorum, ac si essent sue. Tamen in uxoribus autem et filiis debet seruari communitas, contractu ad amorem sed in possessionibus dicitur conseruari communitas non solum contractu ad amorem ut quod omnes ciues communiter diligant bonum uniuscuiusque ciuis sed etiam contractu ad communicationem, et contractu ad libertatem, quia quilibet ciuis debet aliis amicus ut dictat

Racio bona sua communitate. Saluabitur igitur dictum socratis contractu ad communitatem ciuium sic etiam saluare possumus dictum eius contractu ad unitatem ciuitatis. Nam cum dixit ciuitatem debere esse maxime unam forte non intellexit de unitate habitacionis ut quod omnes ciues habitare deberent in una domo ita quod in ciuitate non essent plures domus vel plures vici, nec de unitate artificum ut quod in ciuitate non deberent esse diuerse artes vel diuersi artifices, nec de unitate eorum que requiruntur ad sufficienciam vite ut quod essent in ciuitate plura et diuersa, prout requirit indigencia vite ut forte huiusmodi unitatem ad amorem et dilectionem referre volebat ut quod tunc esset ciuitas optima quando ciues se amando et diligendo maxime sic unirent. Si ergo exposita mente ciuium, verum est quod ipse opinabatur quod in ciuitate esset maxima pax et non orirentur ibi litigia. Nam propter amoris effectus esse videbitur pax et concordia. Sed quod socrates addebat de mulieribus quod ordinande essent ad opera bellica saluare potest non intelligendo hoc simpliciter sed in casu possibili cum contingere

Et militibus bellatoribus opportet multorum. enim circa partes Italie hoc contingit quod viris deficientibus et civitatibus et civibus in exercitum super civitatem aliquam, dum viri illi in exercitu existentes invasa est eorum civitas ab hostibus. propter quod opportunum milites propter pecunias civium defendere civitatem. Et autem ultra addebat quod semper eos opportet in magistratibus preferre, ut supra dicebat est et dispositum, et Ballimi forte sic dicit intelligi ut semper preficipentur idem id est ornati eisdem virtutibus. Quod et civitatem dividebat in artifices agricolas et bellatores volens civitatem ad minus mille continere bellatorum. forte per bellatores intelligebat nobiles quorum non est manibus operari, cum enim in civitate quedam manibus operarentur ut colentes terram et artifices. quidam vero non ut nobiles. Hii videlicet potissime nobiles debent defendere patriam, et eorum maxime est vacare circa armorum industriam. Volebat ergo socrates policiam aliquam non deberi vocari civitatem, nisi saltem contineret mille nobiles quos per quandam excellenciam vocabat bellatores

Quo philosophus felleas statuit civitatem ordinandam esse. Capitulum XVII

Preter socratem et platonem quidam alius nomine felleas ut narrat philosophus. secundo politicorum cum intromisit se de ordine civitatis statuens quo possit optime policia ordinari, dicebat quod inter cetera ad que debet intendere legislator policie est et quod cives habeant possessiones equales. volebat enim tunc esse civitatem optime ordinandam, si non civium haberet plures redditus vel maiores possessiones quam alter quod ut dicebat a principio quando civitas constituitur facile fieri poterat, quia viso numero civium et considerata latitudine camporum de facili terras civitatis possit dividere equales possessiones illas inter cives, sed civitate iam constituta et civibus iam habentibus possessiones inequales difficilius erat hoc ad equalitatem reducere, statuit tamen felleas civitatem secundum hoc reddere hanc inequalitatem ad equalitatem mediantibus dotibus statuendo quod pauperes dantes cum divitibus et inde trahendo acciperent dotes

Et non dent. Juvenes ergo accipi
endo magnas dotes a divi
tibus poterunt equare se in pos
sessionibus eis. Ponit autem Felle
as triplici via moveri ad
hoc statuendum. Primo qui
dem moveri potuit ut cess
arent litigia, secundo ut remo
verentur iniurie et contume
lie. Tercio ex hiis que
videbat in policiis aliis.
Prima via sic patet. Nam
cives valde litigant pro
possessionibus sicut cum sunt
valde cupidi ad huiusmodi reddi
tus et possessiones. Unde
et propter hoc multa litigia
oriuntur. Quare si cives ha
berent possessiones equales et
scirent se non posse excedere
suos concives in possessionibus
frustra propter hoc insurgerent
lites et placita. Nam dato
quod aliquis litigancium causam
obtineret non multum ex hoc
gaudere posset quia oporteret
ipsum per racionem dotium equari
in possessionibus aliis civibus
sic eciam perdens placitum
non multum amitteret quia ac
ciendo dotes equaretur aliis
in diviciis. Videntur ergo omnia
cessare placita si cives
haberent possessiones equales.
Secunda via sumitur ut toll
antur de civitate iniurie et
contumelie. Nam ex eo quod ci
ves libenter sibi possessiones

appropriant. Dicentes hoc est meum
[struck] non solum insurgunt li
tes et placita sed eciam in
iurie et contumelie. Nam
pro acquirendis possessionibus
inferrunt sibi cives iniu
rias et contumelias in proprie
tatibus. Fiunt autem in civitate
furta, rapine et homici
dia propter cupiditatem possid
endi divicias. Quare si cives
non possent se excedere in pos
sessionibus, et haberent equales
divicias videretur omnia cess
arent. Tercia via sumitur
ex hiis que videbat in civita
tibus aliis. Nam in multis
policiis bene ordinatis ma
gna cura fuit legislato
ribus de possessionibus civium.
Ideo Felleas forte motus ex
hiis que videbat in aliis
policiis statuit potissime
curandum esse de possessi
onibus civium volens eos equ
tas possessiones habere. Quare

non oportet possessiones esse
equatas ut Felleas
statuebat. Capitulum VIII

Si considerent dicta
philosophi secundo politice
conveniens ad propositum spectat
tatem possumus triplici via
venari quod non oportet pos
sessiones equatas esse ut
Felleas statuebat. Prima

Via sumitur ex parte procreationis filiorum, secunda ex parte iniuriarum que possunt in civitate contingere. Tertia ex parte virtutum quas debent cives habere. Prima via sic patet. Nam ad rectum regimen civitatis non potest imponi lex ut cives habeant possessiones equales nisi statuatur quod habeant equales filios, frustra enim ponitur lex que observari non potest. Nam secundum philosophum 2o politicorum non solum debet esse cura quod leges instituantur sed etiam quod legibus obediatur et quod leges observentur. Sic si singuli cives possessiones habeant equales et unus habeat plures filios quam alius, succedentibus filiis in hereditate parentum, salva non erit lex secundum philosophum quia non habebunt possessiones equales. Ergo quanto aliquid in plures partes dividitur tanto minus percipit unusquisque de illo. Equare ergo non potest quod semper cives habeant possessiones equales nisi tot filii procedant ab uno cive quot ab alio, sed aliqui quantum ad ista sunt omnino sterilia, aliqui vero sunt fecundiora quam alia et non est possibile in civitate statuere omnes cives habere equalem

numerum filiorum. Prima ergo via ex parte procreationis filiorum manifeste ostenditur predictam legem non congruentem esse eo quod congrue observari non potest. Secunda via sumitur ex parte iniuriarum que possunt in civitate contingere quas legislator summo studio cavere debet, spectat enim ad principem omnem curam habere ne cives sint insolentes et ne sibi invicem iniurias inferant, sed si in civitate statuatur pauperes equari divitibus in possessionibus accipiendo magnas dotes ab eis et non dando dotes illis, contingit multos ex divitibus fieri pauperes et econverso. Nam si divites aliqui habeant plures filios quam pauperes, divisa possessione divitum in plures partes quam pauperum, et filii divitum pauperiores erunt quam filii pauperum. Ex hiis autem contingent iniurie et iurgia in civitate, primo quia pauperes cum ditantur nesciunt fortunas ferre ut plane ostendit philosophus 2o rhetoricorum. Iniuriabantur ergo aliis filii enim pauperum inflati eo quod videant se plus aliis in divitiis habundare insolescabunt in eos et fiant iniurie

in ciuitate. Rursus hiis qui diui-
ciis et contumelie oriantur
inter ciues non solum ex parte
filiorum pauperum sed etiam
ex parte filiorum diuitum
quia ut dicitur 3o poli. et oportet
est ad parem ciuitatis filios
diuitum non esse insolentes
contra cum filii diuitum ut plu-
rimum sint magnanimi et
magni cordis et videant se
esse despectos et pauperes
exaltatos non valentes
se continere fiant insolentes
et turbabunt alios. Ter-
cia via ad ostendendum hoc
idem scilicet legem non
esse decentem de equacione pos-
sessionum sumitur ex parte vir-
tutum quas debent habere ciues.
Debent enim ipsi esse liberales et
temperati unde non bene dictum
est dicere quod ad bonum regimen
ciuitatis sufficit ciues po-
ssessiones habere equales nisi a-
liquid determinetur de quan-
titate possessionum illarum.
Possent enim ciues adeo mo-
dicas possessiones habere quod
oporteret eos ita parce
viuere quod opera liberalitatis
de facili exercere non valerent.
Rursus habendo possessiones
equales possent ita habundan-
ter in eis et adeo in de-
lectationibus viuere quod non continger-
et eos temperatos esse

**Quod statuebat principalis inten-
cio legislatoris debet esse circa
reprimendum concupiscenciam et
non circa equalitatem possessio-
num ut phaleas ordinauit**

C. IIII

Reges et principes et
vniuersaliter omnes quorum
est leges ferre debent
aliquas leges statuere
circa possessiones ciuium. Nam et
Solon qui circa ferendas leges
est dictatus peritus et doctus
multa statuit circa possessiones
ciuium. Sic et apud locres in-
ueniuntur plures sicut dicitur polit. lex
erat quod ad hoc ut antique
sortes seruarentur illese nulli
licebat possessiones vendere
nisi sufficienter ostendere pos-
set ei aliquod magnum infor-
tunium accidisse. Sunt enim
multa determinanda in legibus
circa possessiones sed non expedit
hac lege statuere circa ipsas ut
ciues possessiones equales ha-
beant. Nam intencio legisla-
toris principalis esse debet circa
possessiones sed principaliter
debet intendere reprimere concupiscen-
ciam eo quod radix ma-
liciarum non sunt possessiones ex-
teriores sed concupiscencie. Ra-
dix enim omnium malorum est
cupiditas sicut ergo morbus
magis curari debet in radice

Et in causa quoniam alibi magis
debent intendere rectores civium
circa reprimendas concupiscentias
quam circa alia, ut plane pro-
bat philosophus secundo poli., sed de
hoc inferius diffusius dicemus.
Verumtamen tamen nos cum edi-
dissemus quendam tractatum de differentia
ethice, rethorice et politice, ubi
dicta sufficienter considerata con-
dicere videantur hiis que nunc di-
ximus, sed illa contrarietas in-
ferius tolletur. Ad presens autem
scire sufficiat principale inten-
tum legislatoris non debere
esse circa possessiones exteriores
mensurandas. Quod triplici
via venari possumus. Prima
via sumitur ex parte honorum
quos homines appetunt,
secunda ex parte delectacionum
quas insequuntur, tercia ex parte
tristiciarum quas fugiunt. Pri-
ma via sic patet: credebat
enim Felleas omnia iurgia ci-
vitatis insurgere propter possessi-
onem et dominium exteriorum
rerum, sed sic opinando
fallebatur, quia etsi pau-
peres homines eo quod nimis
egeant exteriori substancia ut plu-
rimum litigant propter exteri-
orem substanciam, persone tamen hono-
rabiles et generose magis
turbantur et indignantur
si enim possint consequi honora-
bilem honorem debitum
et condignum. Quare si civium
quidam sunt persone pauperes,
quidam generose et honorabi-
les, spectat ad legislatorem
non solum statuere ut posses-
siones debite ordinentur,
sed eciam ut honores decenter
et iuste distribuantur, et
tanto principalius debet hic
intendere ut circa honores,
quanto litigia inter personas
honorabiles sunt magis de-
testanda quam inter personas
alias. Secunda via ad inve-
stigandum hoc idem sumitur ex
parte delectacionum quas homines
ut plurimum insequuntur. Non
enim homines solum iniusti-
ficant et iniurias inferre
in res exteriores propter ava-
riciam, sed eciam iniuriantur
in filias et in uxores ci-
vium propter delectaciones et in-
temperanciam. Tercia quod reges
et principes non oportet leges
ferre circa possessiones men-
surandas ut quod quilibet
quod suum est possideat, sed
multa ordinare debent circa
possessiones reprimendas ne
cives sint intemperati et
iniurientur in uxores et
filias aliorum, immo tanto
magis sollicitari debent circa
hoc quam circa illud quanto
uxores et filie sunt quid
magis coniunctum quam

extiores subet. Tercia via
sumitur ex parte tristiciarum
quas homines pro viribus sus-
tinent, volunt enim homines
gaudere delectacionibus absque
tristiciis ideo minuunt eam
aliis non propter supplendam
indigenciam nec propter tollen-
dam famem aut repellendum
frigus, sed quia estimant alios
posse eorum delectaciones
impedire vel quia estimant
eis posse tristicias inferre
non ergo solum propter possessiones
sunt constituende leges ut
statuebat Felleas, sed etiam
propter alia ut est per predicta
sufficienter expressum

Qualis fuit ypodomia et quid ypodomus primus statuit circa regimen civitatis

Preter Socratem et
Felleam fuit quidam
alius philosophus nomine
Ypodomus intromittens
se de regimine civitatis
statuens multa pertinencia
ad regimen civium. Videns
autem quod ad sex reducta que
statuebat circa huiusmodi regi-
men. Primo enim statuit que-
dam pertinencia ad multi-
tudinem et distinctionem civium,
secundo determinat de distinctione
possessionum, tercio de di-
stinctione iudiciorum, quarto
de distinctione iudicantium,

Quinto de modo iudicandi,
sexto et ultimo statuit que-
dam leges tangentes diver-
sa genera personarum. Ypodomus
enim statuens suam policiam
primo intromisit se de multi-
tudine et distinctione civium
dicens optimam quantitatem
civium esse circa decem milia
virorum. Hanc autem quantitatem
civium distinxit in tres par-
tes videlicet in bellatores a-
gricolas et artifices. Vole-
bat enim bellatores debere
habere arma et non terram,
agricolas vero terram, sed non
arma, artifices vero neque
terram neque arma attemp-
tare. Videtur enim homo
quantum ad presens spectat habere
indigere videlicet victu, po-
tu et cibo, propter calorem naturalem
consumentem radicale humidum.
Secundo indiget homo domo et
vestitu et aliis artificiis
propter intemperiem aeris. Tercio
indiget defensione propter ho-
stes extrinsecos et propter se-
diciones et litigia que
possunt in civitate contingere. Ad
hec enim tria describuntur hec
tria genera virorum quia quantum
ad victum sufficiunt agricole,
ut intelligamus per agricolas
omnes colentes terras et vi-
neas et universaliter omnes
pastores animalium. Per artifices

Ad domos et vestimenta et
alia artificia sufficiunt
artifices; quantum vero ad de-
fensionem deserviunt bellato-
res. Sic ergo determinavit
primus de multitudine et distinc-
tione civium. Secundo intromi-
sit se et determinavit de
distinctione possessionum, di-
videns totam regionem, id est totum
territorium civitatis, in tres
partes, videlicet in partem
sacram, communem et propriam; sa-
cram attribuebat cultui,
communem bellatoribus, propriam agri-
colis. Dicebat autem tunc ter-
ritorium civitatis optime di-
visum esse, si pars tribueretur
ministrantibus in templis divi-
nis, quam appellabat sacram;
pars vero bellatoribus, quam
appellabat communem, eo quod
bellatores communi bono et
defensioni patrie vacare
debebant; pars vero esset
propria ipsis agricolis; artifi-
cibus quidem nullam partem
territorii tribuebat, eo quod
ex arte sufficienter vivere po-
ssent; nec etiam bellatoribus
tribuebat territorium commune
de quo bellatores viverent,
sed de communi erario. Ter-
tio intromisit se de di-
stinctione iudiciorum; dicebat
autem omnia iudicia debere
esse de tribus, eo quod de tribus

litigant homines, videlicet de
nocumento, iniuria et mor-
te. Cum enim quis iniusti-
ficat in alium vel iniusti-
ficatur in eius res nocendo,
dampnando vel dampni-
ficando ipsum vel personam,
et hoc dupliciter: vel dehono-
rando eam faciendo ei
obprobria et vituperia, vel
offendendo ipsam faciendo
ei percussiones et vulnera.
Iniustificationem autem quantum ad
res appellabat nocumentum,
sed iniustificationem quantum
ad dehonorationem persone vo-
cabat iniuriam, offensionem
quidem ipsius persone quantum
ad percussiones et vulnera no-
minabat mortem, quia talia
ad mortem ordinantur, eo
quod omnis passio magis
facta abicit a substan-
tia. Quarto intromisit se
de distinctione iudicantium;
dicebat enim debere esse duo
genera iudicantium et duplex
pretorium: unum ordina-
rium in quo discuterentur
cause, et aliud principale
ad quod reducerentur appel-
lationes. Volebat eciam
principale pretorium, ut narrat
Philosophus 2o Politicorum, debere esse ex se-
nibus electis, ubi cause
male iudicate fierent

in pretorio ordinario senes illi electi et boni testimonii ratificarent ipsas. Secundo intromisit se de modo iudicandi. Volebat enim in utrisque pretoriis tam principali quam ordinario iudicia fieri sine collatione iudicum inter se. Dicebat autem quod audita causa quilibet iudex per se cogitaret et portaret in pugillaribus scriptam adduceret sententiam suam, ut si incusatus simpliciter contempnendus esset iudex, simpliciter condempnatoriam scriberet, si vero simpliciter absolvendus pugillarem portaret vacuum; sed si aliquo contempnendus in aliquo absolvendus per scripturam determinaret illud. Philosophus ait 2o politicorum ubi positiones dicti philosophi narrat. Assignat causam quare Ypodomas sic statuit: credebat quod quod si iudices iuramento essent astricti ut dicerent quod sentirent forte denegarent timore coram aliis dicere quod sentirent, ideo ordinavit quod quilibet privatim suam sententiam scriberet. Sexto statuit quasdam leges tangentes diversa genera personarum. Statuit autem quatuor singulari leges quarum prima tangebat sapientes

secunda bellatores, tercia totum populum, quarta principem. Quantum ad sapientes statuit quod quicumque inveniret aliquid quod esset expediens civitati quod retribueretur ei debitus honor. Secundum vero ad bellatores ordinavit quod filii eorum qui morerentur in bello facto pro defensione patrie et pro bono civium acciperent cibum de erario publico. Tercio quantum ad totum populum statuit ut totus populus videlicet tam bellatores quam artifices et agricole convenirent ad electionem principis. Volebat enim ut patet ex dictis suis principem debere esse non per hereditatem sed per electionem quam electionem toti populo tribuerent. Quarto quantum ad principem electum statuit ut princeps precipue curam haberet de tribus, videlicet de rebus communibus, de peregrinis et orphanis. Appellabat enim orphanos universaliter omnes personas impotentes non valentes per se ipsas sua iura acquirere. Spectat enim ad regem et principem quod dicitur esse custos iusticie de rebus communibus et curam de peregrinis et personis impotentibus specialem curam gerere, eo quod talibus alii de facili iniuriantur

Cum non possit defendere
sua iura. Que et quot
sint reprehensibilia in hiis
que statuit ypodomus de
gubernacione civium

XP

Multa bona consequi-
mur ex opinioni-
bus antiquorum
philosophorum eo quod ipsi
in suis dictis multa bona
et vera dixerunt, dato tamen
quod nichil veri dixissent
recitande tamen essent opini-
ones eorum, et cum sentencia
philosophi secundo methaphisice debe-
remus reddere eis qui a veri-
tate deviant et discordant ab
opinionibus nostris. Excitant
enim talia aliquid intellectum.
Mala quidem aliorum dicta mul-
tociens intellectum excitant ut
recte iudicet. Ypodomi quo-
que opinionem recitavimus, quia in
sua policia multas bonas
sentencias promulgavit,
aliqua tamen incongrua consti-
tuit, possumus in quantum ad pre-
sens spectat secundum dicta
philosophi secundo policie. Incipare
ypodomum quantum ad tria.
Primo quantum ad impossibi-
litatem statutorum, secundo quantum
ad modum quem statuit in
iudicando, tertio quantum
ad leges quas statuit tan-
gentes divisa quam ponere

Primo enim prout dictum est
deficit statuendo impossibi-
liam statutum de distinctione
civium stare non poterat cum
statuto de electione principis.
Si enim civitas secundum ipsum
distingui debeat in tres partes
videlicet in bellatores arti-
fices et agricolas, et soli bel-
latores habebant arma ut
possent sediciones et iniuria
facta in civitate removere
et prius ab hostibus defendere
oportebat bellatores habere
maiorem potenciam, quam agri-
cole et artifices sibi subiecti
et quasi servi potentiorum
dominantium et homines libe-
ter iniustificant omnes perit. Sic
posito artifices et agricole
non haberent partem in policia
et bellatores non mitterent
eos participare in electione
principis. Statuere quod populus
totus quod eligat principem
stare non potest cum statuto de
bellatoribus ut quod ipsi sint
potentiores aliis et sint
soli habentes arma. Secundo
deficiebat ypodomus quantum
ad modum quem statuit in
iudicando, volebat enim
iudices non debere conferre
in pretorio de sentencia fe-
renda, tamen ut ait philosophus
non denegabat quin domi-

Priuati conferre possent / hoc aut duplici via proba-ri pt primo ex isto modo iudicandi sequitur maior perussio et maior deiectio iudiciu na ciuis putuntur iudices si possent sibi lo-qui in priuato qui si lo-quentur publice i ptois et si iurauerit dicere qd sentiunt ciuis denegabit hoc modo qm alr Vnde phus innuit qr in quibus-dam policiis cretio statut qm ordinauerit ipodomus ubi ordinat iudices pos-se loqui sibi inuice pub-lice / no tn posse ad inui-ce hre gsiliu in puato / Secundo deficit dcus modus qr in aliquibus iudiciis oz collatos hre adinuicem ut si iudices discordarent oporteret collatos habe adinuice quoz sna te-nenda esset Tercia de-ficiebat dcus phs qntum ad leges qs statuit tangen-tes dursa gna psonaru Et specialr qntu ad legez qua statuit erga sapie-tes Na si quis sapiens inueniens aliqd expediens ciuitati dz ex hoc debitu honore accipe / conaratur sapientes ad inueniendu nouas leges et ad ondendu

Nouas leges inuentas esse proficuas ciuib^u sic gtinue inutarent leges / qd e val-de in ciuitate piculosu / qr leges magna efficaciam habet ex diuturnitate qre si ciuitates assidue innoua-rentur leges tolleretur vita et efficacia ipaaru Statu-tu g ipodomi de eo q inue-nit aliqd expediens ciuitati ut ait phs / superficia visu apparet bonu / e tn piculosu In hiis aut deficit ipodomus Ceteru aut defectu in aliis utru vt principatus debeat ire per electoem ul per he-reditate uel utru leges sit innouande / dato qr aliqua defetum gtineat et alia q circa ista mat sit gnenda infra diffusius tractabitur Ad psens tn sufficiat hoc te-tigisse de opinionibus phoz et in hoc terminet pma pars tercii libri huius in quo agit de regimine ciuitat et regni

Explicit prima pars tercii libri Incipiunt ti-tuli secunde partis huius tercii libri

primum Quod Regende sunt ciuitates tempore pacis que et quot consideranda sunt in illo regimine

secundum Quot sunt species principatuum et que illorum sunt boni et que mali

iij Quod melius est ciuitatem et regnum vno regi quam pluribus et quod regimen est optimus principatus

iiij Quibus racionibus ostendi potest quod apparet melius esse ciuitatem aut prouinciam regi pluribus quam vno et quomodo solui possunt raciones ille

v Quod melius est Regimen regni et principatus ire per hereditatem et successionem filiorum quam per ellectionem

vi Que sunt quibus rex alios debet excedere et quomodo rex differt ab aliis

vij Quod tirrannides est pessima principatus et quod summe debet reges et principes cauere ne eorum dominium in tirrannidem queretur

viij Quod est officium regis in tirrannidem et qualiter rex se habere debeat in regimine ciuitatis et regni

ix Quot sunt illa que debet operari verus rex que simulant se facere tirranni

x Que et quot sunt cautele quibus tirrannus nititur se in suo dominio preseruare

xi Quot sunt illa ad que reducitur cautele tirrannice et quod reges cauere debent ne efficiantur tirranni quia opera regia sunt optima tirrannica vero sunt pessima

xij Quod detestabile est Regiam maiestatem declinare ad tirrannidem quia quando que corrupcionis est in aliis peruisse principatus

totū in terram de
congregatur

xiii Qz summe expedit
regibus gubernant
populum et caue
ne tirrannizent · et
multis de causis con
tingit subditos in-
sidiari tirrannis

xiiii Qz maxime Rex ca
uere debet ne effi
ciatur tirrannus eo quod
liumbus indies cor
ruunt tirranni-
des quam regum principatus

xv. Que sunt que saluant
dominium regum et
quod oporteat regem
facere ut se in suo prin-
cipatu preseruet

xvi Que sunt consiliabilia
et circa que consilia oportet
adhibere

xvii Quid est consilium et
qualiter sunt consilia facien
da

xviii Quales consiliarios
deceat assumere
Regiam maiestatem

xviiii Quot oportet esse
consiliarios et circa que
consilia sunt adhibenda

xx Et quantum possibile sit sunt
omnia legibus determi-
nanda · et quod pau
cora sunt arbitrio iu
dicum committenda

xxi Qualiter est in iudicio
procedendum, et quod ser
mones passionales
sunt coram iudice pro
hibendi

xxii Que et quot oportet
at habere iudicem
ut castigat eos de
bite iudicare

xxiii Que et quot oportet
oporteat considerare in
dices ut indulgeant
humanius et ut sint
clementes pocius quam
crudeles

xxiiii Quot diuersa sunt
genera legum et diuersi
sunt modi iusti
tie et quod ius naturale
expositiuum et cetera

talia reducantur

xxv Quo ius gentium et ius animalium a iure naturali sit esse distinctum

xxvi Qualis debeat esse humana lex et quod oportet tales leges fieri utile regno et civitati

xxvii Et non cuilibet est leges ferre et quod ut leges vim obligandi habeant oportet eas promulgatas esse

xxviii Quot et quae opera debent continere leges quae a regibus et principibus condende sunt

xxviiii Qualiter melius regitur civitas aut regnum utrum melius regatur optimo rege aut optima lege

xxx Et praeter legem humanam et naturalem oportuit dare legem evangelicam et divinam

xxxi Et quando possibile est a consuetis immovare aut mutare leges

xxxii Quid est civitas et quid est regnum

Et eisdem oportet esse populum existentem in regno et civitate

xxxiii Et tunc est optima civitas et optimum regnum et optimus populus qui est ex mediis personis mediis constitutus

xxxiiii Et expedit populo cum magna reverentia regibus obedire et cum summa diligentia leges regias observare

xxxv Qualiter se cives debent et universaliter habitatores regni ne reges provocentur ad iracundiam gerere erga illos

xxxvi Quod reges et principes debent se habere ut amentur a populo et quod ut timeantur et quod utrumque sit necessarium amari tamen plus appetere quam timeri

Quod regende sunt civitates tempore pacis per leges et quot consideranda sunt in tali regimine. I.

Postquam auxiliante deo complevimus primam partem huius tercii libri premittendo quedam preambula ad propositum et recitando opiniones diversorum philosophorum investigantium politias et tradentium artem de regimine regni et civitatis, restat autem nunc exequi de aliis duabus partibus, videlicet de regimine civitatis et regni tempore pacis, et de huiusmodi regimine tempore belli. Sciendum ergo est quod sicut tempore belli defendenda est civitas per arma, sic tempore pacis gubernanda est per leges iustas et per consuetudines approbatas que vim legum obtinent. Videntur ergo sic se habere arma ad tempus belli sicut et leges ad tempus pacis. Viso igitur quod tempore pacis gubernanda est civitas et regnum per leges iustas et per consuetudines approbatas, de levi patet quid et quot consideranda sunt in tali regimine. Videtur autem philosophus tercio politicorum tangere quatuor que consideranda sunt in tali regimine civitatis. Hec autem sunt principes, consilium pretorium et populus. Possumus autem ex ipsis legibus quibus regenda est civitas tempore pacis duplici via investigare quid de politicis horum considerandum est in regimine quo regenda est civitas tempore pacis. Prima via sumitur ex habitudine quam habet ad legem, secunda ex fine intento ex ipsa lege. Prima via sic patet. Nam ex hoc quod per leges recta gubernatio habeatur, quatuor ad principem spectare videntur. Primo ut leges per sapientes sint bene invente. Secundo ut per civilem potentiam sint bene custodite. Tercio ut per leges inventas et custoditas acta civium sint recte iudicata. Quarto et ultimo ut populi pacificum statum possit conservare tradita in legibus bene observata. Bene autem custodire leges per potentiam civilem spectat ad principem. Unde et philosophus quinto ethicorum dicit quod principes debent esse

custodes iusti id est iustitie le-
gum et statutorum. Nam ipsa sta-
tuta legalia leges quodam-
modo dici possunt. Unde qui debet invenire le-
ges per sapientiam spectat ad consilium.
Decet enim principes ad sapientes
consiliarios habere ut debite inve-
nire possint quae per se observare
debent. Unde enim iudicare secundum
leges inventas per consiliarios et
custoditas per principem spectat
ad pretorium sive ad iudices. pri-
mum sit quod secundum leges acta civium
iudicare debent et observare leges spectat
sive ad totum populum. qui se
considerent quae requiruntur
ad hoc quod tempore pacis per
leges bene gubernetur civitas
oportet in huiusmodi regimine
de praedictis quatuor considera-
tionem facere. Secunda via ad
investigandum haec idem sumitur
ex fine quod in legibus inten-
ditur. Dicit enim intendere
legislator ut per leges con-
sequantur laudabilia fugiant
vituperabilia. De conferenti autem
et nocivo est consilium. de in-
sto enim et iniusto est
pretorium. sed de laudabili
et vituperabili est exclama-
cio sive concionatio. Con-
cionatio quae pertinet respicere
totum populum. populus enim ad
bene agendum per se max-
ime per leges inducendus
est. eo quod in ipsis legibus
laudabilia praecipiuntur et pro-
hibentur turpia. Volentem

[margin: iudicare debent / ad omnes cives]

ergo determinare quare regenda
sit civitas tempore pacis non
solum considerare debet qualis
debeat esse princeps qui debet
leges ferre et custodire.
Sed etiam quales debeant esse
consiliarii quorum est cogno-
scere quod est conferens et quod no-
civum. et quales debeant
esse iudices quorum est iu-
dicare quid iustum et quid
iniustum. et qualis debeat
esse populus quia inducendus est
ut sequatur pulcrum et lau-
dabile et fugiat vitupera-
bile et turpe. De omnibus
his quatuor videlicet de princi-
patu consilio pretorio et po-
pulo breviter ut ad praesens spectat
dicemus in hac secunda parte
huius tertii libri. Primo
enim dicemus de huiusmodi prin-
cipatu.

II

**Quot sunt species principa-
tuum et qui illorum sunt bo-
ni et qui mali.**

Textu politicorum
philosophus distinguit
sex genera principatuum
quorum tres sunt boni et
tres mali. Nam regnum ar-
istocratia et politia sunt
principatus boni. tirannides
oligarchia et democratia
sunt mali. Decet enim ibi
discernere bonum principatum

A malo. Nam si in aliquo domi-
nio aut principatu intendi-
tur bonum commune et omnium civi-
um, sive statum sic esse consen-
taneum; sed si intenditur ibi
bonum aliquorum et aliorum
oppressio sic est corruptum et
perversum. Hoc enim modo iuxta
viam philosophi accipere possumus
sufficienciam principatuum
tam perversorum quam rectorum.
Nam in civitate vel in ali-
qua gente vel dominatur unus
vel pauci vel multi. Si unus
vel ille intendit bonum commune
et subditorum, tunc dicitur
Monarchia sive regnum. Re-
gis enim est intendere bonum
commune, sed per civilem potenciam
opprimens alios omnia ordinat
in bonum proprium et privatum,
non est rex sed tirannus.
Duo ergo principatus consurgunt
ex dominio unius. Unus rectus
ut cum quis bonum commune domina-
retur, et alius perversus ut
cum quis bonum privatum principatum
tirannus. Conti-
git tamen aliquam civitatem
aliquam non regi aliquo
uno dominante, sed regi ali-
quibus paucis. Videmus
enim pluries in civitate Ro-
mana quod deficiente sena-
tu tempore ... in medio antequam
alius senator eligeretur

Regebatur tota Romana
res publica quibusdam paucis vi-
ris. Eligebantur enim xii vi-
ri approbati et boni testimo-
nii quos vocabant xii bo-
nos homines et horum guber-
namine tota civitas rege-
batur. Unde et maleficia
facta distinguebantur ex diver-
sitate principatuum. Dicebatur
autem de aliquo maleficio
fuisse factum tempore senatoris
et de aliquo vero tempore bonorum
hominum. Si ergo regatur civitas
non per unum solum, sed per
quosdam paucos, tunc illi
pauci vel sunt virtuosi et
boni et intendunt commune bonum,
et tunc talis principatus dicitur
Aristocracia, quod idem est quod
principatus bonorum et virtuosorum.
Unde autem venit quod maio-
res in populo qui debent
plus regere vocati sunt op-
timates, quia optimi esse de-
bent qui aliis preesse
desiderant. Sed si illi pauci
non sunt virtuosi nec inten-
dunt commune bonum, sed sunt
divites et opprimentes alios
intendunt lucrum proprium, huius-
modi principatus dicitur oligar-
chia, quod idem est quod principatus
divitum. Consurgit enim duplex
principatus ex dominio
paucorum, unus rectus alter

Dominantur aliqui qui sunt virtuosi et intendentes commune bonum, et aliqui pauci, ut cum divites dominantur aliqui non quia sunt boni sed quia ita sunt divites et alios opprimentes. Tercio possunt distingui principatus ex eo quod in civitate dominantur multi, quemadmodum in civitatibus Ytalie dominantur multi ut totus populus. Ibi enim requiritur consensus tocius populi in statutis condendis, in potestatibus eligendis et etiam corrigendis. Licet enim semper ibi advocetur potestas vel dominus aliquis qui civitatem regat, magis tamen dominatur totus populus quam iste dominus advocatus, eo quod tocius populi est eum eligere et corrigere si male agat, et etiam eius tocius est condere statuta que non licet domino transgredi. In hoc igitur principatu ubi dominantur multi ut totus populus, vel intendunt bonum commune, regenerando (?) mediatum personarum et divitum, et omnes tenent suum statum, et tunc est rectus et civilis. Et quia talis principatus non habet nomen proprium, vocat eum philosophus nomine communi et dicit ipsum esse politiam. Politia enim idem est quod ordinatio civitatis quantum ad eos principatus qui sunt in illa, et precipue quantum ad maximum principatum qui dominatur omnibus aliis. Politia consistit maxime in ordinatione summi principatus, qui est in civitate omnibus. Quia ergo ordinatio civilis politia dicitur, per principatus iste proprie sic retinet (?) eo quod non habeat commune nomen politia dicitur. Nos autem talem principatum appellare possumus gubernatorem populi si rectus sit. Sed si populus sit dominans non intendit bonum omnium secundum suum statum, sed vult tirannizare et opprimere divites, est principatus perversus et corrupto nomine dicitur democratia. Nos autem ipsum appellare possumus perversionem populi. Patet ergo quot sunt principatus et qui sunt illorum boni et qui mali et qui peiores.

Quod melius est civitatem et regnum uno regi quam pluribus et quod regnum est optimus principatus III

Quia intendimus ostendere que sit optima politia et quis sit optimus principatus, postquam distinximus modos principandi et declaravimus qui sunt illorum recti et qui perversi, restat ostendere inter principatus rectos

Quare sit melior. Assignant autem communiter quatuor raciones seu vie quod regimen unius est optimus principatus et quod melius est civitatem aliquam seu provinciam regi uno quam pluribus, sive illi plures sint pauci sive multi. Prima via sumitur ex unitate et pace que debet intendi in regno et in civitate tanquam finis. Secunda ex civili potencia que requiritur ad regimen civium. Tercia ex hiis que videmus in natura consistere. Et ultima ex hiis que experimento didicimus in regiminibus civitatum. Prima via sic patet. Nam pax et unitas civium debet esse finaliter intenta a legislatore, sicut sanitas et equalitas humorum est finaliter intenta a medico. Hanc autem unitatem et concordiam magis efficere potest quod est per se unum magis quam quod per se unitas requirit in principatu, si dicitur unus principans, quam si dicuntur plures. Immo cum plures principantur nunquam potest esse pax in huiusmodi principatu nisi illi plures sint uniti et concordes. Propter quod autem unumquodque tale et illud magis. Si ergo est pax et concordia inter cives si plures principantes sint quasi unum, ergo si solus unus principaverit, non de facili turbabitur pax ipsorum civium. Secunda via ad investigandum hoc sumitur ex civili potencia que requiritur in regimine civitatis. Nam quanto virtus est magis unita tanto forcior est, sicut ipsa dicta declarari habet in libro de causis et in proposicionibus Procli. Videmus autem quod si multi homines trahant navem, nisi uniantur in tractu, ut cum unus trahit alius non trahit, nunquam navem trahent. Immo si omnes virtutes que sunt in pluribus trahentibus congregarentur in uno, propria illa essent magis unite, traheret et vigorosior esset in trahendo. Sic et tota civilis potencia que est in pluribus principantibus, si congregarentur in uno principe, efficacior esset, et ille principans, potior habundancior potencia, melius posset policiam gubernare. Tercia via sumitur ex hiis que videmus in natura. Ubicumque autem est regimen naturale, semper illud totum regimen reducitur in aliquem unum principantem, ut si in eodem corpore sint diversa membra ordinata ad diversa officia et ad diversos motus, est dare aliquod unum mem-

Ut cor. ex hoc tamen unico motu sumit originem omnis motus animalis factus in toto corpore. Rursus si ad constitutionem eiusdem concurrunt diversa elementa est tamen pace ibi aliquod unum ut animam continentem et retinentem elementa in corpore animalis ne dissolvatur aliis preditum corpus. Ut enim etiam sine primum de anima dicitur quod anima magis continet corpus quam econverso. Sic etiam unum celeste corpus ut primum mobile est illud per unicum motum regitur et causatur motus factus hic inferius et in toto universo est unus deus in gloria singula regens et disponens. Apparet etiam quod naturale est eis in societate vivere nam subsunt uni regi. Si igitur singula naturalia considerantur semper videmus multitudinem quamlibet reduci in unum aliquod principans et gubernans. Ita secundum naturale est quod multitudo ab unitate procedat. Sic est etiam naturale ut in unum aliquod reducatur. Bonum ergo est regimen populi sive multorum si sit rectum. Melius tamen est regimen paucorum eo quod magis ab unitate accedat. Optima est monarchia sive gubernatio unius regis. Eo quod ibi perfectior unitas conservatur. Sexta via sumitur ex hiis que experimento videmus in regiminibus civitatum. Experti enim sumus civitates et provincias non existentes sub uno rege esse in penuria non gaudere pace molestari dissensionibus et guerris. Existentes vero sub uno rege econverso guerras nesciunt pace letantur habundantia florent.

Quibus rationibus ostendi potest quod apparet melius esse civitatem et provinciam regi pluribus quam uno et unico solum principe rationes ille. IIII

Philosophus in politicis videtur tangere tres rationes per quas probari potest quod melius sit civitatem aut provinciam regi pluribus quam uno. Videntur enim plures principes tria esse necessaria ut bene regant populum sibi commissum. Primo enim debet habere potestatem, secundo rectam intentionem, tertio potestatem stabilitatem. Ex hiis autem sumuntur tres vie ex quibus venari possumus quod bonum sit principari plures

Et non unum tantum. Prima via se probat. Nam plures oculi plus vident quam unus, et plures manus plus possunt quam una, et plures intellectus superant unum in cognoscendo. Sed ubi dominantur plures erit ibi efficacior ratio, quod plura cognoscent quam principatur unus tantum. Unde et Philosophus tertio Politicorum ait quod plures homines sic principantes quasi constituunt unum hominem multorum oculorum et multarum manuum. Ideo melior erit huiusmodi principatus quia homo sic constitutus et multitudo sic principans efficacior erit in principando. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex recta intentione que requiritur in principante. Tunc enim principatus rectus habet intentionem si non intendat in bonum proprium sed bonum commune. Quanto igitur magis intendit bonum commune tanto melior peior principatus est, sed secundum documentum multi dato quod intendant bonum proprium quod bonum multorum est quod bonum commune et intendendo sic bonum proprium omnino recedunt ab intentione communis boni sed si dominetur solum unus et ille intendit bonum proprium quia bonum unius est quasi bonum privatum, sic intendens recedit quasi omnino a communi bono. Peius est ergo principari unum quam plures. Tertia via sumitur ex stabilitate que requiritur in principante. Decet enim principem esse regulam rectam et stabilem ut per iram et per concupiscentias et per alias passiones non corrumpatur nec pervertatur. Sed ut ait Philosophus facilius corrumpitur unus quam plures. Melius est ergo dominari plures quam unum. Sciendum est ergo quod hanc dubitationem quam Philosophus tertio Politicorum renatur dubitando assignans rationes multas quod melius est dominari multitudinem, propterea in eodem tertio tangit quedam per que obiectiones huiusmodi solvi possunt. Non est enim intelligendum simpliciter fuisse de intentione Philosophi dominium plurium esse commendabilius dominio unius, dum utrumque sit rectum, cum ipse pluries dicat in eisdem Politicis regnum esse dignissimum principatum. Inter principatus enim rectos principatus unius quasi dicitur regnum est optimus. Tunc Prius vero principatus unius

Nunc quidem ratione tirannides
maxima est et pessima. Secundo de
hoc iusta dicta ostendere
tamen quod sicut monarchia re-
gia est optima ita quia
maiori bono maius ma-
lum opponitur monarchia
tirannica est pessima do-
minacio. Amplius plures dominio
recto non est dignius quam do-
minari unum cum intellectus plu-
res recte possunt dominari in-
sequitur tenent locum unius
et prout habent ad se invi-
cem concordiam et unitatem.
Sed ut supra dicebatur ipsi unum
corpus et illud magis sic
si dominantur plures intantum
est rectum et dignum inquan-
tum tenet locum unius. dominari
unum et facere monarchiam
si debito modo fiat erit omnino
rectior et dignior. Conce-
dendum est igitur regnum esse
dignissimum principatum
et rectum dominium meli-
us unum dominari quam plures.
Sed nunc ut solvantur obiec-
tiones facte sciendum quod quamvis
plura cognoscant plures
quam unus et citius corrum-
pitur unus quam plures et tal-
ia non sic dominari possunt ab-
stinentiam omnis boni. Sic
forte facit unius solius

Animos fiat monarchia et
docetur unus princeps vel
unus rex in toto principatu
vel in toto regno. ille prin-
ceps vel ille rex quantum potest
tenetur debet sibi asso-
ciare multos sapientes ut
habeat multos oculos
et multos bonos virtuosos
et habeat multos pedes
et multas manus. Et sic
fiat unus homo multorum
oculorum multarum manu-
um et multorum pedum.
Non quod dico poterit tale
unum monarcha non co-
gnoscere multa quod sequitur spec-
tat ad regimen regis quia quod
omnes illi sapientes cogno-
scunt totum ipse rex cogno-
scere dicitur nec etiam dici potest
ipsum debeat posse pati
et corrumpi quia si rex rec-
te desiderat dominari non est
possibile ipsum pati nisi totum
consilium et omnes sapientes
et bonos quos sibi associ-
avit contingeret esse perver-
sos. Cum intendunt ma-
xime esse bonum. Imo
si sic habeat omnino dignum
est rectum principari sive do-
minari. Si autem aliquid sic fieret

Ut si spreto consilio et dimissa societate sapientum et bonorum vellet sequi caput proprium et appetitum privatum iam non esset rex sed tirannus. talem quo non est melius dominari quia plures immo pessimum esset dominium eius eo quod ut patet ex habitis et ut infra plenius patebit et ostendetur tirannides est pessimus principatus etc.

Quod melius est regimen regni et principatus ire per hereditatem et successionem filiorum quam per electionem. capitulum v

Videtur forte alicui omnino esse melius cedere quod dominatus regnorum et principatuum ire per electionem quam per hereditatem. Nam superficialiter considerata veritate istius dubitationis videtur an melius sit constituere dominum ad electionem. Nam si per electionem preficiatur aliquis in regem videmus regnum non esse expositum casui et fortune sed factum esse per voluntatem eo quod preficietur melior et industrior. Sed si per hereditatem hoc fiat exponitur regnum quodammodo sorti casui et fortune. Nam incertum est qualis debeat esse filius ad quem spectat huiusmodi regia dignitas. absolute ergo loquendo melius esset principem preficiendum sive constituendum esse per electionem quam per hereditatem. tamen quia ut plurimum homines corruptum habent appetitum considerata gestis et conditionibus hominum quas experimentaliter videmus.

Videtur igitur censendum magis expedire regno et civitati ut dominus preficiatur per hereditatem quam per electionem. Possumus autem triplici via ostendere quod consideratis conditionibus hominum melius est regimen huiusmodi per hereditatem ire. Prima via sumitur ex parte ipsius regis regentis populum. Secunda ex parte filii qui dicitur in hereditate succedere. Tertia ex parte populi qui debet per tale regimen gubernari. Prima via sic patet. Nam ut probat philosophus secundo politicorum inenarrabile est quanta delectatio conferat et quantum differat putare aliquid proprium. Nam quod est naturale otiosum et vanum esse non potest. Naturalis autem cuilibet est amicitia ad seipsum. Naturale est igitur tanto aliquem magis sollicitari circa bonum regni quanto credit ipsum regimen magis esse bonum

Bum et bonum proprium. Et quia
si Rex videat debere se prin
cipari suum regimen non solum
ad vitam sed etiam per here
ditatem in propriis filiis ma
gis reputabit bonum regni
esse bonum suum et ardentius
sollicitabitur circa tale bonum
immo quia tota spes patris
requiescit in filiis et nimio
ardore movemur patres circa
dilectionem filiorum. Ideo rex circa
tura qua poterit move
bitur ad procurandum bonum sta
tum regni si cogitet ipsum
pervenire ad dominium fi
liorum. Philosophus tamen in Pol
iii de hac materia determinat
ait quod hoc est difficile vi
delicet quod si patres possint
tradere regimen regni propriis fi
liis. Innuit enim hoc esse
quod virtutis divine et exce
dere humanum modum. Sed for
te hoc philosophus ideo ait quia an
tiquitus ut plurimum reges
gubernabantur in tirannides
et non diu durabat quod fi
lii hoc modo succederent in
hereditate paterna vel simi
de hoc esse dominium quia nunc
reges et principes bonitatem ha
beant circa divina. Ratio
contingit filios regnare post
patres et si regnant filii

vix vel numquam regnabunt
filii filiorum. Ex parte ergo
regis ut magis sollicitetur
bonum esse regimine arguere
possumus quod expediat re
gale regimen in filios per
hereditatem succedere. Tertia via
ad investigandum hoc sumitur
ex parte filii ad quem spec
tat suscipere curam regimi
nis. Sic mores nuper dit
tatorum ut plurimum peio
res sunt moribus eorum
qui fuerunt divites ab an
tiquo sic mores nuper
potentium et de novo ele
vatorum ad apicem amplis
potentie peiores sunt mori
bus aliorum. Nesciunt enim
tales fortunas ferre. Nu
per enim exaltati in re
gem est quidam ineruditus re
gie dignitatis quod ut
plurimum tirannizare sciunt
et inflati corde inerudi
te regnant. Sed si regale
regimen per hereditatem vadit
filii ex hoc non inflantur
nec efficiuntur elati quia
non reputant magnum si
illud habeant quod parentes
possederunt prius. Tertia ex parte
filiorum debere succedere

In hereditate paterna expedit
regno nec inerudite re-
gnatum, et nec regale regi-
men quantum in tirannidem
ut regia dignitas per heredi-
tatem transferatur ad posteros.
Tertia via sumitur ex parte
populi qui debet per talem
regem gubernari. Nam consue-
tudo est quasi altera natura. propter
quod regimina ex consuetudine
quasi naturalia efficiuntur. populus igitur
si per diuturnam consuetudi-
nem obediat patribus filiis et
filiorum filiis quasi naturaliter incli-
nantur ut voluntarie obe-
diat. Cum autem omne volunta-
rium sit minus honerosum et
difficile ut libentius et fa-
cilius obediat populus manda-
tis regis, expedit regie di-
gnitati per hereditatem succe-
dere. Determinare igitur domini-
um et prosapiam ex qua assu-
mendus est rex sedat litigia
tollit tirannidem efficit quasi
dominium naturale. litigia enim
sedat quia multociens inter
eligentes dissensiones super elec-
tionem principis oriuntur, propter
quod turbatur pax regni. et ti-
rannidem tollit quia dominantes
per electionem ut patet per pre-
dicta non sic diligunt bonum
regni sicut hereditarie princi-
pantes quod hoc est tirannum

esse non intendere bonum regni.
Tales faciliter tirannisant.
Facit etiam hoc dominium naturale
quia populus quasi naturaliter inclinatur
ut obediat iussionibus talis
regis. ex hoc autem patet
quod non solum expedit regno
determinare prosapiam ex qua
preficiendus est dominus sed etiam
oportet determinare personam. Nam
sic oriuntur dissensiones et
lites si ignoratur ex qua
prosapia assumendus sit
rex sic etiam litigia oriuntur
si non determinetur que persona
in illa prouincia et prosapia
debeat principari. tale quod de-
terminare personam difficultatem
non habet. Nam si dignitas regia
per hereditatem transferatur ad po-
steros oportet eam transferre in fi-
lios quia secundum lineam consangui-
neitatis filii parentibus ma-
xime sunt coniuncti. oportet autem talem
dignitatem magis transferri ad
masculos quam ad feminas quia
masculus est femina ratione
prestantior, corde animosior,
passionibus minus insistit.
Inter masculos autem oportet talem
dignitatem tribuere magis
primo genito quam aliis quia
ut ait philosophus VIII Pol. decet
iuniores senioribus obedire.
Immo quia prius cum plures

Primogenitos diligunt ut ma-
gis sit cure regi de bono re-
gni / expedit statuere regnum
succedere primogenito ut pre
amplior sollicitudine curet
de bono regni / sicut ipum
perveniens plus dilectio uti
ditatur / quod contingat aliquando
magis diligere iuniores
talibus obiectionibus de facili
respondetur / quod facta hu-
mana per gesta particula-
ria omnino sub certa regula
et sub certa narratione non
cadunt / sufficit quod in tali-
bus probabiliter persuadere et le-
gem statuere que in pluribus
contineat veritatem / quod vos superius
tangebamus / videlicet ire per he-
reditatem dignitatem regiam est
exponere se fortune sorti
et casui / eo quod ignoretur
qualis regis filius sit fu-
turus dici debet quod licet
aliqua gesta humana quod
et aliqua parte non expo-
nantur periculis / illa tamen sunt
magis cavenda que pluri-
bus periculis exponuntur vi-
demus autem per experientiam
plura mala oriri in
civitatibus et regnis ubi
non est dominus aliquis naturalis
sed contingit ea aliquo-
dium tamquam gubernatore et cum
gubernatore fluit ut plurimum
tirannisant / plura enim
fere dici mala in talibus
regiminibus videmus que enumerare
per singula longum esset /
Dicere ergo possumus quod expe-
dit regno filium succedere
in regimine patris / et si aliqui
defectus essent in regio fi-
lio / ad quem debet regia
cura pervenire / suppleri
possunt per sapientes et bonos
quos tamquam manus et oculos
debet sibi rex in societate coniun-
gere. Valde reprehensibiles
sunt reges et principes
si non / nimia cura solli-
citent quod filii ab ipsa infan-
cia disciplina et bonis
moribus sint imbuti / cum bo-
num gentis et totius regni
in hoc consistat. Nec sufficit
quod est solus primogenitus re-
gnaturus debet ut de eo sola
cura diligens habeatur /
Ignorat enim quod divina pro-
videncia statuit et ne-
scitur cui filiorum succedat
regnum. Ideo ne periclitetur
bonum gentis de omnibus cura
diligens est habenda

[illegible]

VI

Philosophus quinto politicorum narrat tria in quibus Rex debet alios excedere. dicit enim quod antiquitus Reges a triplici excessu statuebantur. primo ab excessu beneficij. Nam quia populus non sustinet nisi per consilia bonos quos videt esse liberales et beneficos, nimis ardenter mouetur in cordium amore et optat eos habere in dominos. inde est quod antiquitus principes se preficiebant in reges. Nam si aliquis fuerat populo beneficus gens illa tracta ad amorem eius preficiebat in regem ipsum. Secundo preficiebant aliquem in regem ab excessu virtuosarum actionum. Nam quia bonorum et virtuosorum est diligere bona communia potius quam priuata, ideo reputabatur dignus ut preficeretur in regem qui a populo reddebatur virtuosus. Tercio consueuit aliquis preficere in regem ab excessu potencie et dignitatis. Nam quia probabile est nobiles et potentes magis vereri operari turpia quam alios, secundum quod tales ut plurimum vel sunt vel creduntur esse magis apti ad principandum, ideo plures per hunc modum antiquitus aliquem regem prefecerunt. Si ergo ex talibus excessibus Rex generatur et preficitur

Si recta sit gubernacio eius oportet huiusmodi excessus per amplius et perfectius reperiri in rege iam dignitate regia constituta. Sicut enim videmus in gubernacionibus naturalium quod si generatur ignis per rarefactionem et caliditatem, quia materia tunc ignitur cum calescit et rarefit, oportet raritatem et calorem perfectius reperiri in igne iam generato et in esse constituto. Quare si excessus beneficij actionis virtuose et etiam potencie fecit causam ut rite aliquis constituatur in regem, decens est illos excessus in ipsa monarchia perfectius reperiri. Decet enim ipsum regem volentem recte regere quantum ad presens spectat ad tria solicitari. primo ut ametur a populo. Secundo ut cura peruigili procuret commune bonum. Tercio ut castiget et puniat mouentes sediciones et turbatores populi. Hec autem expedit regem propter tres excessus habere. Nam si habundat in beneficijs tribuendis diligetur a populo. Si excellat in actionibus virtuosis procurabit commune bonum, quia si virtutis est tendere in magis bonum, cum sit magis tendere in magis bonum, bonum ergo gentis et commune quod est diuinius quam aliquod bonum singulare magis procurabit vir bonus et virtuosus quam bonum aliquod singulare et priuatum. Tercio

Expedit enim habundare in civili potentia ut possit corrigere volentes insurgere et turbare regni pacem. Ipse ergo in omnibus rex debet alios excedere.

Restat ostendere quomodo differat a tiranno. Tangit autem Philosophus quinto Politicorum tres differentias inter tirannum et inter regem. Prima est, quia rex respicit bonum commune, tirannus vero bonum proprium. Nam regnum est principatus rectus, tirannides vero est dominium perversum. Cum ergo bonum commune sit divinius bono unius, perverse dominatur qui spreto bono communi intendit bonum proprium.

Ex hac autem differentia prima sequitur secunda, videlicet quod tirannus intendit bonum delectabile, rex vero bonum honorificum. Nam sicut inenarrabile est quanto quis delectatur in bono proprio, sic est inenarrabile quantus honor consistit et quanto est honore dignum intendere bonum commune. Cum ergo tirannus intendit bonum proprium et privatum, sequitur quod eius intencio versatur circa bonum delectabile. Sed intencio regis versatur circa bonum honorificum, eo quod ipse intendit commune bonum. Ex hac autem secunda differentia sequitur tercia, videlicet quod intencio tirannica est circa pecunias. Tirannus enim quod spreto bono communi non curat nisi de delectacionibus propriis, maxime versatur sua intencio circa pecunias, credens se per eam huiusmodi posse delectabilia optinere. Sed regis intencio versatur circa virtutem ut cives sint virtuosi, quia ex hoc maxime resultat bonum honorificum et commune. Ex hac autem differentia tercia sequitur quarta, videlicet quod tirannus non curat custodiri a civibus sed ab extraneis. Rex vero vult custodiri a civibus et a gentibus in proprio regno. Nam tirannus eo quod spreto communi bono non curat nisi de delectacionibus propriis, videns se esse onerosum et odiosum habitantibus in regno, ideo totam suam custodiam corporis committit extraneis. Sed rex econtrario eo quod videat se maximam curam habere de bono regni et communi, maxime confidit de hiis qui sunt in regno. Ideo se facit custodiri a propriis et non ab extraneis.

Quod tirannides est pessimus principatus et quod summe debent reges et principes cavere ne eorum dominium in tirannidem convertatur

C IX

Quadruplici via venari possumus tirannidem esse pessimum principatum. Prima sumitur ex eo quod talis dominus maxime recedit ab intencione communis boni. Secunda ex eo quod est maxime innaturalis. Tercia ex eo quod est maxime efficacissimum ad nocendum. Quarta ex eo quod impedit maxime bonorum civium. Prima via sic patet. quia si dicatur rex non recedit ab intencione communis boni eo quod rex non est nisi sit virtuosus et nisi intendat commune bonum. Unde tercio politicorum dicitur quod principans rex est quod vertitur principatum in multos. vel quod id est quod principans multitudinis, eo quod in tali principatu intendatur bonum multorum. sic etiam si dominantur plures quia divites vel quia ex divitiis superiores vel si mediocres tota populus datur quod sic dominantes non intendunt nisi bonum privatum non omnino recederet ab intencione communis boni eo quod plures conveniunt sic principantes. Omne autem bonum plurium est quodammodo bonum commune. Sed si tirannus quodammodo ducit tamen unus sit dominans et non intendat nisi bonum privatum omnino recedit ab intencione communis boni. Principatus quod quia non est recte nisi sit quodammodo divinum. et quia in eo principatus debet intendi bonum commune quod est divinius quam singulare. tanto tirannides et principatus peior quanto in eo plus recedit ab intencione communis boni. Hanc autem racionem tangit philosophus octavo ethicorum principium quarti politicorum ubi ait quod sicut regnum est optima et dignissima policia. Sic tirannides est pessima. tanquam ea est pessima. ut ibi dicitur. quia tirannides plurimum distat a policia et a communi bono. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo quod talis dominium maxime est innaturale. Nam illa res est naturalis operacio etiam actio quando sic agitur ut est aptum natum agi. Sic tunc regimen naturale dicitur quando homines in ipso existentes sic reguntur ut sunt apti nati regi. Quod autem quia libero arbitrio et racione participant tunc nati regi. ut apti nati sunt regi. quando voluntarie serviunt et libere obediunt. Sic quanto dominium aliquorum est magis involuntarium magis dicitur dici innaturale. tirannides igitur pessima est. quia est maxime involuntaria. et maxime contra naturam. eo quod maxime subditorum est afflictiva. Hanc autem racionem tangit philosophus in eodem quarto politicorum ubi ait tirannidem esse pessimum principatum quia nullus liberorum voluntarie sustinet principatum talem. Tercia via sumitur ex eo quod

Talis principatus est efficacissimus ad nocendum. Nam sicut principatus regis eo quod sit maxime unitus est efficacissimus ad proficiendum, sic tyrannides est efficacissima ad nocendum. Monarchia enim quia ibi dominatur unus et est ibi virtus unita, ideo vel est optima vel est pessima. Nam si monarchia habet intentionem rectam tunc est Rex et optimus principatus, quia propter virtutem unitam potest multa bona efficere. Si vero monarchia habeat perversam intentionem tunc est tyrannus et est pessimus, quia propter suam unitam potentiam potest multa mala efficere. Hanc autem rationem tangit Philosophus quinto Politicorum ubi ait tyrannidem esse oligarchiam extremam, id est pessimam, quia est maxime nociva subditis. Secunda via sumitur ex eo quod per tale dominium impediuntur maxima bona ipsorum civium. Tyrannus enim non solum procurat mala eorum qui sunt in regno sed etiam satagit impedire eorum maxima bona. Tangit autem Philosophus quinto Politicorum tria maxima bona quae satagit impedire tyrannus, videlicet pacem, virtutes et scientias. Tyranni volunt habere cives pacem et concordiam ad invicem. Rursus volunt eos esse magnanimos et virtuosos nec etiam volunt ipsos esse sapientes et disciplinatos. Quia autem tyranni predicta bona impediunt in civibus, iusta dicere. Sufficiat autem ad presens scire tyrannidem esse pessimum principatum propter rationes tactas. Reges autem et principes summopere cavere debent ne principentur principatu tyrannico. Videre non est difficile. Nam tanto peiores principes quanto peiori dominio principantur, quare si omnimodam diligentiam adhibere debeat Rex ne sit pessimus, summe cavere debet ne dominetur per tyrannidem, quae est pessimus principatus.

Quod est officium regis in tyrannidem et qualem se Rex habere debeat in regimine civitatis et regni. VIII

Si rex aut princeps gentem sibi commissam vult debite gubernare et scire desiderat quod sit eius officium, diligenter considerare debet in naturalibus rebus. Nam si natura tota administratur per primum deum, qui est princeps summus et Rex regum a quo rectissime regitur tota universa natura, quare a regimine quod videmus in naturalibus derivari debet regimen quod est tradendum in

Arte de regimine principum est cum ars imitatrix naturae in naturalibus. Cum videmus quod natura dat primo rebus ea per quae perveniunt ad finem suum. Secundo dat eis ea per quae possunt prohibentia removere. Tertio res ipsae per huiusmodi collocata naturaliter tendunt in suos terminos sive in suos fines, ut natura dat igni levitatem per quam potest tendere sursum. Secundo dat ei calorem per quem agit et resistit contrariis. Tertio [illegible] ignis per ea quae recepit a natura naturaliter tendit sursum. Quare ad hoc quod regimen sit bonum et naturale tria requiruntur. Primo ut populus taliter disponatur et ordinetur ut possit consequi finem intentum. Secundo ut removeantur prohibentia et deviancia ab huiusmodi fine. Tertia ut dirigatur et promoveatur in finem praedictum, sicut enim videmus in sagitta dirigenda in signum aliquod quod primo efficitur recta ut possit melius aerem scindere et tendere in ipsum signum. Secundo efficiatur pennata ut melius aerem scindat. Tertio a sagittante sagittatur et dirigitur in signum intentum. Rex igitur et quilibet director populi est quasi sagittator quidam, populus vero est sagitta quaedam dirigenda in finem et in bonum ~~quae spectat~~. Tria igitur spectant ad regis officium ~~regis~~, quia primo sollicitari debet ut cives sibi commissa habeant ea per quae possint consequi finem intentum. Secundo prohibentia debet removere. Tertio gentem ipsam in finem dirigere. Ea vero quae deserviunt ut possint consequi finem intentum et bene vivere sunt tria, videlicet virtutes, scientia et bona exteriora. Debet igitur rex sollicitari ut in suo regno vigeat studium litterarum et ut ibi sint multi sapientes et industres. Nam ubi viget sapientia et fons sapientiarum oportet quod inde totus populus aliquam eruditionem accipiat. Ne ergo existentes in regno sint tenebris ignorantiae involuti, spectat ad reges et principes valde esse sollicitos de studio litterarum, immo ut infra patebit si dominator regni non promoveat studium et non velit sibi subiectos esse scientes, non est rex sed tyrannus. Secundo ad consequendum finem intentum deserviunt boni mores, habitus et virtutes; non enim sufficit cognoscere et habere illuminatum intellectum nisi quis sit virtuosus et habeat ordinatum

Appetitu ut velut qsti fine
illum. Spectat igr ad rec
torem regi ordinare suos
subditos ad virtutes Secundo
ad cognoscendum finem
q intendi in vita poli
tica organice res deser
vunt exteriores decz reges
et principes sic regere civitates
et regna ut sibi invicem
cibu dent rebz exterioribz
habundent prout deserviunt
ad bn vivere et ad qsequend
fine intentu in vita po
litica hoc aut quo fieri
possit et quo ordinanda
sit civitas ut in ea repiri
valeat q deserviunt ad
sufficiencia vite licz pro
secuncia sit aliq lr ma
nifestu tn claius infra di
cetur Terio quid spectat
ad Reges et principes sive
ad officiu regis sollicitari
circa ea per q possit psls
qsequi fine intentum
Restat ostendere quo spectat ad
reges et principes huiusmodi
prohibencia removere q
etia tria sunt quorum
unu q sumit originem
ex na aliud vo ex puisit
tione Tercium vo ex ma
livolencia hostiu Primi
sic pz Na homines in seipsis
sunt nalr corruptibiles
unde e ergo q quia i seipsis
durare no pnt nalr affectu
affectant in suis filiis ut sive
sit nalrs sive ad optimu vi
detur enim ho qsi p9 morte
hoi vivere q eo decedente
in suam institucoz alius
in hereditate succedat Val
de ergo turbat pr tranquilla
statu et pax civitatis et fine
intentu in vita politica si
reges et principes no solicitare
tur q tales pociores succedant
in hereditatem eorum Remo
vere ergo primu maxime pro
hibitivum bona vita poli
ticam e bn ordinare quo
hereditates decedencium pue
nire ad posteros Nec status
tranquillus civitatis et regni a
liqn impedit ex puisitate a
ium sunt enim adeo aliq per
versi ut semp velint alios
molestare sollicitari igr debet
Reges et principes ne impedi
atur pax regni ut exter
minent malefica et corri
gantur delinquentes Tercium
huiusmodi impedimentu sumit
origine ex malicia hostiu
qsi enim nichil esset virtute
interiora dystrinna impe p
hibentur exteriora pericula
~~per qsma~~ Spectat igr ad
regis officium sic sollicitari
civile potencia et etia mu
nitionis armorum et armatorum
ut possit hostium rabiem pro
hibere quo aut hoc fieri debeat

In tercia parte huius tercii libri ubi agitur de bellis plenius ostendetur. Ostenso quomodo reges et principes solicitari debent ut per ea que sibi commissa sunt habeant per que possunt finem consequi, et quomodo debeant prohibencia removere. Restat ostendere quomodo eos debeant dirigere in finem. Hec etiam sunt tria. Primo omissa supplenda sunt ut si viderint aliquid deesse ad bonum regni civitatis illud est supplendum. Hoc autem fit per consilium sapientum de quo infra dicetur. Secundo bone ordinaciones et bona instituta sunt observanda. Tercio bene operantes et maxime facientes ea per que reipublicat quasi bonum, sunt remunerandi et premiandi. Ista licet omissa supplere et bene ordinata observare multum deserviat ut populus recte dirigatur in finem, maxime tamen deservire videtur bene acta remunerare. Nam ut dicitur 3o Ethicorum tales de forti ne apud illos homines sunt fortissimi apud quos fortes maxime honorantur, ita apud illos sunt sapientes et boni, apud quos tales remunerantur et honorantur, solicitari ergo circa predicta ista nove ad Regis officium pertinere videtur.

Quot sunt illa que debet operari verus rex que simulant se facere tirannum. Ca.

Narrare autem possumus decem que debet operari verus Rex et que tirannus se facere simulat. Illa tamen decem licet aliquo modo universaliter contineant in prehabitis, tamen quia ut pluribus dicitur moralia negocia universaliter sermones minus proficiunt, ideo bene se habet illa decem narrare per singula. Est autem primum quod spectat ad verum regem facere ut procuret communia bona et regni redditus studeat expendere in bona communia, vel in bonum regni. Tiranni vero hec simulant se facere non tamen faciunt, sed ut autem plures eos tribuunt meretricibus et adulatoribus et aliis personis inutilibus. Secundum spectat ad rectorem regni non solum redditus obvenciones et ablaciones ordinare in bonum commune et bonum commune regni, sed etiam bona communia et regni debet maxime custodire et observare, quod tyranni licet se facere simulant non tamen faciunt, immo bona aliorum rapiunt et intra regni non observant. Tercio decet regem et principem

Non ostendere se nimis terribi-
lem et severum nec debet se
nimis familiarem exhibere
sed apparere debet rebus personam
gravem et reverendam, quod con-
grue sine virtute fieri non
potest. Ideo verus rex est virtuo-
sus existit. Tirannus autem non
est, sed se esse simulat. Quarto
narrato spectat ad regem nullum
subditorum contempnere, nullum
iniuriari nec in filiabus
nec in uxoribus, nec in per-
sonis nec in aliquibus aliis.
Sed si contingeret aliquem in
regimine forefacere non propter con-
tumeliam vel propter aliquam
libidinosam voluntatem exple-
dam, sed propter bonum commune et
iusticie ipsum punire debet.
Hoc autem tiranni non faciunt
sed quia ipsi intendunt bonum
pecuniosum et delectabile
iniuriantur civibus in uxori-
bus et filiabus et rapiunt eorum
bona. Quinto decet reges
et principes non solum habere
familiares et diligere nobi-
les et barones et alios per
quos bonus status regni con-
servatur, sed etiam ut ait
philosophus tertio politicorum inducere
debent uxores proprias ut sint
familiares et benivole
uxoribus predictorum. Nam mulie-
res valde inclinant viros
ad voluntates proprias, eo quod

valde inclinatur ut volun-
tates delicias contestare. Quia
si uxores nobilium et aliorum
per quos bonus status regni
conservatur habent videntur se
contempni ab uxoribus princi-
pis et regis, inducerent
viros ut sediciones in regno
aut principatu moverent.
Sic ergo se gerere debet bonus
rector regni aut civitatis.
Tirannus autem non sic se habet
sed corde elatus alios con-
tempnit, propter quod nec ipse
nec persone sibi coniuncte aliis
sunt benivole. Ea igitur
que habet verus rex licet simula-
te videatur illa habere tira-
nus inquantum huiusmodi, tamen
secundum veritatem caret illis.
Sexto decet verum regem
esse moderatum in cibis et ve-
nereis ne illi sibi subditis
habeant in contemptu. Nam
ut dicitur quinto politicorum non con-
tempnitur qui sobrius est sed
qui ebrius. Tiranni autem hoc
non faciunt. Nam cum intendunt non
dant nisi commodum proprium
ut bonum pecuniosum et delec-
tabile, quia maxima delec-
tacio sensibilis est in cibis
et venereis, tiranni absque
racione freno fruuntur vo-
luptatibus illis, immo quod peius
est ut narrat philosophus quinto poli

Multi tirannorum non solum temperati non sunt sed volunt videri temperati esse, estimant autem reputari ab hominibus felices si singulis diebus appareant esse in comestacionibus et ebrietatibus et in deliciis affluentibus. Non tamen sic se habere debent, dato enim quod temperanciam non curent ne contempnentur a populis non debent suam intemperanciam ostendere, laudatur enim sobrietas et temperancia, vituperatur autem avaricia egulositas. Septimo decet verum regem ornare et munire civitates et castra existencia in regno ut appareat magis esse procurator communis boni quam tirannus convenientem utilitatem propriam. Octavo decet verum regem ut ait philosophus sapientes et bonos eciam existentes adeo honorare ut putent non se honoratos esse a civibus propriis si inter ipsos existent quod tiranni non faciunt. Nam sapientes et bonos ut infra probabit non honorant sed ~~puniunt~~ puniunt. Nono decet verum regem per usurpacionem et iniusticiam non dilatare suum regimen sine dominium. Nam ut dicitur quinto pol. durabilius est regere super paucos quam super multos per magis verum est si huiusmodi multitudo civilis potencie acquisita sit per usurpacionem et iniusticiam. Recitat autem philosophus quinto pol. quod cum quidam rex partem sui regni dimisisset quia forte eam iniuste tenebat increpatus tamen fuit ab uxore dicente quod verecundari debet quia minus regnum dimitteret filiis quam accepisset a patre. Respondit rex ille quod si dimittebat minus eis regnum in quantitate dimittebat tamen maius et diuturnius tempore. Tiranni autem hoc non faciunt. Nam licet semper se simulent iuste agere tamen in multis suum dominium iniuste ampliant et aliorum hereditates sine racione usurpant. Decimo et ultimo decet verum regem bene se habere circa divina. Populus enim ut recitat philosophus odio est subiectus regi quem credit esse deicolam et habere reverenciam deum. Estimat enim talem semper iuste agere et nihil iniquum exercere. Possumus tamen nos adhuc et aliam meliorem racionem adducere dicentes quod si rex habeat amicum deum divina providencia cui omnia sunt nota et cuius potencia cui nihil potest resistere corrigetur enim ut expedit sue saluti semper in suis actibus prosperabitur immo propter severitatem regis

Multorum decet multa bona conferre
existentibus in ipso regno. Ulti-
mo autem diximus quod decet
maiestatem regiam bene se
habere circa divina, et hoc debet
esse finis et complementum
aliorum; ad hoc enim sunt singu-
la ordinanda. Verus er-
go rex secundum veritatem bene
se habet circa divina; tyran-
ni vero non tales sunt, sed si-
mulant forte se tales esse.

**Que et quot sunt caute-
le quibus tirannus
innititur se in suo do-
minio preservare. Capitulum**

Multas cautelas tan-
git philosophus quinto pol-
liticorum quibus quantum ad
presens spectat possu-
mus enumerare decem per quas
nititur tirannus se in suo do-
minio preservare. Prima
cautela tirannica est ex-
cellentes perimere. Cum enim
tirannus non diligat nisi
bonum proprium, excellentes et
nobiles existentes in regno
non valentes hoc pati in-
surgunt contra ipsum. Tirannus
autem ex quo talem se cogno-
scit non cogitat nisi quo-
modo possit excellentes peri-
mere; immo cum aliquis tiran-
nizare cupit, non solum
excellentes alios, immo

etiam proprios fratres et nimia
sibi consanguinitate coniunctos ve-
nerantur et perimunt, quod est signum
tirannidis pessime. Ve-
rus autem rex intendens
commune bonum et co-
gnoscens se diligi ab ipsis
qui sunt in regno excellentes
et nobiles, et multo magis
cognatos proprios, per quos
bonus status regiminis conserv-
ari potest, non perimit sed sal-
vat. Secunda cautela ti-
rannica est sapientes destru-
ere. Vident enim se contra
dictamen recte rationis agere
et non intendere bonum commune
sed proprium; ideo vellent omnes
suos subditos esse ignoran-
tes et subditos inscios,
et ne cognoscentes eorum
nequitias incitent populum
contra ipsos. Scriptum est enim: qui male
agit odit lucem et non
diligit sapientes ne argu-
untur opera eius. Sic ti-
rannus cum sua mala sint opera
sapientes pro posse destruit.
Verus autem rex econtrario sentiens
se secundum rectam rationem agere
salvat sapientes, promo-
vet et honorat, eo quod ipsi
cognoscentes bona opera ipsius
populum commovent ad amorem
illius. Tertia est disci-
plinam et studium non permittere

Tirrannus enim cum sit huius
modi est non solum sapientes
destruit sed etiam/ scrutatur via
et inhibet disciplinam et stu
dium ne efficiantur aliqui sapi
entes Semper enim timent per
sapienciam reprehendi. Verus
autem Rex econtrario studium pro
movet et conservat/ videns
quod per ipsum bonum commune et bo
nus status regni quem principaliter
intendit meliorari habet

Tercia est nullas sodalita
tes nec etiam aliquas con
gregationes permittere. Volt
enim tirrannus cives et eos qui
sunt in regno non esse soda
les nec esse sibi invicem
notos. Nam ut ait philosophus
Notitia fidem facit/ eo enim
ipso quod quis habet noticia
am alterius confidit de illo
Rex autem tirrannus non di
ligit. timet quidem ne cives
de se confidentes propter iniuri
as quas eis infert contra
ipsum insurgant. Verus autem
Rex econtrario permittit sodali
tates civium/ et volt cives
sibi invicem esse notos et de
se ipsis confidere Nam cum inten
dat bonum ipsorum civium et
subditorum naturale est ut diligatur
ab eis/ et sic volt eos esse con
fidentes et coniunctos quia tunc
magis/ unanimiter dili
gunt bonum regis/ omnino
enim esset perversus.

Populus si cognosceret se ha
bere verum regem et diligere
commune bonum/ si econverso non
diligeret verum regem. Quarta
cautela tirrannica est habere
multos exploratores et contem
plari/ et non latere ipsum quid
quid a civibus agitur/ Cum
enim tirranni sciant se non
diligi a populo/ eo quod in
multis offendant ipsum/ vo
lunt habere exploratores
multos ut si viderent a
liquod ex populo machin
ari contra ipsos possint obviare
illis/ immo eo ipso quod cives
credunt tirrannum habere
exploratores multos non
audent congregari ut ma
chinentur aliquid contra
eum Nam et si inter
eos congregatos nullus
explorator existeret/ et se
per tamen timent explora
tores esse/ huiusmodi autem
exploratores verus rex ha
bere non curat ad cives
et ad eos qui sunt in re
gno sed ad hostes et ad
extraneos Verum autem
deceat regem habere ex
ploratores in regno propter
aliam causam quam ne po
pulus insurgat in ipsum
infra dicetur/ Ad pre[illegible]

aut scire sufficit quod non sic
eget rex exploratoribus ut
tirannus Sexta caute-
la tirannica est non so-
lum non permittere so-
dalitates et amicicias sed
etiam amicicias et soda-
litates iam factas turba-
re et perturbare volunt enim
tiranni turbare amicos cum
amicis populum cum insi-
gnibus insignes ad se ipsos
Vident quod quamdiu cives
discordant a civibus et di-
vites a divitibus tam diu
non possunt eque de facili eius
potencie resisti Nam cum
quelibet parcium timet alte-
ram neutra insurgit contra
tirannum Verus autem Rex
e converso non perturbacionem pro-
curat exicium in regno sed
pacem et concordiam aliter
enim non quereret verus quia
non intenderet commune bonum
Septima est pauperes facere
subditos adeo ut ipse tira-
nus nulla custodia egeat
volunt enim tiranni subdi-
tos in tantum esse pauperes
ut sic occupentur circa cot-
tidiana quibus indigent
et non vacent eis aliquid
machinari contra ipsos nec oport-
eat eos habere aliquam custodiam
propter illos Verus autem Rex

Quia intendit bonum subdi-
torum non affligit nec de-
pauperat ipsos sed magis
procurat eorum bona
Octava est procurare bel-
la mittere bellatores ad
partes extraneas et semper
facere bellare eos qui sunt
in regno ut continue circa
semper bellorum onera
intenti non vacent eis ma-
chinari aliquid contra tirannum
Verus autem Rex non inten-
dit affligere subditos susti-
tendo et procurando bella
eo quod intendit bonum regni
non vult ergo eos qui sunt in
regno sumere arma nisi
pro defensione regni vel
pro aliquo iusto bello No-
na est custodiam corporis
eligere non per eos qui
sunt eo quod diffidat de illis
sed per extraneos Verus autem
rex e converso Decima caute-
la tirannica est quod quoniam pro-
curavit divisiones et partes
in regno cum una parte a-
fflige aliam ut clavum cla-
vo retundit Rex autem e conver-
so non procurat divisiones et
partes in regno sed si ibi exi-
stunt eas ammonere desiderat

Quot sunt illa ad que redu-
cuntur cautele tirannice et quod
reges cavere debent ne effici-
antur tiranni quia opera regia
sunt optima tirannica vero sunt pessima

P I

Omnes cautelas tirannicas quas in precedenti capitulo enumerauimus philosophus reducit ad quatuor. Tirannus enim quatuor intendit: primo ut subditi sint insipientes / secundo ut sint pusillanimes / tertio ut de se inuicem non confidant / Quarto ut sint adeo depauperati / et afflicti ut contra eos non possint insurgere. Ad hec autem quatuor omnia predicta reducuntur. Nam quilibet ad partes spectat ad hoc quod aliquis inuadit uel machinetur aliquid contra tirannum ex aliquo predictorum quatuor uidetur procedere / Primo enim hoc potest accidere ex magnanimitate ut contra insurgentes sunt tanti cordis ut uel reputentur magnanimi / secundo ex industria et sagacitate ut quia credit se tot posse adinuenire uias et versutias ut valeat tirannum perimere / tertio potest hoc contingere ex potentia ut si insurgens confidit de aliis ciuibus et credit se iuuari ab eis propter quorum potentiam tirannum inuadit / Quarto hoc potest accidere ex nimio ocio ut si ciues nimis sint opulenti et uacent nimio ocio / quia mens humana nescit ociosa esse cum non occupantur circa cottidianas indigencias / excogitat sediciones quomodo posset [illegible] et insurgere contra rectores ciuitatis.

Contra ergo hec quatuor / procurat tirannus perimere excellentes ut sui subditi sint magnanimi et destruere sapientes et impedire scolas et studium ut existentes in regno sint ignorantes et insipientes / non permittere sodalitates turbare ciues inter se / ut de se inuicem non confidant / de paupertate ciuium eos occupare ipsos in bello et in aliis exerciciis / Et non uacent ocio / Hec ergo sunt cautele tirannice. Verumtamen quia forte nunquam est omnino tirannus / quia malum se ipsum destruit / et si integrum sit importabile sit ut dicitur quarto Ethicorum / et forte vix aliquis inuenitur repertus quin sit omnino rex / quin in aliquo tirannisauerit / esset enim quasi semideus si nihil de tirannide participet. Inde est ergo quod dominantes aliquid participant de cautelis regis et aliquid de versuciis tirannorum / et tanto est melius dominium quanto plus accedit ad regimen et est longius a tiranno / Volumus quidem utriusque opera enarrare et utriusque cautelas describere. Nam opposita iuxta se posita magis elucescunt / Magis enim apparet opera regia de opera

Ostendendo tirannicam esse pes-
sima. Ex hiis autem mani-
feste patet tirannidem maxime
esse fugiendam a regibus
quia pessimum de se est ma-
xime fugiendum et opti-
mum maxime prosequendum.

Quod detestabile est regiam
maiestatem declinare
ad tirannidem quia quicquid
corruptionis est in aliis
perversis principatibus
totum in tirannidem
congregatur. P II

Adeo sensus homi-
sunt ad malum
proni ut sit valde
utile in via more
Multis rationibus ostendere et multis
rationibus probare malum
vitandum esse de se quod vi-
le et fugiendum ut quem
una via non inclinat ut
malum vitet alia indu-
cat ipsum ad fugiendum ma-
lum. Postquam ergo ostendimus
tirannidem maxime fugien-
dam esse a regibus eo quod omnis
tirannis sit pessima probare
volumus regem summa dili-
gentia cavere debere ne
convertantur in tirannos quia
quicquid corruptionis et ini-
quitatis est in aliis perver-
sis principatibus totum in

tirannidem congregatur. Sicut
enim ut patet ex prehabi-
tis principatuum bonorum et per-
versorum dicebamus enim
quod si dominatur unus propter commune
bonum est principatus rectus et
vocatur regnum. Si vero propter
bonum proprium est perversus
et nominatur tirannides. Si
vero principarentur pauci et do-
minarentur propter bonum et virtuo-
si et rectus principatus vocatur
aristocracia quasi principatus
bonorum. Si vero dominentur
non propter bonum sed propter divitias
est perversus et vocatur oligar-
chia. Sed cum dominatur totus
populus si intendat bonum
omnium quod tamen contingit
quam raro aliorum est princi-
patus rectus et vocatur regimen
populi. Si vero plus tiran-
nizet et intendat oppri-
mere divites est principatus
corruptus et vocatur demo-
cratia quod idem est quod perversio et
corruptio politie. Tiranni-
des ergo corruptus principatus
divitum et iniquum dominium
populi sunt regimina perversa.
Tirannides tamen est peior p-
rincipatus quia ut probat
philosophus sexto politicorum quia quicquid
perversitatis est in iniquo prin-
cipatu divitum et in perverso
dominio populi totum co-

gregantur in tirrandem
quod sic patet Nam diuites
si inique dominari cupiant
quantum ad presens spectat tria
intendunt videlicet pecuniam
corporales delicias et custo-
diam corporis Intendunt
enim pecuniam quia quilibet
principans intendit augmen-
tum illius quod ipse principari
videtur Ergo aliquis prin-
cipans quia bonus et vir-
tuosus semper intendit ad
opera magis bona et ad virtutes
ut efficiat meliores et vir-
tuosiores sed si principatur quod diues
ut magis principari possit
intendit augmentum diuici-
arum et congregacionem pecunie
Secundo si diuites inique
dominantur non principantur quia
boni sed quod diuites tota con-
tencio eorum circa pecuniam
congregandam Rursus diui-
tes inique principantes inten-
dunt delicias corporales et
sic voluptates sensuales
Nam si quis vult aliquid et
vult eadem multo magis
ad quod id ordinatum ut si quis
vellet potacionem multo magis
vellet sanitatem ad quam po-
tio ordinatur Cum homines
cupiunt et maxime diuites vo-
luntate prauam ordinant
pecunias et diuicias ad
delectamenta corporea et ad
voluptates sensuales

sequitur quod Diuites inique
dominantes et intendentes non quod
boni sed pecuniam volunt
intendere et corporales volup-
tates Tercio diuites sic
principantes maxime sollicita-
tur circa custodiam corporis
Nam nullus pro certo quantum bono
intendat ad pecuniam et ad
voluptates corporales multi-
multos offendat populum
Nam ut talis pecuniam ha-
beat depredatur ciues ut vero
voluptatibus fruatur for-
facit et infert contumeliam
ciuibus quantum ad uxores et
filias Videt ergo se esse odi-
osum populo immo non credit
se multis ... sed semper dubi-
tat de furia populi maxime
sollicitatur circa sui custodiam
corporis Omnia autem huius-
modi mala scripta in pra-
uo principatu diuitum congre-
gantur in tirrandem
sed tirrannus ut supra dictum est
non intendit bonum honestum sed
pecuniam Rursus non inten-
dit bonum honorificum ut
dicebatur sed delectabile Tercio
tirrannus maxime solli-
citatur circa pecuniam custo-
diam corporis eo quod videat
se plurimos offendisse Legitur
enim de quodam tirranno quod
cum a fratre suo cottidie incre-
paretur quare sic tristis esset

Et quare nunquam hilarem vultum ostenderet. Tirannus ille volens causam ostendere, eum extollentem fecit et ligari, et super caput eius gladium acutissimum pendere tenuissimo filo apponi fecit, circa ipsum quosdam homines cum balistis sagittis appositis stare faciebat. Et cum sic eius timore horribili invaderetur, timens ab acuto gladio vulnerari et balistis perfodi, ait tirannus gaudere sic hilarem ostende vultum, ridente illo quod non posset propter imminentia pericula, inquit tirannus quod nec ipse gaudere poterat eo quod in maiori periculo existebat, quia in tot forte fecerat quod semper sibi de morte dubitabat. Valde ergo expedit regi ut non convertatur in tirannidem. Nam tirannus cum hic quando perdit vitam eternam, in hac temporali vita vix unam diem bonam habet, eo quod semper videat sibi pericula imminere. Item pecunias non tantas habent tiranni quantas veri reges, tum quia oportet eos multum expendere, suppeditare etiam cum quia veris regibus plus donatur ex amore quam tirannis proveniat ex predacione populi. Experti enim sumus tirannisantes plures vixisse in egestate quam alios reges regentes. Delectamenta etiam corporea non tot habent tiranni quot veri reges. Nam habere amicos et diligi a populo est maxime delectabile; non confidere de aliquo et credere se odiosum multis est maxime tristabile. Privatur ergo tirannus maxima delectatione, cum videat se esse populis odiosum. Ergo tirannidem cavendam esse, contra mala innumera principatus diximus congregari in ea. Restat videre eam esse cavendam eo quod etiam in ea primo congregantur mala perversi principatus populi, cum enim principatum populi recipere non intendit quemlibet conservare in suo statu, sed satagit opprimere nobiles et singulos. Hoc etiam tirannus facit, quia ut patet ex hiis ipse pro viribus nititur opprimere excellentes et primo divites et insignes. Summe ergo est cavenda tirannis a rege in qua tot mala congregantur.

Quod summe expedit regibus gubernare populum et caveant ne tirannisent quia multis de causis contingit subditos insidiari tirannis

VIIII

Quoniam hunc librum
exposituri sumus ad
eruditionem regum
et principum ut recte
et debite gubernent populum sibi
commissum, cum deviare a recto
regimine sit tirannizare et in-
iuriari subditis et non inten-
dere commune bonum, licet pluribus
viis ostenderimus per (?) ta dicta
detestabile et periculosum regie
maiestati tirannizare et non
recte gubernare populum, nos tamen
adhuc novas vias addu-
cere ad ostendendum hoc idem. Vo-
lumus autem declarare in hoc
capitulo quot et quibus de causis
subditi insidiantur tirannis
et quare est valde periculosa tiran-
nica vita et deviatio a
recto regimine. Ideo reges
cura pervigili studere de-
bent, ne delinquentes recto
gubernaculo tirannizent. Nar-
rat autem philosophus quinto pol. sex
causas quare subditi tiran-
nis insidiantur. Prima est
propter timorem. Nam multi pu-
sillanimes existentes cum in-
imicos timent et non cre-
dunt se posse evadere quasi de-
sperati invadunt alios
et efficiuntur probi. Unde et pro-
verbialiter dicitur quod nimis fugatus
timidus vi compellitur audacter
ipsum agere. Sic et alia anima-
lia que communiter timent homines

et nisi credant se ledi ab
eo, raro aut nunquam invadent
ipsum. Bestie ergo ut plurimum
timore compulse insidiantur
homini et invadunt eum. Hoc
ergo modo multotiens subditi in-
sidiantur tiranno et preveniunt
ipsum timentes se offendi ab
eo. Secunda causa propter quam subdi-
ti tiranno insidiantur est in-
iuria quam passi sunt ab ipso.
Naturale est enim desiderare vin-
dictam, propter quod Homerus
dicebat iram dulciorem esse
melle, quia est appetitus pene
in vindictam. Quia ergo sic delec-
tabile est vindictas expetere,
multi insidiantur tiranno et
propter vehementem iram aliquando
invadunt ipsum volentes illa-
tas iniurias vindicare.
Tertio insidiantur aliqui tira-
no et aliquando preveniunt ipsum
quia ut plurimum tiranni fa-
ciunt propter que se contemptibi-
les reddunt. Nam quia non
querunt bonum commune sed de-
lectationes corporis ut plurimum
non sunt sobrii sed gulosi vel
non sunt casti sed dant operam
venereis. Et quia hec agentes
se contemptibiles reddunt et
de facili invaduntur. Exem-
plum huius ut recitat philosophus quinto
politicorum habemus in Sardana-
palo et Dionisio. Sardana-

Dyonisius enim propter hoc quia
bono / totum se dedit vene-
reis / quidam vero dum conte-
mpneret eum / eo quod vitam pe-
cudum elegisset / invasit et pe-
remit ipsum. Sic etiam / Dyoni-
sius tirannizans et curans
magis de gula / quam de bono
quia contempnebatur a subditis
eo quod quasi semper esset ebrius
quidam ergo nomine dion vi-
dens ipsum quasi semper esse ebrium
propter dehonestationem insurrexit in
ipsum. Quinto hoc fieri contingit
aut propter honorem aut propter
lucrum adipiscendum. Nam
cum honor et gloria inter
bona exteriora / sit bonum ma-
ximum / multi videntes tyran-
num non querere nisi honorem
et gloriam propriam / et non hono-
rare subditos / et non querere
bonum commune / volentes adipi-
sci honorem et gloriam que
consistunt in tyranno invadunt
eum et perimunt ipsum. Sic
etiam et multi reputant pe-
cuniam esse maximum bonum
videntes tyrannum non inten-
dere nisi ad lucrum proprium et
ad congregandam pecuniam in-
vadunt eum / ut accipiant the-
sauros suos. Unde dicitur quinto
politicorum quod quidam tyrannos
invadunt videntes lucra
magna et honores magnos
existentes in ipsis. Similiter fi-
unt insidie tyrannis ab
aliquibus non ut possideant
monarchiam / sed ut videantur
facere actiones aliquas singulares.
Volunt enim aliqui esse in ali-
quo nomine vel in aliqua
fama / ideo ut nominentur
faciunt aliquid mirabile
et aliquod singulare factum / et quia
insurgere contra tyrannum re-
putant populi valde stupendum
ideo contra ipsum insurgunt / sed
tales propter hanc causam fa-
cientes impetum in tyrannum
ut ait philosophus sunt paucissi-
mi. Supponunt ergo corpus
nil curare ut salvientur.
Sexto contingit aliquos insi-
diari tyrannie et perimere ipsos
ut liberent patriam ab op-
pressione eorum. Rex ergo de-
cavere fuit insidie contra tyran-
num / ne ergo fiant insidie contra
regem et maiestatem eius
et ne rex semper dubitet nec
perimatur a subditis / summa
diligentia cavere debet ne con-
vertatur in tyrannum. Nam
si non iniuriatur subditis et
continens et sobrius et non
eligit vitam bestialem et con-
temptibilem / honorat insi-
gnes et alios existentes in
regno ut requirit eorum status

Non depauperat nec opprimit eos / et in omnibus se habet non ut tirannus sed ut verus rex inducat omnes existentes in regno ad amorem eius / et tollit ab eis omne malum / et ea que impediant ipsos. c° x°

Rex maxime maxime cauere debet ne efficiatur tirannus eo quod pluribus modis corrumpantur tirannides quam

VIIII Regimen principatus

Licet per multa capitula precedencia monuerimus reges et principes ut non tirannisent / sed ut recte regant populum sibi commissum adhuc in hoc capitulo volumus alias raciones adducere / ostendentes / quod si reges cupiant suum durare dominium summopere studere debent ne efficiantur tiranni / eo quod tirannides et principatus perversi / et pluribus modis corrumpuntur quam recti et iusti principatus. Narrat autem philosophus quinto politicorum modos corrupcionis tirannidis dicens tirannidem corrumpi a se et a tirannide alia et a regno. Corrumpitur enim tirannides a se ipsa. Nam ut dicebatur supra malum se ipsum corrumpit et si integrum sit importabile fit / tirannides ergo propter perversitatem et nequitias que congregant in ipsa corrumpi et durare non potest / ideo dicitur in politicis / quod tirannides quanto inferior / tanto minus durat. Iusticia enim urbanitates conservat / quare cum a iusticia recedit reparatur via ut corrumpatur principatus ille. Policia ergo quanto magis recedit a iusticia / recedit / tanto esse habet ut facilius corrumpatur. Reges ergo et principes si volunt suum durare dominium summe cauere debent / ne a iusticia deviantes in tirannidem convertantur. Et si eos tirannizare aliquando contingat suas tirannides pro viribus moderare debent / quia quanto minus tirannizabant tanto melius et durabilius principabuntur. Secundo tirannides corrumpitur ab alia tirannide contraria. Nam licet bonum non contrarietur bono / eo quod bonum est uno modo malum / tamen potest contrariari malo. eo quod contingit habeat multipliciter. Contingit enim uno modo recte signum pertingere quia in hoc diversitas non est nec contrarietas / sed contingit multipliciter deviare ab ipso que in deviacionibus contrarietas potest esse ut si multum approximat pauco / proicitur ultra signum contrarium proiciatur citra / et proiectio in dexteram contrariatur proiectioni in sinistram.

Sic et in proposito principatus rectus non contrariatur recto principatui, sed principatus perversus. Unde tyrannides per contrarium alias corrumpere possunt, ut tyrannides ipsi contrariatur tyrannidi monarchiae, et una monarchia tyrannica contrariatur alii. Cum enim aliqua monarchia vel aliquis unus principatus tyrannizat in populum, quibus illa oppressa nolens sustinere tyrannidem principis insurgit et tyrannizat in ipsum, eum perimens vel expellens. Tunc ergo ipsa efficitur quasi unus tyrannus contra principem, et tyrannides per contrarium corrumpit tyrannidem monarchiam. Sic et una tyrannidis monarchia corrumpit aliam, quia multotiens unus monarcha tyrannus insurgit in alium ut obtineat principatum eius. Debent ergo cavere reges et principes ne tyrannizent, cum tot modis dissolvatur tyrannicus principatus. Tertio dissolvitur tyrannides non solum per seipsam vel tyrannidem aliam, sed per ipsum regimen. Nam non solum malum contrariatur malo, sed etiam bonum malo contrariatur. Non solum ergo tyrannus tyranno obviat, sed etiam Rex, si videt expedire, tyranno se opponit. Tot ergo dissensionibus expositus est tyrannus, et tot modis dissolvi habet eius principatus. Regimen autem dominium non tot periculis exponitur nec tot modis habet dissolvi. Nam licet tyrannus satagat pro viribus verum regem opprimere, nullus tamen vero rex vero regi se opponit. Nam nullus bonus et virtuosus insequitur alios virtuosos, sed eos pro posse salvat, et nunquam vel eo enim ipso quod aliquis bonis et virtuosis se opponeret, desineret bonus et virtuosus esse. Debet ergo regia maiestas summo studio cavere tyrannidem, ne predictis periculis exponatur.

Quae sunt quae salvant dominium regium et quod oportet regem facere ut se in suo principatu preservet. P IIII

Tangit autem Philosophus quinto Politicorum decem quae politiam salvant et quae oportet facere regem ad hoc ut se in suo principatu preservet. Primum non permittere in suo regno transgre

gressiones modicas. Nam multe
transgressiones modice ut
ait philosophus equivalent uni transgre-
ssioni magne sicut multe
parve expense equivalent
uni magno sumptui. Par-
ve etiam transgressiones si mul-
te sint disponunt ad transgre-
ssiones magnas. Nam qui mi-
nima negligit paulatim
ergo defluit in maiora. Prin-
cipiis ergo est obstandum et
in ibidem sic obligationes et
modum. Sic in preservans
policia et regimine regni
est bonum uti hiis ut sic magis
introducendos eos ad ali-
quos principatus honoran-
do eos et non iniuriando
eis. Nam ut innuit philosophus quinto
politice bonum uti quibus
non solum preservat policia
regimen sed et principatus ex
hoc durabilior redditur
dato quod in ipso aliquis sit ob-
ligationis annexum. Sex-
tum est inducere timorem hiis
qui sunt in policia. Nam cor-
rupciones [illegible] longe eum se-
perant sed eum timorem
policiam salvant. Cives enim
magis sunt subiecti principi et
plus ei obediunt si in extrio-
ribus corruptores timeant.
Gwerra enim exterior tollit
sediciones intrinsecas et
reddit cives magis unani-
mes et concordes. Septimum

bus habemus in Romanis
quibus postquam defecerunt extrio-
ra bella, inter se ipsos bella-
re ceperunt. Est autem hec cau-
tela utilis solum duobus
principatibus ut principatui con-
stituto ex hominibus assuetis ad
bella et principatui in quo
quis noviter regnare cepit.
Homines enim bellatores et as-
sueti asperitatibus quibus non sunt
cure [illegible] aliis nisi de
fortitudine eum pluries sepius
[illegible] assimilantur ferro. Quod
dum est in continuo exercitio clari-
tatem habet sed si diu rema-
net ociosum rubiginem contrahit.
Sic et tales bellantes sunt
obedientes principibus vaca-
tes [illegible] sic debite h-
abere [illegible] ut debite se
habeat semper inveniendi sunt
timores bellici et corrup-
ciones extrinsece. Rursus si quis
super aliquos de novo prin-
cipari cepit, quod contra talem prin-
cipatum facilius insurgitur
ne cives insurgant in prin-
cipem et ut magis unani-
mes obediant illi, inveniendi
sunt eis timores de extrinsecis
preliis imminentibus, sed si
regnum diu in statu persisterit
et dominus ille sit nativus, ita quod
quilibet non sit memor bonorum
ex quo ille et antecessores
sui non obtinuerunt domi-

Principatu tanta cautela non magnam utilitatem sentire videtur. Sexta autem quod politia salvari videtur est cavere seditiones nobilium et contentiones et sic ponendo eis leges quod legibus non de facili contradicant. Sunt enim in regno illo leges institute ut per eas sedari possint contentiones nobilium. Nam baronibus dissentientibus fiunt dissensiones in regno et per consequens fit permutatio ut dissolvatur regimen principatus. Septimum est diligenter aspicere quos se habeant quos maiestas regia honoravit et promovit ad aliquam posituram vel ad aliquem principatum et magistratus. Nichil enim adeo regimen conservat et politiam salvat sicut preficere homines bonos et virtuosos et conferre eis dominia et principatus. Sic magis salvativum politie est regiam maiestatem considerare diligenter quos preficit in aliquibus magistratibus et bene se habuerint augere eorum dominia. Si male inveniuntur vel adeo se male habere possent quod oportet totaliter a dominio removendi

vel circa capitali sententia condempnandi. Sextum est nulli velle magnum dominium conferre. Nam magna dominia et mera comite fortune sunt ut plurimum corrumpunt mentes hominum ut fiant transgressores iusticie. Est autem hec cautela magis valens ad honores de hiis ex certa et diuturna experientia non accipiunt ideo potissime observandum est ne repente constituant aliquis in maximo principatu. Septimum salvativum regni et principatus est regem sive principantem habere dilectionem et amorem ad bonum regni et ad politiam regni in qua principatur. quicunque enim curat et solicitatur et timet ne aliquod inconveniens accidat circa amata. Timor autem consiliativos facit ut dicitur secundo Rethoricorum. Ubi enim est magis salus ubi sunt multa consilia quia si rex bonum regimen diligat salvabit regnum quod timens ne in regno adversum contingat adhibebit multa consilia quod possit eius regnum promovere et periculis imminentibus obviare. Octavum salvativum regni et politie est habere civilem potentiam. Nam ut dicitur in magnis moralibus

Iusticia urbanitatis conseruat sed iusticia in regno conser nari non potest nisi percipiatur potencia humane transgre ssores iusti habere multos exploratores et multos inquisitores investigantes facta ciuium et inquirentes unde accipiunt quod expen dunt et quomodo possunt reddere ra tionem sui victus dat rex hic si vult saluare politiam nam qui huiusmodi rationem reddere non potest signum est quod ex furto uel ex male ablato viuit Sic enim faciendo potest serua re iusticiam et conseruare re gnum a maleficiis et a trans gressoribus iusti Nonum ma xime saluans regnum est quod rex sit bonus et virtuo sus Nam ut dicit quinto pol maior enim requiritur in cu stodia ciuitatis et regni in duce et exercitu Nam in duce exercitus potissime re quiritur experientia sed cu stos ciuitatis et regni oportet quod sit virtuosus et Epikeés id est superintendens cum eleg... ... ut pre alios dignitate et potencia excellit sic eos bonitate superet Sic enim maxime saluabit regnum et poli ciam si rex sit bonus et virtuosus quia tunc maxime intendet bono regis et com

muni et regem non ignorare qualis sit ac politia et in qua principatur et quomodo eam saluare possit et corrumpere ta lia autem maxime sciri possunt per experienciam Nam si quis diu expertus est regi gubernacula deleni habere potest arbitrari quomodo bonum statum regni corrumpit et saluat Decet ergo regem frequenter me ditari et habere memoriam factorum que contingunt in regno quomodo indicata fu erint et quomodo temporibus retro actis melius conseruatus fuerit bonus status regni ut sciat cognoscere qualiter principari debeat et quomodo cor rumpitur et saluatur regnum et gubernatorum regni quia huius ignorator recte regnum gu bernare non potest

Que sit consiliabilia et circa que consilia oportet adhibere PCI

Dicebatur supra quod qua tuor esse consideranda in regimine ciuitatis videlicet principem con silium pretorium et populum post quam auxiliante deo distinximus quot sunt principatus et de terminauimus de principe et quomodo illorum se regit et quomodo peruertitur et declarauimus

Regimine quod est optimum principatu et tirannide quod pessimum manifestamus autem quod sit regis officium et quod oporteat ipsum facere ut recte regat populum sibi commissum probamus quod multe vie decet regem vigilem curam assumere ne gravetur in tirannidem. Quantum spectat ad presens negocium sufficiat tractamus que circa principem sunt dicenda. Restat ergo de consilio pertransire que tractanda sunt circa ipsum. Sed dicit philosophus tertio ethicorum consiliabitur utique aliquis non pro quibus consiliatur insipiens et insanus sed pro quibus sapiens et intellectum habens. Ideo primo dicendum est que sunt consiliativa circa que debeat fieri consiliare tanquam ignorantes consiliari velimus. De quibus consilia non sunt adhibenda possumus autem tangere sex quantum ad presens spectat que sub consilio non cadunt. Primo enim quecumque sunt immutabilia consilium nostrum subterfugiunt. Nam ideo consiliamur ut requirentur in agendis nostris et ut vitemus mala et ut consequamur bona que ergo vitare non possumus et que immutatione non subiacent sub consilio non cadunt ideo dicitur tertio ethicorum et de eternis id est de immutabilibus nemo consiliatur.

Nullus enim querit consilium de diametro quod est incommensurabilis coste vel de quocumque alio immutabili. Secundo inconsiliabilia non sunt quecumque mobilia si semper uniformiter moveantur. Nam que semper uniformiter moventur ut quod habetur super quandam necessitatem huiusmodi consiliabilia autem non sunt necessaria sed contingentia. Ideo dicitur tertio ethicorum quod de hiis que semper sunt in motu et que semper uniformiter moventur puta de versionibus solis et ortibus siderum nullus consiliatur. Sidera enim licet moveantur tamen quia semper sunt in motu nec per nostra opera immutari possunt [illegible] ideo etiam talia non est consilium habendum. Si autem circa talia cadit consilium hoc non est ratione se sed prout deserviunt actionibus nostris ut quia aliqui humana opera congruencius fiunt tempore calido aliqua vero tempore frigido. Cursus siderum quantum inducere habet ratione ipsa tempora calore et frigiditate non per se sed per accidens potest sub consilio cadere ut sciamus quo tempore que opera sunt facienda. Tertio non sunt consiliabilia etiam que fiunt frequenter si fiunt a natura ideo de imbribus que sepe fiunt tempore hiemali et de caumatibus

que sepe contingunt tempore estiu-
ali non habet quis consilium
quia talia naturalia sunt et
non dependent ex operibus nostris
ideo de hiis non consiliamur
nec ut destruunt operibus nostris.
Hoc ergo modo est consilium / ita ipsa
sunt et ita cursus siderum et
ita quelibet talia destruuntur
encia humanis actibus / unde
ergo dicitur in Ethicorum 3 / quod de solsti-
ciis et imbribus non consi-
liamur. Sexto non sunt consilia-
bilia / etiam que fiunt raro
si ex fortuna contingant / Nam
numquam consiliatur de effectu
uel intencione aliquis adipi-
scitur. Quinto ergo preter intencionem eve-
niunt consiliabilia quia non sunt
ideo dicitur in Ethicorum non est
consilium de hiis que sunt a fortu-
na puta de thesauri inven-
tione. Septimo non sunt con-
siliabilia etiam omnia humana ope-
ra non cadunt sub consilio
nostra opera illorum hominum
qui propter facta nostra inimi-
cum non sunt. Ideo dicitur in
Ethicorum 3 / quod qualiter utique sunt
optime quererent nullus lace-
demoniorum consiliatur / sed etiam
nec gallici consiliantur qualiter le-
optime vivat indi / Con-
siliabilia ergo non sunt / immu-
tabilia nec sunt semper unifor-
mia / nec sunt a natura / nec a
fortuna. nec omnia huma-
na cadunt sub consilio.

Sed solum consiliamur de hiis que
sunt operabilia per nos. Nam ut dicitur
tercio Ethicorum singuli autem
hominum consiliantur de operabi-
libus hiis que per ipsos sunt fieri.
Sexto non sunt consiliabilia omnia
que per nos sunt fieri. Namque
cumque finaliter per opera nostra in-
tendimus adipisci sub consilio non
cadunt. Nam consilium non est de
fine sed de hiis que sunt ad finem.
Oportet enim in consilio presuppo-
nere finem intentum et non con-
siliari de ipso / sed de hiis per que
consequi possimus illud. Unde
dicitur enim quod finaliter intendit
sanitatem non consiliatur utrum
debeat saluare egrum / sed
hoc accipit tanquam certum et
notum sanandum esse / et con-
siliatur de viis per quas fa-
cilius et melius sanetur /
Sic rector ciuitatis et regni
consiliator / utrum ciues uel
sui pacem habeant et utrum regi-
men sit in bono statu / sed
hoc accipit tanquam certum
et notum / et consiliatur qualiter
hec melius fieri possint. Sunt
ergo consiliabilia que dependent
ex operibus nostris et non sunt fina-
liter intenta / nec sunt hiis ut fi-
nis sed ut ea que sunt ad finem.

Capitulum decimumseptimum Quid est consilium et quare sint consilia facienda

XVII

Est aut omne con
siliu queda qstio
ut di sexto Ethi̇ce
consiliante sive bene
sive male / consilietur querit
aliqd et raciocinat̃ . ipse ep ps
aucz gsliat q ucit / no tn
ecouso Na ut de in Ethice
liz omne gsliu sit qstio no
tn oie qstio sit gsliu / Si em
gsliabilia s̃ solu q depen
dent ab opibz nris / gsliu
erit qstio / no de quibuscumqz
tn / sed solum de agibilibz
huanis / Sunt at cca specu
labilia et cca nat̃s reru
et cca eterna si qstiones
multe / sed huiusmodi qstiones
gslia dici no debent / Vi
so q e gsliu / q e qstio agi
biliu humanoz / Restat vi
de qualis e gsliandu / et
que modi in gslijs hre
debemus / Sunt at quintum
ad pns spectat sex obser
uanda ut sciam qualis sit
gsliand / Primum est q
quanto aliqd e magis deter
minatu / tanto minori eget
gsilio / immo si oio esset de
terminatu nullo eget gslio
ideo di in eod Ethice q cca cer
tas opaciones discipline
puta de l̃ris no e gsilia
dũ / No em gsliat scriptor q
sit oio ignorare de l̃ris q
liter debeat scribe l̃ras / eo
q hec suffic̃ determinat̃ p arte

scribendi / De hijs ergo sun
gslia q sunt sic fieri nobis
no s̃ oio certa et deter
minata / qualr fieri debeant
ideo dubitamus et gsliam
cca ipa / Est ergo unus mo
dus in gslijs adhibendus
q que aliqd sciut regim
ponit / id pluribz modis fi
eri et quanto magis hz ceas
et determinatas vias tanto
p plus tps e gsiliandum / ut
de illis vijs facilior et me
lior eligat / Scdo in gsi
lijs e attendendu ut no
gsliem de quibuscumqz
sed de magnis / Dicebat
em sup q timor gsilia
tiuos facit / qui ergo gsliatur
videtur time et dubitare ne
aliquo infortunio gtingente
deficiat a gsecucione opta
ti boni uel incurrat ali
qd dampnu uel aliqd aliud
malu / que ergo s̃ modi
ca valde / ut q s̃ apta
nata efficere paruum bo
nu uel phibere modicu
mala no s̃ gsiliabilia /
Est ergo modus attendendus
in consilijs ut de magnis
consiliemur / Tercio tamen
consiliari volumus debemus
alios nobiscum assumere
inter quos conferamus de ne
gocijs fiendis Na lis ho ie s̃

Quum possit invenire vias et modos ad aliquid peragendum imprudens est qui in solo suo capiti innititur et renuit aliorum audire sententias. magne enim prudentie est in consiliis huiusmodi habere modum ut cum aliis conferamus quid agendum quod ex dubiis patet. Nam consilia ut dictum est debent esse de rebus magnis. in talibus autem non debet sibi omnino credere et proprio sensui inniti sed debet alios ad se vocare. sciens quod plura cognoscere possunt multi quam unus. ideo dicit textus Ethicorum quod consiliatores assumimus in magnis discernentes nobis ipsis velut non sufficientibus. Rursus hoc idem patet ex eo quod consilium est circa agibilia particularia in quibus multum variatur exigencia. Nam in talibus ut dicitur primo Ethicorum plus proficit expertus quam artifex. Quare cum plures plura experti sint quam unus solus decet ad huiusmodi negocia alios advocare ut per eorum consilium possit eligi via melior. qualis esse debeat consiliarius advocandi in prosequendo patebit. Sexto est in consiliis attendendum ut secreta habeantur que ibi dicuntur. Nam multa negocia discutiuntur ex ienuclatione consiliorum. inde forte consilium nomen accepit. Dicitur enim aliquid quod consilium idem est quod considium. quia ibi plures considere se debent. Sed forte melius dicere possumus quod consilium dictum sit a consilio ut ideo dicatur esse consilium quod simul aliqui plures silent et tacent. Nam maxime est hoc ex consiliis ubi tractantur negocia communia et facta Regni. Ut unusquisque consiliarius ad recta dilectionem personam solum aspiciat ad commune perfectum. et ut ipse profecto impediri non possit secrete tenere debet que ibi sunt tradita. Hoc enim fuit quod apud Romanam Rempublicam exaltavit fidelitas consiliancium. quibus quidquid per consilium in eorum auribus discutitur adeo secretum erat acsi non audissent illud. Unde Valerius maximus secundo libro de factis memorialibus capitulo de institutis antiquis commendans Romanos consiliatores ait quod solo fidele et altum erat secretum consistorium

Reipublice silencia salubri-
tate munitum talis lime
intrantes obiecta privata
dilectione ita dilectione pub-
licam inducebant ut non
dicam unum sed neminem
audisse credens quod tam multo-
rum auribus fuerat commissum.
Cautum est in consiliis attenden-
dum ut non loquantur ibi
placencia sed vera. Adu-
latores enim dum principi pla-
cere student vera silentes
et placencia promulgantes
exponunt periculo totum
principatum vel totum Reg-
num. Unde est certo quod quidam
sapiens Aristides nomine
dicebat consiliarios quos in
se haberet debere quod nec
essent plani id est mani-
festi vel propalatores con-
siliariorum nec essent pla-
centes quod essent adula-
tores plus curantes loqui
placencia quam vera. Sic etiam
ut recitat philosophus
tercio Rethoricorum quidam
poeta nomine Allexander
videns primum in consiliis
secretatum esse etiam veri-
tatem. Comedias cum dicebat
Iste est qui consulit et s.d.
quod alii respectu eius con-
siliatores dici non debent

Sed forte magis adulatores
Sexto est in consiliis attenden-
dum ut diu consiliemur et
si assit opportunitas cito
in opere exequamur. Nam
cum adest opportunitas
operandi si recte volumus
et non illud faciemus
hoc est quia ignoramus
an expediat illud fieri
bene ergo se habet diligenter
quodlibet negocium arduum
discutere an sit illud ne-
gocium utile facere. Sed
postquam per diuturnum consilium
est recte cognitum quid
fiendum si assit operandi
facultas prompte operari
debemus. Bene ergo dictum
est quod scribitur sexto
Ethicorum quod consiliamur
multo tempore opera-
mur autem prompte et quod
oportet consiliari tarde
sed facere consiliata velociter.

Quales consiliarios
deceat assumere
Regiam maiestatem

Omnia autem illa
que habere debet
bene persuadere
et bene creditum

Apparenter expedit ut ha-
beat bonos consiliarios ex-
istere. Nam aliquis ex hoc
persuadet in consiliis et creditur
dictis eius quia estimat
esse bonus consiliarius
ad persuadendum / sed ad
hoc quod aliquis sit bene cre-
ditivus / non oportet ipsum
esse existenter talem / sed
sufficit quod videatur ut a-
pareat talis esse. Nam
homo iudicat que foris pa-
rent / et ex apparentibus
ideo sufficienter sit fides et
creditur ei aliquis crediti-
vus si estimet illum bonum
esse consiliatorem. Sed
ad hoc quod bonus consiliator
existat non sufficit quod sit a-
parenter talis sed requiritur
existenter talem esse. Be-
ne ergo dictum est quod eciam
bene persuadens habet
apparenter bonus consiliator
existenter licet dici. Quare
si sicut volumus omnes con-
siliarios habere deceat Regi-
am maiestatem que et qui
sunt in consiliis / requirenda
sunt expedit quot modis
persuadetur hominibus / vel
quot modis eius sit fides
et inclinantur ad credendum
sermones auditores. Hec

autem sunt tria secundum
quod in omni locucione tria est
considerare videlicet eum qui
loquitur auditorem / ad quem
loquitur / et rem de qua
loquitur. Primo ergo esse pre-
quod persuadetur auditoribus
et inclinantur ad credendum
sermones auditores ex parte
dicentis / quod contingit si dicens
sit bonus vel credatur bonus.
Nam bonis hominibus eciam si nul-
las raciones assignare sciat
creditur eis cum faciunt fa-
ciunt fidem auditoribus. Sed
huiusmodi fides sumit originem
ex parte dicentis. Nam quod di-
cens credit esse bonus / cum
tales mentiri nolunt / de fa-
cili creditur eorum dictis. Secun-
do potest fieri credulitas auditori-
bus ex parte ipsorum auditorum
et contingit proferentes sermones
inter eos sit benivolus et amicus
vel saltem credatur esse be-
nivolus et amicus. Nam sic
homines communiter et ut plurimum
decipiuntur circa se ipsos et cre-
dunt se plus valere quam
valeant et esse magis
sapientes quam sint / et in ne-
gociis faciendis quam credunt
homines plura / unde quamvis
videat / et magis loqui
ad propositum quam loquantur

Sic quia amicabis reputatur
tale ipse quem decipiuntur
homines etiam amicos. Nam
ut dicitur primo Rethoricorum amantes
tes et odientes non pariter
iudicamus. Quare enim est ut
amicorum facta ut per
plurimum referamus in bonum
et inimicorum in malum.
Passionamur enim etiam circa
tos sicut etiam nosipsos ut cre
damus eos plus valere quam
valeant, et esse meliores
quam sint. Quare si audi
tores credunt benivolis et
amicis vel eis quos estimant
tales esse, huiusmodi credu
litas sumit originem ex par
te ipsorum auditorum ad q
uod est sermo, qui ex se pas
sionantur et inclinantur
ut adhibeant fidem eis
quos putant amicos esse. Secun
do sit credulitas ex parte
ipsarum rerum, quia contingit sic di
centes sint prudentes. Nam pruden
tis est scire et cognoscere
ipsas res et ipsa negotia
agibilia. Quare ut dicitur primo E
thicorum unusquisque iudicat
de hiis quae novit: ex ipsis ergo
negotiis et ex ipsis rebus de
quibus quia ea scit cognoscere
et iudicare facit fidem audito
ribus. Hec autem credulitas
et hec persuasio est ipse. Nam
reddere credibiles et bene persuadere

per se est ex ipsis rebus et ex
ipsis negotiis de quibus lo
quitur scire assumere rationes
et argumenta per quae fides fi
at audientibus, et quia pruden
tes sciunt hoc facere et quia
estimantur prudentes, esti
mantur talia facere. Ideo
ad hoc quod aliquis ex rebus
de quibus loquitur fidem faciat
vel oportet quod sit prudens vel quod
credatur esse prudens. Omnis
ergo persuadens vel omnis ille cuius
dictis creditur et adhibetur
fides vel oportet quod sit bonus
vel quod amicus vel quod prudens
et si non existenter apparen
ter saltem. Itaque cum dictum
est quod qui bene persuadet et
ille cui fides adhibetur debet
habere apparentes oportet quod bonus
consiliator habeat esse exi
stentes satis apparet qualiter
consiliatores decet querere
Regiam maiestatem. Quia
debet querere tales qui sint
boni et amici et sapientes
ut si boni sint non mentiantur
ratione sui, quia bonis displicet
omne malum et omne detesta
bile mendacium autem ut dicitur
quarto Ethicorum per se est malum
et detestabile. Secundo consiliarii
debent esse non solum boni sed
amici, ut non solum non men
tiantur ratione sui qui loquuntur
et qui consilium prebent

Sed eciam racionem eius ad quem loquuntur et cui consilium prebent, quia amicorum est amicis posse vera et bona consulere. Tercio consiliarii debent esse sapientes quia non preuenientur ex parte rerum de quibus loquuntur quia cognoscent negocia agibilia et scient qualiter sit agendum. Hec autem tria que dicta sunt in consiliariis videlicet bonitas, amicicia, et sapiencia nam ut recte consulant sicut patet ex dictis debent esse boni et sapientes et amici

Quid oportet scire consiliarios et circa que consilia sunt adhibenda

li

Si considerentur dicta philosophi primo Rethoricorum quinque sunt de quibus consiliantur omnes videlicet de prouentibus, alimento, custodia ciuitatis, de pace, de bello, et de legislacione. Circa hoc ergo quinque decet consiliarios esse instructos. Primo enim contingit esse Regis consilium circa prouentus in quo sunt attendenda. Primo ne maiestas Regia aliquos prouentus iniuste usurpet a suis

conciuibus si quis est superfluus probatum enim supra regem debere esse talem quod conseruet bona et utriusque policias diliget existentes in Regno promoueret et honoraret quod esse non posset si bona eorum qui sunt in regno usurparet iniuste. Rursus est attendendum ne in suis prouentibus defraudetur. Expedit enim Regnum consilium prouentibus saluare intra legis, eo quod singuli bona ordinata sunt ad bonum commune ut ad defensionem regni et ad bonum statum eius. Decet ergo consiliarios scire fructus et prouentus regni quos oportet peruenire ad regem quot et quanti sunt qualiter si est superfluus et iniuste acceptus auferatur et si quis vero deficit vel est diminutus apponatur et augeatur. Secundo decet consilium esse de alimento ut sciatur utrum ciuitas uel regnum cui principatur aliquis rector sufficiat sibi in alimento et in defluentibus ad sufficienciam vite considerandum est enim quantum alimentum est in Regno uel in ciuitate ipsius qualiter regni et quantum est ibi aducibile et que sunt inducenda ut eciam hoc deficienta consilia et debite exdiantur

Fieri possint non enim mo
dicum considerandum est circa
alimenta ut quelibet civitas
hanc sufficienciam ad vitam
habeat quia iam aliter non
esset civitas et in hiis condi
sufficientibus ad vitam fieri
debent debite commutaciones
et debite empciones et vendiciones
considerande enim sunt men
sure et pondera vendencium
et tamen expedit taxandum
precium venditoris est quantum ultra
quam debent venditores res
suas vendere valent. Tercio
est consilium adhibendum
circa custodiam civitatis et
regni quod dupliciter fieri habet.
Nam primo est custodia ad
hibenda ne insurgant se
diciones et maleficia inter
cives. Ideo attendendum
est diligenter qui civium re
putantur boni et qui infa
mes ut circa infames ma
ior custodia adhibeatur. Et
si deprehendantur male egisse
puniantur vel eciam totaliter
extirpentur. Quia reges
et principes non debent pati
maleficos vivere. Sunt eciam
consideranda loca in quibus
consueverunt magis ma
leficia perpetrari. Nam sicut
quidam hominum magis inju
stificant quam alii sic
sunt quedam loca magis
apta ad iniustificandum
quam alia ut in civitate con
tingit esse vicos aliquos
magis suspectos quam alios
quia iniustificatores ibi
possunt magis latere et effu
gere puniendi sic circa
et extra civitates loca aliqua
sunt nemorosa et nubi
losa magis ad iniustificandum
quam alia debet ergo adhi
beri consilium ut circa talia
maior custodia prebeatur.
Rursus circa custodiam civi
tatis et regni non con
silia adhibenda sunt
propter ipsos cives vel
propter eos qui sunt in
regno ne unus iniusti
ficet in alium sed eciam
propter ipsos extraneos con
siderandum est enim ultra
utrum regnum ex ali
qua parte possit inva
di. Et utrum aliqua
civitas regni ab extraneis
possit suscipere detrimentum.
Ideo passus portus intro
itus et cetera talia unde
possunt extranei advenire
non sunt extraneis
committenda vel tradenda sed sunt diligenter
custodienda et muranda

Quarto habet esse consilia
circa pacem et bellum quod non
est intelligendum circa pacem
civium et circa bellum eorum.
Nam pax civium est aliquod finale
intentum. bellum autem est
eius oppositum. De fine
autem et eius opposito nullus
mentis sane consiliatur Nam
non est consilium nisi de hiis de
quibus est dubium. eo quod consilium
sit quedam questio. et questio sit
dubitabilium propositio. De fine
autem et de hoc quod prima intendit
nullus dubitat ipsum
esse prosequendum. De eius
autem opposito quilibet cognoscit
ipsum esse fugiendum.
Ideo pax civium pro viribus
prosequenda est. et eorum dissensiones
et bellum pro viribus
fugienda. et in hoc non
est questio neque consilium. sed
nota. cum extraneis debeamus habere
pacem vel bella dubitabile
esse potest. et prius ad hec
adhiberi consilia. circa quod duo
sunt consideranda primo utrum
quis capiat iniustum bellum
quod iniustificare alios et
eos indebite opprimere esse
malum et fugiendum. Deinde
si visum est bellum esse iustum.
consideranda est potentia
regis vel civitatis que bellare debet
quanta sit. et quanta ei potest advenire
extrinsecus. consideranda
est etiam potentia adversariorum.
Nam secundum philosophum primo
Rethoricorum ad meliores pacem
habere debemus quam cum deterioribus. quid autem in nobis
pugnare vel impugnare. potentiores
enim quam potentiores ad quos
resistere non valemus in nobis
fore faciat. prudencie est non
insurgere in ipsos nisi occurrat
opportunitas temporis in quo eis
hostes congrue possimus vindictas
assumere. Quintum circa quod consilia adhibenda est lacio legum
Nam ut dicitur eodem Rethoricorum primo
in legibus est salus civitatis
et servantur civitates et
regna per leges iustas. quia
absque iusticia nequit regnum
subsistere. Decet autem scire regem
quot sunt genera dominiorum
sive quot sunt species principatuum
et quis principatus sit durabilior
et qualis principatus secundum
quem dominatur habet corrumpi
et salvari ut eligens optimum
modum principandi ferat leges
iustissimas secundum quas salvatur talis
principatus ille. quis sit autem
optimus modus principandi et
qualis esse debeat. regis
officium et quod rex se debeat
in suo dominio preservare. fuit in superioribus patefactum. Videtur quod supremus
ia dicta coadiuvare experientia gestorum particularium
que cotidie occurrunt in ta
rie regimen principum

Qualis etiam ratio legum sit consiliandum et quales leges sunt ferende ut salvetur principatus eius. Intendimus tamen in talibus sequentibus de legibus multa inquirere ut simul ex dictis et dicendis melius veritas pateat.

Capitulum 4 quantum possibile sit sint omnia legibus determinanda et quam pauciora sint arbitrio iudicum esse committenda. P. P.

Quia in precedentibus capitulis determinavimus de principe ostendentes qualis debeat esse princeps et determinavimus de consilio declarando quales debent esse consiliarii et que et quot sunt illa circa que habet esse consilium. Restat in ordine pretaxatum ut sequitur de pretorio sive de iudicio investigando qualiter iudicandum sit et quot sint genera legum et aliqua alia que circa ista occurrunt materias. Sed cum iudicium fiat per leges aut per arbitrium aut per utrumque, primo ostendamus qualiter sit iudicandum declarare volumus quod quantum possibile est sic omnia legibus determinanda et quam pauciora sint arbitrio iudicum committenda. Quod quadruplici via investigare possumus. Quarum tres tanguntur

Primo Rethoricorum. Quarta vero tangitur sexto Politicorum. Prima via sic patet. Nam pauciores sunt legum conditores quam iudices iudicantes secundum leges iam conditas. Nam in qualibet civitate oportet esse aliquod pretorium ordinatum ad quod reducantur cause et litigia exorta in civitate illa. Per leges tamen conditas in una civitate regulari possunt civitates multe immo in illa eadem civitate in qua leges conduntur contingit plures esse iudices quam legum conditores. Nam leges si iuste sint debent esse quasi immortales et immutabiles, eo quod circa eas non est mediata mutatio sed oportet iudices tamen iudicantes secundum ipsas moriuntur et corrumpuntur. Contingit autem absque morte et corruptione iudices a suo officio removeri et alios in suum locum succedere. Oportet saltem pro eodem tempore oportet in eadem civitate multos esse iudices eo quod ipsi quasi continue innovantur. Non tamen oportet sic multiplicare conditores legum eo quod leges non sic continue innovari debent. Quare si legum conditores sunt pauci respectu iudicum, quod facilius est invenire paucos sapientes quam multos, ut etiam sapientes

Dispensant. Expedit quantum possibile est omnia per legem determinare et quam paucissima arbitrio iudicis committere. Secunda via sic ostenditur. Nam facilius et melius videre quid iustum et quid iniustum si id multo tempore diligenti consideratione discutiatur quam si opporteat statim iudicatiuam proferre sententiam. Itaque cum legum conditores multo tempore et consilio deliberare possint quales debeant leges ferre, iudices vero ex instancia partium et quia non debent lites prolongari sed iudices non tantam habent diuturnitatem temporis ad videndum quid iustum in negocio proposito nec est committendo eritur. Quantum possibile est sint omnia legibus determinanda et pauca discretioni iudicum committenda.

Tercia via sic declaratur.

Nam conditores legum leges ferunt in universali et de futuris dicentes quicumque sic egerint sic puniantur ignorantes an amici vel inimici sint illa facturi et debeant illam subire sententiam. Nam si scirent quod amici eis forte obligarentur in iudicando et penam palliarent. Si vero inimici inclinarentur forte in partem oppositam et punitionem augerent. Nunc autem consolumus in universali leges ferunt et nesciunt quod in particularibus sic futurum non pervertuntur in iudicando amore vel odio inclinati. Iudices autem non sic. Nam iudicia iudicum non sunt de futuris sed de presentibus non in universali sed in particulari incusant enim determinate persone ad quas est amare et odire et sepe talia annexum habent proprium commodum, ideo iudex de facili obliquatur. Nam amantes et odientes et aliquid temporale commodum considerantes non similiter iudicant. Sic ne iudicum iudicium obliquetur bonum est quantum possibile est omnia leges determinare et quam paucissima arbitrio iudicum committere.

Has autem tres rationes tangit Philosophus primo Rethoricorum dicens quod maxime quidem congruit recte positas leges quecumque possibile est determinare et quam paucissima committere iudicantibus. Primum quidem quia facilius est habere unum aut paucos sapientes quam multos. Deinde quod legislatorum fiunt ex consideratis ex multo tempore iudicia autem ex subito et subito. Tertium vero quod est maximum omnium, quod legislatoris sunt de futuris et in universali sed presentium autem iudex iudicat de presentibus et determinate ad quod est amare et odire et quibus proprium commodum

Quarta via ad ostendendum hoc idem sic declarari potest. Nam ut infra patebit oportet aliqua committere arbitrio iudicum, quia gesta particularia complete sub narratione non cadunt, nec lege omnia complete determinari possunt. Cum ergo quantum possibile est omnia legibus sunt determinanda et quanto pauciora sunt arbitrio iudicum committenda, quia ut dicitur Secundo Politicorum, quanto minor iniuria fieret existentibus iudicia, tanto magis accipiat finem executio iudiciorum. Quinta, cum iudex iudicando reos secundum leges non tantam inimicitiam incurrat, quantam si iudicaret eos arbitrio proprio, ne iudex timore inimicitiae inclinatus differat debito fini iudicia mancipare, quantum possibile est sunt omnia legibus determinanda et pauca arbitrio iudicum committenda. Sufficienter enim iudex excusatur, cum contra potestates leges ad iudicandum ... non videtur contra se hoc agere. Sed lege compulsus dicitur talem sententiam promulgare etc.

XXI

Qualiter est in iudicio procedendum et quod sermones passionales sunt coram iudice prohibendi.

Attendere debent iudices ut sic in iudicio procedant ut sermones passionales provocantes ad passiones ut ad iram et odium in iudicio prohibeantur. Multi enim litigantium cognoscentes se habere malam causam non arguunt narrando quid factum est et quid non factum est, sed conantur se ad commovendum iudicem ad iram et odium contra adversarios et ad benignitatem et ad misericordiam circa se ipsos. Sed quod tales sermones sint prohibendi triplici via investigare possumus. Prima via sumitur ex eo quod huiusmodi sermones obliquare habent iudicem, quem esse oportet quasi regulam in iudicando. Secunda, quia praedicti sermones tollunt ordinem iudicandi. Tertia, quia sunt impertinentes ad propositum. Prima via sic potest sciri. Scire enim debemus quod iudex in iudicando de litigiis ut recte iudicet sic se debet habere inter partes litigantes sicut lingua volens discernere de saporibus, vel sicut quilibet alius sensus volens discernere de propriis sensibilibus habere se debet inter ipsos sapores vel inter propria sensibilia. Est enim sensus medium propriorum sensibilium, et quamdiu non inficitur contraria qualitate, recte iudicat de sensibilibus, ut quamdiu lingua non est infecta aliquo

Humore recte iudicat dicens amarum esse amarum, et dulce dulce. Si vero inficiatur colera vel flegmate vel aliquo alio humore non oportet timere quando existit in medio, sed contracta ad alterum contrariorum partem iudicat dulce esse amarum et converso, ut patet in infirmitatibus et hominibus infectum gustum. Sic iudex quamdiu est medius inter litigantes nec declinans ad alteram partem, tunc regula recta dicit iustum esse iustum et iniustum esse iniustum. Si vero ad alteram partem declinet propter misericordiam et amicitiam, ab altera vero recedit propter iram et odium, tunc regula tortuosa perverse iudicabit. Et quia hec faciunt sermones passionales, permittere talia in iudicium nichil est aliud quam regulam obliquare. Tunc si inconveniens est permittere obliquari regulam, inconveniens est sustinere in iudicio passionales sermones. Dato tamen quod contingat sustineri aliquos passionales sermones, quia ut in sequentibus patebit proniores debent esse iudices ad miserandum quam ad puniendum, potius sustinendi sunt passionales sermones provocantes ad misericordiam vel ad benivolentiam quam ad odium vel iram.

Secunda via ostendens passionabiles sermones permittendos non esse sumitur ex eo quod talia pervertunt ordinem iudicandi. In iudicando enim est ordo quidam, quia aliquid est ibi tamquam supremum, aliquid tamquam medium et aliquid tamquam infimum. Tamquam supremum quidem est rex ipse vel princeps vel alius legislator, tamquam medium vero est ipse iudex, tamquam infimum est ipse reus vel inculpatus vel partes litigantes. Est enim iudex medius inter legislatorem et litigantes, quia et medium habet debet accipere ab utroque extremorum, iudex tamquam medius aliquid accipit ab utrisque. Nam a legislatore accipit quid iustum et quid non iustum. Si enim per leges discernimus quid iuris ab eo addiscit iudex quid iustum in agibilibus humanis per eius leges regulantur in iudicando. A legislatore ergo discit iudex quid iustum, sed a partibus discit quid factum vel non factum. Si autem addiscit ab eis quid iustum, hoc est preposterum, inquantum elegant leges conditas a legislatore, quia cum sermones passionales immutant voluntatem et faciant apparere aliquid iustum vel non iustum, eo quod passionati ut amantes et odientes et gaudentes et tristantes non pariter iudicamus, permittere

Passionales sermones i iudi
cio e p lite ordine iudica
di q̄uia e facere partes
legislatoris / q dat tene
locu supremu gdu in
iudicando / que dz tene
infimu / peruertit enī ibi
talis ordo / qr partes passio
nando iudicē ei faciunt
appere aliquid iustu vel
no iustum / q no e offi
ciu partiu / sed legislatoris
per legislatore .n. uel per
leges ab eo conditas debet
apparere iudici q iustu ꝫ
et q no iustu / no autē hec
fieri dz p partes litigātes
vel per sermones passiona
les ab partibꝫ promulgatos
Tercia via sumitur ex eo qr
tales sermōes sunt impertinentes
ad propositum / et sunt ex nego
ciu vitandum / Ista enim
lis sit de aliquo facto uel de
aliqua re nichil dz dici in
iudicio nisi pertinens ad rē
uel ad negociu de quo e
litigiu. Passionale autē iu
dicem ut narrare iniuri
as quas pars adūsa iudi
ci intulit uel narrare
bona q iudici contulerunt
Et hec mo pronocare iudi
cem ad maliuolenciam ptis
adūse et ad beniuolenciam
sui e oiō impertinens ad pro
positum / que no sunt talia
permittenda

Que et quot oportet habere iudices ut contingat eos debite iudicare

LXII

Possumus autē quatuor enume
rare q oz habere
iudices ut vera
iudicia proferant /
et ut recte iudicent
Primum e auctoritas
iudicantis / Secundum e prudencia
legum. Tercium e exper
gencia agibilium / Quartum
rectitudo voluntatis / In omni
enim litigio quantum ad presens s
pectat quatuor e considerare
videlicet partes litigantes / ne
gocium de quo litigant / leges
seu quas sunt iudicia iudi
canda / et legislatorem ut
regem aut principem a quo
dat auctoritas iudicandi
Expedit autē iudices ut
recte iudicent / ut ad oia
ista se hec se hre / Nā iudi
cia no dz esse usurpatum
nec temerarium nec ini
quum nec presumptuosum siue
suspiciosum. Iudices enim
si no recte se hnt ad le
gislatorem / faciunt iudiciu
usurpatum / sic quando dum
iudices no recte se hre
ad legislatorem quam excedunt
auctoritatem sibi commissam
Secundo dum iudices faciunt

Iudicium temerarium si non recte se habent ad leges, ut si careant legum prudentia, illam sine cognitione legum recte iudicare non possunt. Tertio si iudices non debite se habent ad partes litigantes faciunt iudicium iniquum, nam ut patet ex habitis iudex debet esse quasi regula iusta, media inter utrasque partes, quare si huiusmodi regula a medio deviat et ad unam partem declinat per amorem, ab alia vero recedit per odium, oportet ipsum iudicare inique, quia tunc iudicium non procedit ex zelo iustitie, sed ex amore vel odio partium. Quarto si iudices non debite se habeant ad negocia agibilia, ut si sint inexperti humanorum actuum faciant iudicium suspiciosum, quia aliquando ex levi suspicione alios condempnabit, non erit ergo rectum iudicium, nisi conveniat ibi auctoritas iudicandi, prudentia legum, zelus iustitie, ex experientia agibilium. Nam sicut in curando morbos corporales aliquando plus proficit expertus quam artifex, eo quod habeat noticiam conditionum particularium, sic in iudicio agibilium et in discussione causarum aliquando plus proficiunt experti quam scientes iura. Omnia igitur predicta requiruntur ad recte et debite iudicandum. Patet ergo quomodo reges iudicantes et quomodo reges discussores causarum habere debeant regiam maiestatem. Nam decet eos tales querere qui sint humiles et non excedant auctoritatem sibi commissam, sint prudentes in legibus, scientes eas applicare ad litigia exorta, habeant zelum iustitie ut non ex amore vel ex odio partium sed ex dilectione iustitie sententiam proferant, habeant experientiam agibilium ut cognoscentes particularia acta melius discuciant causas.

Que et quot oporteat considerare iudices ut indulgeant humanis et ut sint clementes potius quam crudeles. ·P·P·III·

Quantum ad presens spectat decem enumerare possumus que videntur tangere philosophus primo Rethoricorum, ad que debet respicere iudicem ut humanis indulgeat et sit clemens potius quam severus. Primum est ipsa natura humana. Secundum est legislator. Tercium principis intellectus legum. Quartum operantis intentio. Quintum multitudo bonorum operum. Sextum diuturnitas temporis intercedens. Septimum excessus bonitatis

Sup(er) maliciam. Octauu(m)
paciencia acciuisat. Nonu(m)
corrigibilitas peccatis. Deci-
mu(m) subiecto delinquentis.
Primo enim ipa na(tura) humana
clamat proclamacio delin-
quentis. Na(m) cu(m) na(tura) huma-
na de se sit debilis et imu-
tabilis et prona ad malu(m)
sic contingat aliq(uem) delinque(re)
infix(it) imitatio natur(a)e supplicat
p(ro)uenia. Ideo d(icitu)r p(ri)mo Re-
thoricor(um) q(uod) Epikeies est
indulgere humanis dicit(ur)
enim Epikeies q(uia) e(st) supra
iustum uel sup(er) iusticiam.
Philus ergo parcente humanis
appellat sup(er) iustu(m). q(uia) cleme(n)-
cia e(st) extollenda. sup(er) seue-
ritate(m) et sup(er) iusticia(m). Secu(n)do
q(uod) inclinare d(ebe)t iudice(m) ad
clemencia(m) e(st) ipse legislator.
Na(m) forte ipse Rex uel ipse
princeps cui(us) e(st) leges facere
si consideraret condic(i)o(n)es pec-
cantis indulgeret ei. q(uia)re
si iudex hic potius opinari
q(uod) legislator dispensa-
ret in legibus. et parceret.
Rex magis cui eo d(ebe)t agere
misericordit(er). q(ua)m crudelit(er).
Ideo d(icitu)r p(ri)mo Rethor(icorum). q(uod)
iudicatus pocius debet aspi-
ce(re) ad legislatore(m) q(ua)m ad
leges. Tercio inclinare
ad pietate(m) e(st) ipse prius intel-
lect(us) legislatoris leges enim ad ter-
rendum delinquentes am-
pliorem seueritatem contin(ent)

Quare si legu(m) u(er)ba ut
terreant peccantes. sunt am-
plioris seueritatis contempla-
cio(n)e. ut p(er) p(ri)us intellectu(m)
moderentur suppliciu(m) ma-
gnitudo. hic est ergo q(uod) d(icitu)r
p(ri)mo Rethor(icorum). q(uod) iudicans
no(n) d(ebe)t respice(re) ad u(er)ba le-
gum sed ad intellectu(m) legis-
latoris. Quartu(m) e(st) intencio operantis.
Na(m) lic(et) opus de q(u)o iudica-
tur aliquis sit de genere ma-
lorum. ipse forte no(n) habuit
praua(m) intencio(n)e(m). uel si ha-
buit prauam forte no(n) ha-
buit adeo praua(m) ut opus
ostendit. et q(uia) dubia iu-
dicanda sunt in meliorem
partem. si aliquo poterit
percipe(re) iudex peccatum
no(n) peccasse ex electio(n)e sed
ex ignorancia uel ex in-
firmitate. d(ebe)t ad clemencia(m)
inclinare. Ideo d(icitu)r p(ri)mo
Reth(oricorum) q(uod) iudicans non
d(ebe)t respice(re) ad actor(em) sed ad
electo(rem). Quintu(m) inducens
ad misericordia(m) e(st) multitudo op(er)um
bonorum. Na(m) forte ille q(ui)
nu(n)c delinquit multa bona
opa p(ri)us fecit. debet ergo iu-
dex no(n) ita respice(re) ad
parte(m). ut ad hoc p(ar)ticulare
negociu(m) in quo delinquit p(er)
se. ad totu(m). ut si ad mul-
ta bona opa q(uae) p(ri)us fecit
Ideo d(icitu)r p(ri)mo Rethor(icorum)

Quia iudicans non debet aspicere
ad partem sed ad totum
Sextum est diuturnitas temporis
introacti. Nam conuenit et
pauco tempore multa bona fa-
cere opera dilo ergo debentur in-
ducere vestre, quam quelibet
aliud domini ad dilectionem
alicuius subditi, vel quia
multa seruicia recipit ab
ipso uel multo tempore seruiuit
sibi. Licet enim dilo licet
ut plurima se comittentur
quod qui multo tempore seruit ut
plura in multa seruicia fac-
et communiter. Conuenit ergo hec
duo ad inuicem separari. Nam
homo non seruit alteri nisi
occurrat tempus opportunitatis
seruiendi, et ergo contingere
quod in multo tempore occurrere oppor-
tunitates pauce et in pau-
co multe. Istud itaque sex-
tum inclinatiuum ad pie-
tatem respiciens diuturnitatem
temporis non est idem cum quinto, quia
respicit multitudinem operum. Unde
si contingat aliquem subditorum
nunc in aliqua parte temporis
delinquere, qui toto tempore
precedenti bene se habuit, est
cum ipso misericorditer agendum
et magis respiciendum est
ad multum ut ad totum tempus
precedens quam ad modicum
tempus ut ad hanc particulam
temporis in qua delinquit. Ideo
dicitur primo Rethorice quod indi-
cem debet aspicere qualis

quidam est nunc. In maius non sed
qualis quidam fuit, semper in
multo tempore precedenti. Sep-
timum inclinans ad pietatem est
excessus bonitatis circa maliciam.
Nam sicut bonum excellit
malum et est eligibilius ipso
sic eligibilius recordari bonorum
et graciarum quas sustepimus
ab illo. Unde Iulius Cesar
in hoc non modicum comme-
datur, quia ut dicitur non habe-
bat iniuriarum memoriam
sed obliuiscebatur illarum. Dato
ergo aliquis in nos delinque-
ret a quo temporibus retroactis mul-
ta bona sustepimus, debemus
ad illud misericorditer nos h-
abere et magis memorari
bonorum susceptorum quam iniurie
illate. Ideo philosophus primo Rethorice
volens iudicantes ad miseri-
cordiam adducere circa delinquentes
in ipsos ait: Et magis de-
bent recordari bonorum que
passi sunt a delinquente
quam iniurie quam fecit.
Octauum est paciencia mai-
estatis. Nam si aliquis in causa
de aliquo delicto pro quo
punitur a iudice, semper promp-
torium paciente sustinet, et
non murmurat in pena sibi
imposita est cum illo magis
misericorditer agendum. Ideo
dicitur primo Rethorice quod indul-
gendum est humanis si contin-
gat eum quod penam patitur
eam patienter sufferre

Nonum est corrigibilitas pec
cantis. Nam si ita aliqui
corrigibiles et ita discip
linabiles quod sola increpa
tione et solo sermone me
liorantur et desinunt pra
va agere. Talibus quod val
de indulgendum est et ta
les sunt valde benigne tr
actandi. Ideo dicit Philosophus primo
Rethorice quod iudex debet in
dulgere humanis si credat
peccantem magis velle
iudicari sermone quam
opere. Decimum est inclin
ans ad clementiam est subiec
tio et humilitas delinquentis.
Nam si delinquens omnino
se subicit . id est se humiliat
et ponit se totum in arbi
trio iudicantis est cum eo
mitius agendum. Ideo dicit
primo Rethorice quod iudex Tri
ceps id est super iustus debet
indulgere humanis si vi
deat delinquentem magis
velle ferre ad arbitrium quam
ad disputationem. Dicit enim dis
ceptatio humilitatem est non
parte subiectio hec agant
Talem quam Canes quidem
non offendunt humiliantes
se et prosternentes se cora
bis. Ideo dicit secundo Rethorice
quod ad humiliantes cesset ira
etiam si canes non manife
stant non mordentes eos
qui resident. Patet quod quo
iudices debent esse magis

clementes quam severos et
per hoc debent iudicare. Multo
magis debet Rex et prin
ceps esse regendi apliori
bonitate pollere. Debet ita
quod eos esse clementes et
benignos. Non quod iusticiam
deserant quia sine ea pax
regni et bonus status civium
non potest consistere sed sal
vato quam bono et pace
regni quantum potest est debet
ad mitiam declinare. Qualiter
re autem cum clementia sta
re possit iustitia infra patebit.

Quot diversa sunt genera le
gum et diversi sunt modi in
stitiae et quod ius naturale et
positivum et cetera ta
lia reducuntur. Capitulum IIII

Cum leges sint
quedam regule
universales per quas
in nostris agibilibus
Regulamur diiudicantes
per ipsas quid iustum et quid
non iustum in actionibus nostris
plane patet quod eo modo quo
distinguimus iustum iusti
distinctive possimus ipsas
leges et econtra. Possumus
autem tam de lege quam de
iusto quadruplicem distinctionem
facere. Prima autem tangitur
primo Rethoricorum. Secunda
tertia ponitur quinto Ethicorum
Quarta tradit a iuristis

Primitus nos opt' supradde possum⁹. Distinguit' em ius q' quodda' e' sc'ptum quodda' p'p'u', quodda' e' co'e quodda' n'ale, et quodda' legale siue positiuu'. Has aut' tres distinctones iuris ph'us tradit. sed iuriste aliter ius distinxerunt dicentes q' quodda' e' ius n'ale, quodda' e' ius gencium et quodda' ciuile. illo g'o modo q' iuriste separant ius n'ale a iure gencium. Possemus nos separare ius n'ale a iure a'ialiu' et da're q'rta' distinctoe' iuris dicendo q' quadruplex e' ius videlicet n'ale a'alium, gencium et ciuile. Has g'o q'tuor distinctiones quas scimus de iure siue de iusto facere possum⁹ de ipa legere ut aut' hec o'ia pateant et ut has distinctoes ad concordia' reducamus. Sciendum e' q' duplex e' iustum vel dux e' ius n'ale et positiua. Dicu' em iura naturalia iusta, q' sunt adequata et proporc'onata ex na' sua. Vel dicuntur iusta n'alr q' debent q' talia racio n'alis et adhuc habemus impetu' et inclinatorem. Iusta vero positiua dicu' q' no' ex na' sua sed ex pacto hominu' vel tore iusticion' iusta indicantur.

Itaq' tamen nature verum sunt eede ubiq' q' q' e' ignis in uno loco ut in Francia e' ignis in alio ut in Italia. Res em eede sunt apud o's licet no' eodem vocabulo nominant. Sed statuta populi et pacta ciuium et edicta p'ncipum non sunt eadem apud o's. Inde e' q' dr' ius n'ale differe a positiuo q' p'ma n'ale e' ut traditur q'nto ethicorum ubiq' eandem h'et politicam. Sed positiuu' a p'ncipio ante q'm sit statutu' nil dr' esse sic uel aliter, postq'm aut' q'r edictum incipit habere ligandi efficatiam. Racio aut' q'ue iure n'ali opportuit supradde positiuu' est q' multa sunt sic iusta n'alr. sic n'ale est homini loqui. Habemus em n'ale impetum et n'alem inclinatoem ut loquamur et ut p' sermonem manifestemus aliis q' mente concipimus. Sed q' loq'mur hoc idioma uel aliud non e' n'ale sed ad placitu'. Idem e' q' o's homines loquuntur non tamen proferunt o's unum idioma. Inde e' q' dicit ph'us p'mo periher'meneias voces et sermones dicit esse ad placitum. Et p'mo politice ait sermonem nobis dari [illegible] a na' sic g'o loqui est n'ale

Sic qz loqui positiuum et ad
placitum sic sitres punire
nō pati maleficos viue
et cetaz. hinc q̄ dicitur de
iure nāli / q̄ma hec esse
fienda dictat racio nālis
et habemus nāle impetū
ut hec fiat / Sunt autem
eciā ista ex ipā nā rei
Nāle est eciā / q̄ exponat
periculo bonū partis pro
salute boni tocius ut q̄
abscidatur membrū putri
dum ne pereat totum corpus
Sic quia fures et malefi
ci et quilibz malefactor
turbat pacem civium insi
diatur cōi bono / ideo
nāle ius exigit ut tanq̄
membrū putridū abscidat
et extermīnet ne exponā
periculo / et ne impediat
cōe bonū / nāle ē q̄o ta
lia punire / sed ea punire
sic vel sic ē positiuum ideo apd
omēs volentes civiliter viuere
maleficia puniuntur sed nō
apud oēs omīa eadem male
ficia penis ubi q̄o termina
ius nāle ibi incipit oriri
ius positiuum / et sicut q̄ sunt
per artem hoī adinventa fun
dan̄ in hiis q̄ sunt tradita
a nā / Ius eciā positiuum
per artem et industriam
homī adinventū presuppōt
ius nāle et sic ea q̄ sunt
artis presupponunt ea q̄ sunt
nature Quare p̄ ius nāle

debeat fures et maleficos
esse puniendos / hec presuppo
nens ius positiuum procedit
ulterius determinans quā
pena tales sit puniendi
Hoc viso q̄ntum ad pn̄s spec
tat duplicē differentiā assignare
possumus inter ius nāle
et positiuum / Prima ē q̄
ius nāle / prima facie
se offert intellectui / ius
positiuum nō statim cogitō
se offert / sed ē per industriā
homī adinventū / et quia
sic se offert intellectui no
stro nāles leges et q̄ ē de
nāli iure / semper dr̄ esse
scriptū in cordibus nris / na
gentes q̄ legem nō habent
nāl / ea q̄ legis sunt faciunt
et ostendunt / opus legis
scriptum in cordibus eorum
Ius vero positiuum q̄z nō sic
est scriptū in corde / nec a
memoria recedet / oportuit
ipm scribi in aliq̄ exteriori
sub̄a / pt itaqz determinat
ius scribi in exteriori sub̄a
tam nāle q̄m positiuum
nāle tn̄ nō sic indiget
ut scribat̄ sic positiuum / Na
nō sic pt a memoria re
cedere sic illud Scd̄a dr̄a
ē q̄z ius nāle ē idē apd
omēs ideo dr̄ esse ius cōe
sed ius positiuum diuersificat̄
apud diuersas civitates

Ideo vocatur ius proprium, id est quod cum superaddit ut recitat philosophus. Rethoricus primo. Appellavit ius naturale etherem sive ignem quod continuatur procedit per inexplicabilem claritatem. Ignis enim in propria spera quo plus se diffundit quam alia elementa et diffusior est omnibus illis assimilatur iuri naturali quod est diffusius et communius quam positivum et est notius et clarius io. Ex hiis ergo patet primo quod omnes distinctiones quas ponit philosophus de iure sive de iusto reducuntur ad ius naturale. Nam ut patet prohibita ius naturale dicitur esse septimum esse commune secundum naturam ius vero positivum dicitur esse septimum et esse proprium et legale. Quid autem tenendum est de iure gentium et de iure animali in sequenti capitulo apparebit.

Quomodo ius gentium et ius animalium a iure naturali habet esse distinctum. XXV.

Omnes distinctiones de iure factas a philosophis in precedenti capitulo tetigimus bimembres erant quia unum membrum continebatur sub iure naturali et aliud sub civili sive sub positivo. Iuriste tamen ut dicebatur tertium addiderunt membrum ut ius gentium secundum communem modum loquendi. Potest ibi addi membrum quartum ut ius animalium. Ad cuius evidentiam sciendum quod homo ut homo est et secundum propriam rationem consideratus differt ab animalibus aliis. Sed ut est animal et secundum communem rationem acceptus convenit cum illis. Si ergo capiamus de iure naturali ad quem habemus naturalem impetum et inclinationem, huius naturalis impetus ut sequitur naturam rationalem ut sumus homines et differimus ab animalibus aliis, et tale appellatur ius gentium. Si vero inclinatio ista sequitur naturam nostram ut convenimus cum animalibus aliis, sic dicitur esse ius naturale. Ideo instituta de iure naturali ius hec sic tradita. Dicit quod ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Huiusmodi enim ius ut ibidem scribitur non est proprium humani generis sed omnium animalium, que in celo, que in terra et que in mari nascuntur. Secundum hoc ergo est de iure naturali coniunctio maris et femine, procreatio prolis et filiorum. Nam si ad hec homo naturaliter inclinatur et huiusmodi impetus sequitur naturam humanam, non tamen sequitur ipsam ut humana est sed ut est animalis et ut conveniat animalibus aliis. Nam et alia

Animalia naturaliter inclinantur
ut masculi coniungantur feminis
et filios generent, et ut ipsos
nutriant et foveant. Ius
vero gentium dicitur quod non est co-
mune animalibus aliis, sed
homini est omni generi. Ex hoc
ergo videtur pene omnes contractus
sunt introducti ut emptio
venditio locatio conductio
et cetera talia, sine quibus
societas humana non bene
sufficit sibi ad vitam. Inde
est ergo quod mutuum et depo-
situm quia et deserviunt ad vitam
humanam, in quibus alia ania-
lia non communicant, sub hoc iure
gentium continentur. Ius ergo
gentium est quoddam ius
naturale contractum. Ius itaque
illud quod non omnia animalia do-
cuit et quod sequitur inclinationem
nostram naturalem ut communicamus cum
animalibus aliis respectu iuris
gentium, dicitur esse naturale. Nam
si attendentur praedicta in prae-
cedenti capitulo ius naturale est quod
omne est notum, et quid
immutabile. Quanto ergo
ius aliquod est communius notius
et immutabilius tanto ma-
gis meretur nomen iuris natura-
lis. Ius ergo id quod omnia animalia
docuit, et in quo omnia animalia
communicant est communius quam ius gen-
tium et per consequens notius.
Omnia sunt nobis nota
confusa magis. Quanto
enim aliquid est universalius
tanto est intellectui nostro
notius et prius cadit in
apprehensionem nostram, et est tanto
magis ius immutabile re-
spectu iuris quanto magis
applicantur ad materiam speci-
alem tanto pluries iura de-
fectum continent et in plu-
ribus casibus non sunt observan-
da, et maiores mutationes
suscipiunt. Merito ergo huius-
modi ius dicitur naturale respectu iuris
gentium. Viso quod ius gen-
tium differt a iure naturali, de le-
vi apparere potest quod ius ania-
lium differt a iure naturali. Nam
si humana natura inquantum
homo aliquid est conveniens cum na-
turis aliorum animalium
sic inquantum homo vivit et
est quoddam ens convenit cum
plantis, et cum rebus aliis
et cum viventibus aliis. Potest
ergo sumi natura hominis non ut homo
conveniat cum aliis animalibus
vel ut convenit cum entibus
omnibus. Nam homo natura appetit
conservari in esse, quod et omnia
entia appetunt naturaliter, appetit
producere filios educare pro-
lem, quod et alia animalia con-
cupiscunt naturaliter, et appetit
vivere in societate et debi-
ta pacta et conventiones
inire praeter alia animalia, est proprium
solius hominis. Si ergo

Regule agibilium fundantur super hec: quod sicut homo naturaliter appetit esse, sic huiusmodi regule esse poterunt de iure naturali, prout natura humana est entitas et convenit cum entibus omnibus. Si vero ille regule fundantur ex eo quod homo naturaliter appetit filios producere et educare, sic esse poterunt de iure naturali, prout ius naturale est contractum ad ius gentium, quod est proprium soli humano generi. Ex hoc ergo manifeste patet quod sicut ius gentium non dicitur ita ius naturale sicut ius quod natura omnia animalia docuit, sic ius huiusmodi quod natura omnia animalia docuit non est ita naturale sicut ius illud quod sequitur inclinationem nature nostre, prout non solum communicamus cum animalibus sed etiam convenimus cum entibus omnibus. Nam huiusmodi ius est nobis et omnibus ubi. Nam appetere bonum et esse et fugere malum et non esse est plus de iure naturali quam appetere procreare filios et nutrire prolem. Erit ergo hic ordo, quod ius strictius nature nostre prout appetimus esse et bonum est naturale, secundum intrinsecum civilis quod est simpliciter positivum. Tria ergo sunt aliquo de iure naturali, secundum quod inclinatio sequitur naturam nostram. Nam si inclinatio illa sequitur naturam nostram ut humana est, sic est ius gentium; sed ut convenit cum animalibus aliis, sic competit nobis id quod natura omnia animalia docuit; sed si ut convenit cum entibus aliis omnibus, sic habet esse ius id quod per antonomasiam dicitur esse naturale. Appetere enim esse et bonum et fugere non esse et malum, quod naturali appetimus prout natura nostra convenit cum omnibus entibus, sic est de iure naturali. Ceterum alie regule et cetere leges, sive sint naturales sive civiles, ex hoc sumunt originem et in hoc fundantur. Nam in omnibus attenditur vel adeptio boni vel fuga mali. Sed hec diffusius pertractare alterius exposcit negotium. Sufficiat autem ad presens scire quomodo ius gentium et ius animalium et etiam ius civile differt a iure naturali.

Qualis debeat esse humana lex, et quod condere tales leges fuit utile regno et civitati. Capitulum XXV.

Dicebatur autem ius civile sive ius humanum et positivum ad tria comparari, scilicet ad ius naturale sive ad legem nature, a qua suscipit fundamentum, et bonum commune quod in ea intenditur, et ad gentem

Ad quam applicatur, quae per
illam legem est regulan-
da. Tria ergo lex habe-
re debet prout ad haec tria com-
paratur. Nam ut lex huma-
na comparatur ad legem na-
turae, debet quod sit iusta. Ut
comparatur ad bonum commu-
ne, requiritur quod sit utilis. Sed
ut refertur ad populum ad
quem debet applicari, debet
regulari per huiusmodi le-
gem, debet quod sit competens
et possibilis consuetudini pa-
triae et temporis et moribus
hominum. Licet autem quod illa di-
versificantur, debet in ipsis le-
gibus aliquam diversitatem
existere. Primo ergo oportet legem
humanam sive positivam esse
iustam ut comparatur ad ius naturale
sive ad legem sive ad le-
gem naturalem. Quam si iusta
non sit non est lex, sed cor-
ruptio legis. Et nihil enim
ab homine iuste statuitur
nisi sumat originem a le-
ge naturali et nisi aliquo mo-
do naturalis ratio dictet statuendum
esse. Secundo lex humana
et civilis debet esse utilis
et comparatur ad bonum commune.
Nam si in lege non inten-
ditur commune bonum non est recta
et regalis, sed perversa et
tyrannica. Nam per hoc rex
differt a tyranno, quia rex di-
citur recte regens et inten-
dit commune bonum. Tyrannus
vero qui perversus est principatur
et intendit proprium et privatum commodum. Sic lex
recta et regia in qua
intenditur bonum commune differt
a perversa et tyrannica in
qua intenditur privatum bonum.
Nam semper finis est regula
omnium operum agibilium. Nam
ut vulgo dicitur si hic inten-
dimus et hic agere volumus
debet hic agere. Tales ergo de-
bent esse leges quales sunt re-
gulae agibilium, quales requirit
bonum et finis intentus.
Tertio cum bonum commune sit
divinius quam bonum privatum
et habeat magis rationem
finis quam huiusmodi bonum,
eo quod privatum bonum ordi-
netur ad ipsum, non debet le-
ges tales fieri quales requirit
bonum privatum, sed quales
requirit commune bonum, eo quod
hoc magis habet rationem
finis et per consequens cum ipsum
magis immediate sint leges
et regulae agibilium. Immo
quia bonum privatum non habet
rationem boni nisi ut ordinatur
ad bonum commune, quia tur-
pis est pars quae discordat
a toto, et quod ut non congru-
it universo. Si in legibus
intenditur aliquod bonum

Proprium hoc non debet esse simpliciter secundum se sed prout ordinatur ad bonum commune. Tertio lex prout comparatur ad populum cui est imponenda debet esse possibilis et competens regioni et consuetudini et moribus illius gentis. Ideo dicitur quarto politicorum quod non oportet policias legibus adaptare sed leges policiis, quia leges debent diversas esse secundum diversitatem policiarum. Volens ergo leges ferre diligenter debet attendere qualis sit populus cuius vitas et conditiones, et prout ei videtur expedire tales debet illis leges imponere. Viso qualiter leges reges et principes decet ponere, quia condende sunt leges que sint iuste utiles et competentes populo cui imponuntur. Declarare restat propter quid expedit regno et civitati hominibus dari leges condendas. Nam aliqui sunt ita boni ita quod a more honesti inclinantur ut agant opera virtuosa et desistant agere perversa, aliqui vero etsi ex seipsis id est ex habitibus quos habent in seipsis non sic sufficienter inclinantur ut declinent a malo et faciant bonum actum sunt tamen faciles disciplinabiles per alios, ita quod soli sermones et sole increpationes inclinant eos ad bonum. Sed aliqui sunt adeo perversi quod nec de se inclinantur ad bonum nec per solos sermones corriguntur, oportuit ergo saltem propter tales statuere leges, quia ut dicitur decimo ethicorum, quod coactivam habent potentiam. Condite ergo sunt leges ut expediebat eas statuere ut saltem metu pene volentes impedire pacem civium desisterent perverse agere.

Quod non cuiuslibet est leges ferre et quod ut leges vim obligandi habeant debent eas promulgatas esse. P.P.C.XIII.

Leges ut patet per prehabita sunt quedam regule agibilium ordinantes nos in commune bonum habentes coactivam potentiam. Duplici ergo via venari possumus quod non cuiuslibet est leges condere. Prima via sumitur ex eo quod leges nos ordinant ad commune bonum. Secunda ex eo quod habeat potentiam coactivam. Prima via sic patet. Nam huius est ordinare cuius est dirigere aliquem in aliquod bonum. Cuius est condere leges et regulas agibilium secundum quas tendimus in bonum illud. Sicut ergo cum bonum commune principaliter intendatur a tota communitate vel a toto populo vel a principante eius debet esse

Respublica et omnes leges que ordinant nos in commune bonum condende sunt a principe, cuius est ordinare et dirigere alios in illud bonum vel condende sunt a toto populo, si totus populus principetur et sit in potestate eius eligere principantem. Nulla est ergo lex que non sit edita ab eo, cuius est dirigere in bonum commune. Nam si lex est divina et naturalis condita est a deo cuius est omnia dirigere in se ipsum, qui maxime est commune bonum, quia est bonum omnis boni; lex vero humana et positiva condita est a principe vel a toto populo, si totus populus principetur, princeps enim et etiam totus populus cum principatur habet dirigere et ordinare alios in commune bonum; cuilibet ergo persona particularis que est pars alicuius multitudinis, debet esse observativa legum, sed non cuilibet est condere leges. Secunda via ad investigandum hec idem sumitur ex eo, quia leges coactivam habent potentiam; potest enim quilibet ex populo movere et persuadere alteri ut bene agat sed huiusmodi monitiones et persuasiones non dicuntur leges quia non habent coactivam. Extendendo tamen nomen legis, precepta, mandata et quelibet monitiones leges dici possunt, tamen quia modum loquendi, ut recitat philosophus primo politicorum. Dicebat Homerus quod unusquisque constituit leges pueris et uxoribus. Volebat enim Homerus quod monitiones et precepta que facit paterfamilias uxori filiis et aliis existentibus in domo leges nominari possunt sed hec non est secundum propriam acceptionem legum. Nam sicut una persona sive tres ordinatur ad bonum domesticum quod est bonum totaliter congruum, sic bonum domesticum ordinatur ad bonum civile et ad bonum regni quod est totalius et perfectius. Et ideo sicut ab uno perfectiori congrua magis habet ratio finis similiter sunt leges agibilium et regule. Secundum quod non ab uno quod intendit a in regno et civitate similiter sunt leges et regule agibilium immo quod vim cogendi et potentiam exterminandi malefactores non habet paterfamilias in se nec persona privata sed princeps et persona publica qui preest regno et civitati aut alii multitudini. Ideo leges habentes coactivam potentiam non sunt condende nisi ab eo qui preest ipsi multitudini vel ipsa multitudine, si tota huiusmodi multitudo principetur. Viso quod non est cuilibet

leges cōdē Decimi pate pt
legem nō hēre vim obliga
di nisi sit promulgata
Nam cū lex sit quoddam
mādatū supioris p quod
ligamur et regulamur in
agibilibus nris. qz supioris
mādatū nō ligat nisi p
venerit vel peruenire pos
sit ad noticiā subditorum
Ad hec qz lex habeat vim ob-
ligandi oz3 eā promulga-
tam esse. sed cū alia sit
lex nālis alia positiā. alr
pmulgat hec. alr illa. Nā
lex nālis ē a deo indita
in cordibus nris. Ideo in
quolz hoīe het promul-
gat et propallat quo
incipit hēre ratōis vsum
per quē cognoscit qz seque-
dum et qz fugiendum z in qz
h ptinet ad ius nāle Sz
lex hūana tūc pmulga
qn extus profertur et pro-
lata in scriptū redigitur
Quare cū in legibus si sit
recte et iuste et a legibus
nālibus derivate qsistat
salus regni et ciuitatis
Decet Reges z pncipes nō
modicā sollicitudē quas
leges imponat pplo cui do-
minant et postqm excogi-
tauerint leges impone-
das ut huiusmodi leges vim
obligandi habeat debent
eas promulgare z promul
gatas custodire z osnare

quia ut phm qnto poli-
tica leges dux cura esse
oz. Primo ut leges bene
instituant. Scdo ut bene
custodiant. vel qz idē est
ut legibus sic institutis bn
obediatur.

Quot et que opa debent otinere leges que a Regibus et a principibus condende sint

XXVIII

Ostendimus in pre-
cedentibus qualis q-
les debent esse
leges condende a re-
gibus et principibus qz debet
esse iuste utiles et one-
niētes pplo cui imponūr
Volumus aut in hoc ca(pitu)lo
declarare q sit effectus legu
et q et quot opa debent
otinere hmōi leges. Dic
aut quidā effectus esse legu
vel quāsz esse opa legalia
videlicet pcipe. pmitte. pro-
hibe. premiare. et punire
Sunt enim leges ut sup dice-
bat quā regule actionum
nrarum sic enim medicina p
dieta et potoz. et p alia
q in ea tradunt vult regu-
lare z corrige hūanos hu-
mores. sic etiā politica
q ē de regimine ciuitatū z re-
gnorum p leges et alia que
ibi docent vult corrige et
regulare actiones hūa-
nas ut ciues iuste viuat

Et debite se habeat. Cetera actiones aut humanas dux tura esse poterit. Una tamen opera se futura pro quanto sint effectui mancipata. alia vero tamen opera iam se messe producta. Utroque modo dicitur esse tura conditoribus legum. De humanis actibus. Unde est ergo quod aliquis effectus legum sumitur respectu operum factorum. Respectu fiendorum quidem tria possunt attribuere legibus videlicet precipere permittere et prohibere.

Respectu factorum vero duo legibus attribuimus punire et premiare. Nam actiones humane ut communiter ponitur in triplici differentia existunt. Nam quedam sunt bone et virtuose quedam male et viciose. quedam vero medie ut ille que de se sunt indifferentes. Multa enim sunt que de se sunt indifferentia licet forte intencione operantis possit esse bona et laudabilia vel mala et vituperabilia. ut si elevare festucam de terra de se sit opus indifferens. Si quis tamen mala intencione elevaret illa ut quod vellet ponere in occulum proximi esset opus pravum et vituperabile. Si vero elevando eam vellet purgare domum vel facere aliquod opus pium propter bonam intencionem operantis quod de se est quasi indifferens esset per virtuosum vel laudabile. Secundum ergo hec tria genera operum fiendorum tria legibus attribuimus videlicet precipere quantum ad opera bona prohibere quantum ad mala permittere quantum ad indifferentia. Advertendum tamen quod per legem impositam communiter omnibus et omnes communiter punctualiter non attingunt medium bonum quod non omnes possunt omnino esse perfecti. spectat ad legislatorem non solum permittere indifferentia non prohibendo ea nec puniendo sed etiam spectat ad ipsum permittere que non notabiliter recedunt a medio. Nam si vellet legislator omnia mala quantumcumque parva prohibere et modica prohibere et punire vix aut nunquam posset aliquem populum regere. Ideo non solum permittenda sunt indifferentia sed etiam que modicam maliciam habent annexam permitti possunt a legislatore. Propter que attribuenda sunt legibus respectu operum fiendorum debent apparere per que attribuenda sunt eis respectu operum iam factorum.

Hec autem sunt duo primo
et premiare ut opera no-
tabilia mala antequam fiant
sunt prohibenda. Sed post-
quam iam sunt facta sunt pu-
nienda. opera vero notabilia
bona antequam fiant per leges
sunt precipienda et complenda.
facta vero sunt premienda. Sed
opera sunt indifferentia vel non
notabilia bona vel nobilia
mala non dicuntur legibus hu-
manis esse premissa. facta
vero nec premiantur nec pu-
niuntur. Cum ergo attribuimus
legibus duo respectu bonorum
operum ut precipere fienda et pre-
miare facta et duo respectu
malorum ut prohibere fi-
enda et punire facta. sed
unum attribuimus legibus respectu
operum indifferentium vel quasi
indifferentium ut permittere.
His itaque sic pertractatis
dicamus quod decet reges et
principes quorum interest sol-
licitari circa commune bonum et
circa regimen regni et ci-
vitatis curam pervigilem
impendere quod leges et
statuta imponant civibus
ut diligenter per se et per
suos officiales discutiant
que bona sunt precipienda et pre-
mienda et que mala sunt
prohibenda et punienda
et que dissimulanda
et permittenda.

Qualiter melius regitur civitas aut regnum, utrum melius regatur optimo rege aut optima lege

xxix

Philosophus tertio poli-
ticorum inquirit utrum
regimen civitatis
sit melius regi optimo
rege aut optima lege.
Adducit autem rationes
duas quod melius sit policiam
regi optima lege quam optimo
rege. Prima sumitur ex eo quod
rex debet esse quasi organum et
instrumentum legis. Secunda ex eo
quod facilius est corrumpi regem quam
legem. Prima via sic patet. Nam
ut dicitur quinto ethicorum princeps
debet esse custos iusti vel in-
stituens legis. Est ergo princeps sive
debet esse princeps quoddam
organum iuste legis ut quod
lex iuste fieri precipit rex
per timore potentie observari
facit. Si ergo est principalis
et eligibilius in regimine quam
organum et instrumentum regi
optima lege eligibilius est quam
regi optimo rege. Hec est ergo
quod ait philosophus tertio politicorum
quod eligibilius est principari legem
quam reges et principes.
instituendum est esse serva-
tores legis et ministros legum.
Secunda via ad investigandum
hoc id sumitur ex eo quod facilius

est regem peruti quam legem. Nam Rex cum sit homo non dicit tantum intellectum, sed dicit intellectum cum concupiscencia, dato ergo quod rex non peruertatur eo quod est intellectus, peruerti tamen potest ex eo quod habet concupiscenciam annexam. ideo dicitur tercio Ethicorum quod aliquando optimos viros furor et concupiscencia tandem inficit et peruertit, inficit enim optimus homo per concupiscenciam et si non contingit adesse optimum, quia non est ultra optimus. Rex itaque dicit intellectum cum concupiscencia. Sed lex que est aliquid pertinens ad racionem videtur dicere intellectum solum. ideo dicitur tercio politicorum quod qui iubet principari intellectum iubet principari deum et legem. Sed qui iubet principari hominem per concupiscenciam annexam apponit ut principetur et bestia.

Nota

Nos ergo racionibus videmus undique melius regimen et ciuitatem regi lege quam rege. Sed quod hoc non sit simpliciter faciendum ostendit philosophus in eodem tercio. Nam ut ait lex universalis dicit quod non est universale, oportet ergo humanas leges constitucionesque sit excepcione in aliquo casu deficere. melius est ergo regimine regi optimo rege, quam optima lege, ut per regem corrigi possint legales defectus. itaque ut appareat quod circa hanc materiam sit dicendum, Sciendum est legem et quendam principem esse inter legem naturalem et positiuam. Nam non recte principatur nisi agat ut recta racio dictat. Nam racio dicitur esse regula humanorum operum, quare si nomen Regis a regendo sumptum est, decet regem regere alios et esse regulam aliorum, oportet regem in regendo alios sequi racionem rectam et per consequens sequi naturalem legem, que ex recta racione consurgit. Rex ergo in regendo est infra naturalem legem quod nunquam recte regit, in quantum a lege naturali non deuiat. Est tamen super legem positiuam, quia eam sua auctoritate constituit ita quod sicut Rex nunquam recte regit nisi innitatur legi naturali et agat ut recta racio dictat. Sic lex positiua nunquam recte legat, nisi innitatur auctoritati regis aut alterius principantis. Nam ius positiuum et legale ut supra dicebatur ex principio nil differt sic uel aliter, quam autem postquam pro auctoritate ponentis differt, quare lex positiua est infra principantem. Sic lex naturalis est super. et si dicatur legem aliquam positiuam esse super principantem hoc non est ut positiua, sed ut in ea sernatur virtus iuris naturalis. Cum ergo queritur utrum melius sit regimen a ciuitatem regi optimo rege, an optima lege, si loquimur de lege naturali, potest hac principaliore esse in regendo quam sit ipse Rex

Eo quod non potest Recto Rex nisi
innititur illi legi ipsi quod bene
dictum est, quod innititur philosophus
tertio politicorum, quod in recto re-
gimine principatur non dicitur besti-
a, sed deus et intellectus. Nam
tunc principatur bestia cum quis
non nititur regere alios racione
sed passione et concupiscen-
cia, in quibus communicat cum
bestiis. Tunc vero principatur
deus et intellectus, cum quis
in regendo alios non deviat
a racione recta et a lege
naturali quam deus indidit in-
tellectui cuilibet, sed si lo-
quimur de lege positiva me-
lius est regi optimo rege et
maxime in casibus illis in quibus
talis lex deficit et dictat ubi
observanda. Et ideo hoc ergo conclu-
debat racio in oppositum facta
quod melius est regi ~~esse~~ rege
quam lege, eo quod lex particularia
declarare non potest, ideo expedit
regem aliquem principem, propter
racionem rectam aut per legem naturalem
quam deus impressit in mente cuius-
libet hominis, dirigere legem posi-
tivam et esse super iusticiam lega-
lem, et non observare le-
gem ubi non est observanda.
Ex hoc autem patet quomodo seve-
ritas et clemencia possunt si-
mul stare cum iusticia. Nam hu-
mani actus propter particulares
circumstancias et propter eorum insta-
bilitates ut vult philosophus
V. Ethicorum, non possunt mensu-
rari regula inflexibili
ut puta ferrea, sed oportet

ut mensuretur regula plumbea
que sit applicabilis humanis
actibus, oportet ergo aliquando legem
plicare ad partem unam et agere
cum delinquente cum lex dictat
aliquando eam oportet eam plicare
ad partem oppositam et rigidius
punire peccantem quam lex det-
erminet. Nam particulares cir-
cumstancie quas legislator determinare non
potuit aliquando alleviant delic-
tum, et tunc iuste et secundum racionem
clemencius agitur cum delinquente.
Aliquando vero tales circumstancie
aggravant et tunc est rigidius
intendendum. Rigor ergo et
clemencia, licet videatur esse
preter iusticiam legalem et positivam,
non tamen sunt preter iusticiam simpliciter
si racionabiliter fiant exigentibus
particularibus circumstanciis. Unde est
ergo quod in iudicando aliquando
dicitur esse de equitate, aliquando
de rigore, aliquando vero de clemencia.
Nam cum dicta regula legis
manet recta et equalis non
plicata ad aliquam partem,
iudicia mensurata secundum ta-
lem regulam dicuntur ex equitate
procedere. Si non exigentibus
condicionibus delinquentis leg-
alis regula plicetur ad partem
misericordie, iudicium tale
dicitur procedere ex gracia
vel ex clemencia. Sed si dic-
ta regula plicetur ad partem
oppositam fiet iudicium ex ri-
gore sive ex severitate. Et quia
hec omnia iuste et racionabi-
liter fieri possunt clemencia et severitas

Simul cum iusticia prius existere

Quod preter legem humanam et naturalem oportuit dare legem ewangelicam et divinam

xxx

Oportuit enim aliquos de suo ingenio presumentes dicentes theologiam superfluere ex quo habemus phisicas disciplinas in quibus determinatur de omni ente et superfluere legem ewangelicam et divinam ex quo habemus legem humanam et naturalem quibus videntur omnia vicia prohiberi et omnes virtutes precipi. sed quod preter legem naturalem et humanam expediens fuit dare legem ewangelicam et divinam triplici via probare possumus quod communiter a doctoribus traditur. prima sumitur ex parte punicionis peccatorum. secunda ex parte cognicionis mentis. tercia ex parte finis sive ex parte finalis boni quod intendimus adipisci. prima via sic patet. nam ut supra dicebatur lex humana non omnia peccata punit. Et duplici de causa contingit. prima est quod communiter populus non potest attingere penitencialem forum (?) unde deo dante et oportet ista peccata dissimulare et non punire lege humana ad hoc quod possit durare principatus in populo. Non enim esset possibile aliquem diu esse principem si vellet omnia peccata punire et omnes transgressores corrigere. Residuas (?) transgressiones non te (?) posset puniri a principante. nec tamen est possibile simpliciter omnia delicta puniri quia non omnia perveniunt ad noticiam principis. immo aliqua sunt adeo oculta ut interiores concupiscencie quod lege humana puniri non possunt. oportuit ergo preter legem humanam dari aliquam legem ut nullum malum remaneret impunitum et nullum bonum irremuneratum. Ad hoc autem faciendum non sufficit lex naturalis. ut in proposito probabitur. oportuit ergo dare legem ewangelicam et divinam. cum quia prohibentur tam delicta interiora quam exteriora. quia transgressores vel in hoc seculo vel in alio puniuntur. Ex hoc autem apparere potest quod lex humana prohibet concupiscenciam et quomodo non prohibet sed prohibet manum et non animum. dicebatur ut supra hoc declarando. Secunda ergo quia assequitur intencio legislatoris lege omnia humana peccata prohibentur vel prohiberi debent non enim hunc

Rectam intencionem Rex uel quilibet alius legislator, nisi intendat suos ciues facere quam virtuosiores potest, sed tamen ad perfectam virtutem non inducat nisi intendat omnia peccata vitare, si consideretur lex quantum ad intencionem legislatoris prohibet animi et concupiscencias, immo ut patet per philosophum secundo politicorum, cum disputat contra Socratem secundum hunc modum magis prohibetur concupiscencia quam actus exterior, eo quod actus exteriores tunc maxime inducunt nos ad virtutem, si sint boni, et ad vicium si sint mali, cum procedunt ex interiori appetitu, sed si consideretur lex humana non quantum ad intencionem legislatoris, sed quantum ad punicionem, sic dicendum non prohibere interiores motus animi, eo quod talia delicta non puniat, immo secundum hunc modum non solum lex humana non prohibet interiores concupiscencias, sed etiam non prohibet omnia exteriora delicta. Nam legibus etiam humanis aliqua dissimulantur minora mala ut vitentur maiora, ut permittuntur fornicatores simplices, et non puniuntur humanis legibus ut vitentur adulteria. Secunda via ostendens necessitatem legem esse Euangelicam et diuinam sumitur ex parte cognicionis nostre et ex incertitudine iudicii nostri. Nam de contingentibus particularibus et de agibilibus humanis adeo sunt diuersa iudicia hominum ut de eisdem apud diuersas gentes diuerse sint leges, secundum eorum iudicium quoddam aliquid est iustum quod secundum iudicium aliorum est iniustum. Cum ergo in humanis iudiciis tanta possit dubietas et error, expediens fuit lex euangelica et diuina certa contra quam error non valet. Tercia via sumitur ex parte finalis boni quod intendimus adipisci. Nam cum huiusmodi bonum sit supra facultates nature nostre, lex naturalis et humana iuuantes nos ad consequendum illud bonum quod possumus naturaliter adipisci non sufficiunt ad consequendum bonum id supernaturale. Ergo necessaria fuit lex euangelica et diuina per quam ordinamur ad id bonum. Decet ergo Reges et principes esse quasi semideos et esse intellectu sine concupiscencia et esse formam et mensuram et regulam agibilium, si respiciatur ad leges diuinas naturales et humanas, et sic excedunt alios potencia et dignitate, sic eos superant bonitate et virtute

Ut quantum possibile est assuescere innouare aut mutare leges

xxi

Querit philosophus secundo politicorum cum disputat contra ypodomum utrum sit expediens ciuitatibus innouare priores leges et inducere nouas consuetudines. ordinauerat enim ypodomus ut supra tetigimus quod inuenientes aliquid legere ciuitati proficuum honorem acciperet in ciuitate illa. et quia homines communiter sunt honoris cupidi inducebantur multi ut inuenirent consuetudines nouas dicentes eas esse utiles et proficuas ciuitati soluerent leges patrias et antiquas. merito ergo dubitabatur an positio ypodomi esset bona et an expediat sepe sepius immutare leges. dato casu quod occurrant leges alique que uideantur esse magis proficue et meliores. adducit autem philosophus secundo politicorum quatuor uias per quas uidetur ostendi quod expediat innouare leges. Prima sumitur ex parte scientiarum et artium. Secunda ex parte prauitatis legum quarundam. Tercia ex simplicitate conditorum legum. Quarta ex indeterminatione particularium circumstanciarum. Prima uia sic patet. Nam in aliis scientiis sic uidemus quod si occurrerat posterioribus quid melius reperiendum sit dicta priorum puta in medicinali. innouata sunt multa circa eloquia. et in sciencia gimnastica siue in arte luctatiua quod docet luctari ut innuit philosophus tercio politicorum. multa que priores tradiderunt per posteriores sunt immutata et innouata. Quare sic erit et in legibus quod si occurrant meliores leges quam sint tradite a prioribus patribus non sunt ultra leges patrie obseruande. Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte prauitatis quarundam legum. Nam quasdam leges patrias ut philosophus innuit contingit esse malas et barbaricas. sicut erat lex olim apud grecos quod portantes ferrum et alia metalla emebant uxores ad inuicem. quod non barbaricum erat statuere leges ut ciues possent suas uxores uendere. sic etiam contingit leges aliquas esse stultas ut puta legem illam quam ut recitat philosophus quedam gens statuit uidelicet

q si aliquis consanguineus mor
tem inuaderet aliquem quem
et ille parentibus aliis fugit
ab eo / reputabatur fugiens
reus homicidii. Dicebat
enim legislator quod non fugit
et nisi sentiret se culpabi
lem / sed hoc statutum fuit
statutum / quod sive aliquis
sit culpabilis sive non /
tamen timeat vulnerari na
turale est ut fugiat persequen
tem / ergo quod aliquas leges pa
trie sunt prave / innouan
de sunt antique leges. Tercia
via sumitur ex simplicitate
condencium leges / Nam aliqui
condentes leges contingit esse
simplices / irracionale ergo
esset / si posteriores sapientes
non possent immutare le
ges patrias propter simplicitatem con
ditas / ergo in tali casu mu
tande essent priorum le
ges. Quarta via sumitur
ex indeterminacione particulari
um actuum / Nam agibilia
particularia indetermina
ta sunt et perfecte comprehendi
non possunt quare quantumcumque
conditores legum / fuerint
sapientes / potuerunt eos la
tere aliqui particulares
circumstancie / circa agibilia ho
minum / si ergo posterioribus
per experienciam agibilium
particularium occurrat
aliquid melius / innouetur

non est remouere leges patrias
et antiquas propter meliores le
ges nouiter inventas /
Videntur itaque hee raciones
probare quod quocienscumque oc
curreret quod melius sunt leges
patrie immutande / sed
hoc simpliciter asserere est valde
periculosum civitati et regno /
Nam assuescere mutare no
vas leges ut innuit philosophus
secundo politicorum / est assuescere non
obedire legibus / Nam leges
magnam efficaciam habent
ex consuetudine / de facili enim
quis facit contra aliquid quod est
per diuturna tempora obseruatum /
assuescere autem non obedire
legibus est assuescere non obe
dire regibus et principibus
et per consequens est tollere principa
tum et regimen / quantum autem
malum sit non obedire
regibus et principibus / ostendit
philosophus Rethorice primo / quod aut
magis nocere assuescere
non obedire principibus quam
non obedire medico / Nam
medici intendunt bonum cor
poris. Volunt enim corpora in
ducere ad sanitatem / sed ~~inde~~ veri
legislatores et veri reges
principaliter intendunt bonum
anime quia intendunt indu
cere cives ad virtutem. Ut
ergo appareat quid tenendum
sit de quesito / sciendum

q lex positiva si recta sit
ozt q inmittatur legi na-
turali et determinet gesta
particularia hominum / Sup-
liat go hing di pt lex
hre defectum / Primo si sit
contraria nali legi / Scdo si non
suffi determinet particula-
ria gesta. Si primo defi-
ciat leges patrie et posi-
tive non sunt leges sed cor-
ruptiones legum ipsi q con-
servari non debent / Nam
leges positive / licet sit ad-
dite nalibus legibus non tamen
sunt contrarie illis / nisi vellemus
appellare contrarium iuri nali
q non est a natura inductum
sed est ei additum et appo-
situm / et per arte hominum
adinventum / secundum quem
modum loquendi homo est
nudus na / et vestimentum
est contra natam / Nam contrarie
vestitum videtur contrariari ei
q est esse nudum / sed huius
modum loquendi loquuntur
iuriste / ut patet ex institu-
ta de iure nali ubi dicitur
q leges nales sunt contrarie iuri
humano / quia iuri nali ab
initio omnes homines liberi
nascebantur / servitus ergo
est contra natam / inquantum natura
non inducit servitutem / sed
ad utilitatem hominum per leges po-
sita / sed sic appellare ali-
quid esse contra natam / est
ruditer loqui / Nam ipse
id

est contra natam / cum contrarium dic-
tat ratio nalis / et quia
propter utilitatem communem / et prop-
ter bonum hominum est ser-
vitus introducta ut supra
in secundo libro audivimus ali-
quos servire aliis / et obe-
dire / licet sit iuri nali ad-
ditum et appositum sicut
vestimentum est additum cor-
nudo / quod est natura productum
non tamen est contra iure nale / quia
huiusmodi nales non contradicant
leges ergo defitientes / que sunt
prave et contra iura nale cuius-
modi erat lex illa / q cives
mag uxores vendere pos-
sent / vel quecumque alie
leges sunt prave et iniu-
ste non sunt observande sed
extirpande / Si vero leges
defective sunt / quia non comple-
te determinant particularia
agibilia / dato q occurrat
leges meliores et ma-
gis sufficientes non est
assuescendum innovare
leges. Primo quia aliquando
contingit contra talia deci-
pi / quia creduntur meliores
qui sunt priores / et cre-
duntur magis sufficientes
quam sunt. Dico tamen q si in
aliquo sufficientiores essent
leges noviter ad invente
sunt tamen leges antique

Et patrie obseruande. quod quidem attendendo ex vna parte quomodo proficit dando sufficientiorem legem tamen ex alia parte nocet tollendo consuetudinem et diuturnitatem temporis propter hoc efficaciam magnam non est quod sicut de artibus et de legibus, quia artes et scientie tota efficacia habent ex ratione, sed leges non sic, immo magnam efficaciam habent ex diuturnitate et ex assuefactione, decet ergo reges et principes obseruare bonas consuetudines principatus et regni et non innouare leges patrias nisi fieret recte ratione congrue.

Quid est ciuitas aut quid est regnum et qualem oportet esse populum existentem in regno et ciuitate. P.P.P.II

Circa regimen regni et ciuitatis ut superius dicebatur erant quatuor pertractanda videlicet qualis debet esse rex siue princeps, quales consiliarii quales iudices et qualis populus. Expeditis ergo tribus restat dicere de quarto scilicet de populo, sed ad sciendum qualis debeat esse populus, et quomodo debeat se habere ad principem non modicum ad manifeste scire quid sit ciuitas et quid regnum, intendimus in hoc capitulo declarare et diffinire quid sit ciuitas et regnum. Sciendum ergo quod quid sit ciuitas et licet ciuitas sit aliquo modo naturale quia eo quod naturale habemus impetum ad ciuitatem constituendam, tamen non efficitur nec perficitur ciuitas nisi ex opere et industria hominum, que autem ex arte humana efficiuntur potissime diffiniuntur et cognoscuntur ex fine et bono ad quod ordinantur, et potissime scimus quid sit domus et qualis debeat esse domus si sciamus propter quid facta est quia propter hoc ut defendat nos a pluuiis et caumatibus, qui ergo scire volunt quid sit ciuitas et quanta sit bona illa ad que deseruit constitutio ciuitatis, et ad extendendum est quod bonorum materia sit poca.

Narrat quidem philosophus tercio politicorum volens diffinire quid sit ciuitas, ex bona ad que ciuitas ordinatur. Est enim ciuitas constituta primo propter continuitatem loci ut homines simul cohabitent. consurgit enim ex hoc quedam iocunditas et delectatio. Nam nullius boni sine socio iocunda est possessio quando propter magis multitudine auri et argenti pollent

Et omnibus victualibus ha-
bundent, et tamen non vive-
rent in societate ut alii
suas magnificentias percipe-
rent, ut eis sua bona
communicare posset nec multum
reputaret illa facta; est
ergo civitas ut homines simul
in uno loco viventes io-
cunde et delectabiliter con-
versentur. Sic ergo est civitas
constituta non solum propter
iocunde et delectabiliter
conversari, et etiam propter ipsum
vivere. Nam homines in eadem
civitate commorantes de-
serviunt sibi ad vitam
et unus alteri subveniunt in
hiis autem sufficientia vite
quod sic esse non posset, si homines
solitarie morarentur. Ter-
tio facta fuit civitas contra
impugnationem contrariam, et propter non
iniustum pati. Nam esse ho-
minis solitariam vitam ducentis
non est sufficientis resistere in-
pugnationibus, et vitare
iniurias, et iniustitias
sibi factas; constituta fuit
civitas ut homo qui solitarius
esse non posset tueri ab ho-
stibus existentes multitudine per
virtutem absque formidine vi-
vat. Quarto fuit civitas
ordinata propter commutationes
et contractus, dicebatur enim
supra cum de legibus

tractabamus quid facere
commutationes et contractus cau-
sa servis generandum, et erat propter
humano generi, quia cum non
habet omnia sufficientia ad vi-
tam, nisi commutet ea in
quibus habundat in ea
a quibus deficit. Ideo necesse
fuerint emptiones venditiones
commutationes et contractus
quod omnia ista facilius fiunt ho-
minibus simul convenientibus, consti-
tuta fuit civitas ut ho-
mines simul convivent. Quintum
bonum ad quod civitas ordi-
natur est convivatio commu-
nium. Nam homines simul con-
viventes ad invicem amici-
tiam contrahunt ut firmius
se diligant vel propter aliquod
aliud bonum, quod videtur
mutuo consurgere inter convivia
et fiunt ad invicem affines.
Sextum bonum propter quod est civi-
tas constituta est vivere eligi-
biliter et virtuose. Nam magis
puniri delinquentes et
maleficia si homines simul convi-
vant in civitate quam si mo-
rarentur dispersim et vitam
solitariam ducerent, inde est
ergo quod timore pene multi
desinunt male facere, et assu-
escunt ad operationes bonas
quod faciendo disponuntur

ut fiant boni et virtuosi, quoniam
ergo virtutes et opera virtuosa sunt
maxima bonorum, licet propter omnia
predicta bona sint aliquo modo
civitas constituta, potissime
tamen constituta est propter vivere eli-
gibiliter et virtuose, quare si a ma-
iori fine et a maiori bono
quod intenditur in re accipien-
da est eius notitia, bene dic-
tum est quoniam dicitur tertio politicorum
quod unitas loci, communicatio con-
nubiorum, impugnationis contraria,
commutatio rerum, et cetera talia
sunt ea sine quibus non habet
esse civitas perfecta, tamen est civi-
tas constituta propter bonum et vir-
tuose et feliciter vivere. Con-
sequenter ergo quid sit civitas dici debet quod
est communicatio civium propter bene et
virtuose vivere, et propter perfectam
et per se sufficientem vitam. Vi-
so quid est civitas, de levi
videri potest quid est regnum. Nam
regnum super civitatem videtur
addere multitudinem nobilium et
ingeniorum. Est enim civitas
pars regni et in regno est ma-
ior multitudo, et sunt plures
nobiles et ingenui quam in
civitate una, potest ergo sic diff-
iniri regnum, quod est multitudo
magna in qua sunt multi nobiles
et ingenui vivientes secundum vir-
tutem ordinati sub uno viro
optimo ut sub rege. Viven-
dum secundum virtutem est finis prin-
cipalis intentus in quolibet

cive, in qualibet civitate et in
toto regno. Nam secundum philosophum 3°
politicorum idem est finis unius civis
et totius civitatis, sic etiam
dicere possumus quod idem est unius
civitatis et totius regni.
Debet enim rex si sit verus et rec-
tus idem intendere in uno ci-
ve et in tota civitate et toto
regno. Nam cura pervigili
studere debet ut quilibet civis
virtuose se habeat, ut tota
civitas virtuosa existat et ut
totum regnum bene et virtuose vi-
vat, sed si quilibet civis debet
virtuose vivere quia secundum philosophum in
politicis secundum quod aliquis exce-
dit alios in potentia et digni-
tate, sic decet nobiles et inge-
nuos esse magis bonos et
virtuosos quam cives alios propter
quod regem ipsum, tamquam omnibus excel-
lentiorem, decet esse optimum et quasi
semideum. Unde et quia regnum
debet esse multitudo in qua sunt multi
nobiles et ingenui, non quo-
cumque modo se habentes sed vivientes
secundum virtutem, et ordinati sub
uno viro optimo, ut sub rege.
Ostenso quid est civitas et quid
regnum, de levi patere potest qualis
debeat esse populus existens
in regno et civitate. Nam
si civitas et regnum principaliter ordi-
nantur ad vitam bonam et vir-
tuosam, habitatores regni et
populum existentem in civitate et
regno oportet esse tale quod

viuat bene et virtuose. Inde est ergo quod ait philosophus tertio politicorum quod magis est ciuis habundans in bonis operibus et virtuosis quam si habundaret in diuitiis vel in nobilitate generis vel in aliis exterioribus bonis. Credunt ergo multi esse ciues et esse de regno si in regno habeant domos multas possessiones magnas sed magis sunt de regno habundantes in operibus virtuosis et obseruantes leges rectas et statuta regni quam habentes nobilitatem generis ciuilem potentiam et multitudinem exteriorum bonorum etc.

XXXIII Quod tunc est optima ciuitas et optimum regnum et optimus populus quando est ex multis personis mediis constitutus

Quarto politicorum ait philosophus quod tres oportet esse partes ciuitatis. Nam hii quidem sunt opulenti valde, hii autem egeni valde, hii vero tertii sunt horum medii. Hoc ergo modo diuisa est ciuitas in tres partes diuidi potest quelibet populus et quodlibet regnum. Intendit autem huius capituli est ostendere optimam esse ciuitatem et regnum si ibi sit populus ex multis personis mediis constitutus. Tangit autem philosophus quarto politicorum quattuor rationes quam potest quattuor vie ostendere meliorem esse politiam et melius esse regnum et ciuitatem si ibi sit populus habundans in multis personis mediocrum personarum. Prima sumitur ex eo quod tales persone magis rationabiliter viuunt. Secunda ex eo quod inter ipsos esse habet maior dilectio. Tertia quia ibi est maior equalitas. Quarta quod ibi est minor inuidia et minor extinctio. Prima via sic patet. Nam si in populo sint multi valde diuites et multi valde pauperes, pauce persone medie vix est inter rationabiliter viuent. Nam multum diuites et multum pauperes nesciunt rationabiliter se habere sed modica eis occasione sumpta eis manifeste nocent. Sic etiam multum pauperes et nimium diuites nesciunt se rationabiliter gerere. Insidiantur enim eis quomodo possint astute et lateter horum depredari bona. Sed si in populo sint multe persone medie cessabunt multa nocumenta et de facili rationi obediunt. Hoc est quod dicit quarto politicorum quod quicquid mediocre est optimum et optima est pos-

cessio media et facillime ratio obedit. Nam si una pars civitatis sit semper ingenua et semper potens et semper divites, alia vero huic contraria sit semper egena, semper debilis, et valde vilis, difficile est vacare seditionem. Nam hii quidem scilicet semper potentes fient nequam, valde astute et latenter insidiantes divitibus. Secunda via sumitur ex mutuo amore, quem debet esse inter existentes in eodem regno vel inter commorantes in eadem civitate. Nam ut dicitur quarto Ethicorum. Isti videlicet pauperes nunquam sibi amant principes et potentes et divites. Hec autem sibi subdi sunt valde nociva civitati ut quod sit mutuus amor inter cives, bonum est plurimum habundare in personis mediis. Tertia via sumitur ex equalitate et iusticia que est servanda in civitate. Nam ut ait Philosophus excedentes et in fortuniis potentes divitiis et amicis et in aliis huiusmodi bonis nesciunt subici, quia autem in excessu sunt indigentes et pauperes nesciunt principari, quare si populus sit solum ex duabus partibus constitutus ex nimium divitibus et nimium pauperibus et pauci aut nulli sint

ibi persone medie, de facili reservabunt inequalitates et iniusticia, sed divites pessimi vellent principari et subpeditare alios. Alii vero contra victores dissensionem faciunt et si contingat pauperes obtinere, quare principari voluerint male tractabunt divites et potentes. Quarta via sumitur ut videtur invidia et contemptus. Nam pauperes ut dicitur quarto Politicorum maxime invident divitibus et divites maxime contempnunt eos. Nulla societas est bene durabilis ubi est multa invidia et contentio, quare si optimus est populus ex multis personis mediis constitutus quare tunc de facili vacabit vinces ad invicem se diligent reservabunt inter illos equalitatem et iusticiam nec erit inter illos contemptus et invidia. Non enim habebit unus unde alium contempnat nec unde ei invideat. Videtur ergo esse talem existere et non esse magnum excessum inter personas. Huic autem veritati attestatur quod Salomon Charondas et Ligurgus tradiderunt de politiis, dixerunt enim eas constituendas esse ex personis mediis. Decet ergo reges et principes adhibere cautelam

Ut in suo regno habundent persone medie ut nec aliqui ad nimiam paupertatem devenientes efficiantur velud nimis divites quia si potest sine racione pro quacumque causa liceat civibus paternas possessiones vendere. Nec pro quibuslibet eciam indifferenter liceat quasdam possessiones emere adhibita enim debita diligentia circa empciones agrorum et circa hec poterit aliqualis equalitas reservari inter cives.

XXXIIII

Quod expedit populo cum magna reverentia regibus obedire et cum summa diligentia leges regias observare

Consequenter autem populus quantum ad presens spectat tria sunt cum magna diligentia obediat regibus et principibus et observet leges regias ex quibus triplici via venari possumus quoniam sit utile et et expediens populo obedire regibus et observare leges. Primo enim ex hoc sequitur populus virtutes et maxima bona. Secundo quia ex hoc oritur salus regni et civitatis. Tercio ex hoc oritur pax et tranquillitas civium et habundancia exteriorum rerum. Prima via sic patet nam ut dictum in precedentibus intencio legislatoris est inducere cives ad virtutem. In recta enim policia ut vult philosophus circa principium tercii politicorum eadem est virtus boni civis et boni hominis et per consequens per eosdem mores est aliquis bonus civis et bonus homo. Si bene obediat principanti et si cives leges ferre quia sic principans recta regula regat populum sibi commissum quia intencio eius est inducere alios ad virtutem cum virtutem faciet eos habere bonum et opus bonum in recto regimine quia bonus civis sit bonus homo et qui bene subicitur regi est bonus vir. Si enim Rex non intenderet quod sibi subiecti essent boni et virtuosi iam non esset rex sed tirannus. Si ergo quilibet civis debet intendere ut sit bonus et virtuosus eo quod virtutes sunt maxima bona cum summa diligentia studere debet ut regi obediat et ne prevaricet leges et precepta eius. Omnibus igitur tam nobilibus quam ignobilibus necessaria est tam obediencia regia et observancia legum immo tanto magis est hec expe

dicens nobilibus quam igno
bilibus quanto decencius ge
cos bonos et virtuosos esse
Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex eo quod ex
obediencia regis et ex ob
servacione legum oritur
salus regni et civitatis
ita ut dicitur primo Rethoricorum
in legibus est salus civitatis
credunt enim aliqui quod ob
servare legem et obedire
regi sit quedam servitus
sed secundum philosophum quinto politicorum
non est servitus sed libertas
Ignorant enim quid est libertas
dicentes observare leges
et obedire regibus esse ser
vitutem cum enim bestie sint
nature servilis quanto quis
magis attendit ad naturam be
stialem tanto est magis natura
servus esse quod sceleratum
affectatorem belli tur
batorem pacis velle vivere
sine freno et sine rege secundum
sentenciam philosophi et secundum
dictum Homeri est esse ma
gis bestiam quam hominem
quare non observantes leges
nolentes obedire legibus
et superioribus sunt magis
bestie quam homines et per
consequens sunt magis servi
quam liberi si non obediant
regibus et non observent
leges Quanta autem salus
consurgat in Regno ex

obediencia Regis sufficienter
ostendi potest per ea que dicuntur verba
philosophi quinto politicorum Cum enim com
parat regem ad regnum sicut
animam ad corpus Ita sicut anima
corpus regit et gubernat sic
Rex regit et gubernat regnum
et sicut anima est salus et
vita corporis sic Rex si recte
principetur est salus et vita
regni Quare sicut pessimum est cor
pori delinquere animam et non
regi per eam sic pessimum est regno
deserere leges regias et pre
cepta regalia et non regi
per regem Tercia via ad
investigandum hoc idem sumitur
ex eo quod ex obediencia regia
et ex observacione legum
oritur pax et tranquillitas
civium et habundancia exteriorum
rerum Nam ut supra dicebatur
legislatores et etiam legislatores ut
reges et principes coactivam
habent potenciam ut quos amor
honesti per interpellaciones
pennas et amicitiam non
retrahit ab operibus sceleratis
saltem timore pene retrahantur
ab illis Expediens enim
fuit regno et civitati habere
aliquem regem vel aliquem
principem ne maleficia tur
barent pacem civium Inten
dit enim quilibet legisla
tor ut corda civium sint
tranquilla et ut cives

Vivat pacifice et unani
mes unde et quod philosophus primo
Rethoricorum videtur velle quod ipsi
sunt legislatores ad ani
mas sicut medici ad cor
pora. Nam sicut medicus inten
dit sedare humores ne
insurgat morbus et bellum
in corpore, sic legislator inten
dit placare corda, sedare
animas, ne insurgat rixa
et dyssensio in regno aut
in civitate. Inde est ergo quod
dicit primo Rethoricorum, quod non in
nocet peccare contra precep
ta medici, quantum assuescere
non obedire principi. Est
enim una magis bonum
quam corporis et pax civium
et eorum quam sit in regno po
tior est quam equalitas hu
morum vel quam sanitas cor
poris. Summo ergo opere studere
debet populus et omnes habita
tores regni circa obedien
tiam regiam, et obser
vacionem legum, cum ex hoc
consurgat tot bonum, quanta
est pax et tranquillitas ex
istencium in regno. Con
surgit etiam ex hoc habun
dancia exteriorum. Nam ex
istente guerra in regno
remanent terre inculte
fiunt depredaciones oriuntur
sterilitates deducuntur
habitatores regni ad inopiam.
Si ergo attenditur quantum bonum
adveniat regno ex rege non
solum regentibus recte regentibus
sed etiam dato quod in aliquo
tirannizaret studere populus
obedire illis. Nam magis
est tollerabilis aliqualis ty
rannides principantis, quam
sit malum, quod consurgit ex in
obediencia principis, et
ex transgressione mandatorum eius.

Qualiter se cives debent et universaliter habitatores regni ne reges provocentur ad iracundiam per illos.

Postquam docuimus
populum et habi
tatores regni ut obe
diant regibus et observent
eorum leges. Volumus in
hoc capitulo declarare qualiter
se habere debent existentes in
regno, ne reges provocentur
ad iracundiam. Quia ipsos, iram ut
dicit philosophus in principio secundi Rhe
thoricorum, est tristicia prove
niens ex appetitu appare
tis punicionis propter apparentem
parvipensionem eorum quod in
ipsum aut in ipsis aliquam ali
ter non convenerit. Nunquam
enim est ira sine aliquali
tristicia. Appetit enim iratus
apparenter id est manifeste

Punire eos qui parvipendit
ipsum vel aliqua que sunt ipsius
vel ea que aliquo ordina
tur ad ipsum. Cum ergo quis
aliquo predictorum modorum
manifeste fore facit in
alium, ille tristatus ex appe
titu punicionis dicitur irasci, et
reges itaque ut non provo
centur reges ad iram non
debent fore facere, nec in
regem nec in ea que
sunt ipsius, nec in ea que
aliquid ordinantur ad ipsum.
Primo quidem expedit eis
qui sunt in regno ut non me
reant regiam iram, non forefa
cere in ipsum regem. Regi
enim duo debentur honor et obe
diencia. Est enim Rex caput
regni. Caput autem in alia
membra dupliciter comparatur. Primo
quidem quia est altius et excel
lencius illis, secundo vero quia
ea dirigit in accionibus suis.
In capite enim vigent sensus
et imaginacio, per quam
dirigimur in operacionibus nostris.
Sic rex est excellencior aliis
illis qui sunt in regno. Rur
sus, quia eius est leges ferre
et quia in rege maxime debet
vigere sensus et prudencia
ad ipsum maxime spectat per
se et per alios dirigere eos qui
sunt in regno. Racione
ergo quia rex est excellencior a
liis ei debetur honor et re
verencia. Racione vero qua

ipsius est dirigere alios debetur
ei subieccio et obediencia.
Contingit dupliciter fore ferri in
regem ab hiis qui sunt in re
gno. Primo si non ei ad hi
beant honorem debitum et re
verenciam dignam. Secundo si non
sunt ei subiecti et obedientes
observantes eius leges et man
data. Cum enim hec duo
honor videlicet et obediencia
subtrahuntur a regno multum pro
vocatur ad iram. Ideo dicitur 2o
Rethoricorum quod irascimur hiis qui
consueverunt vel tenentur
nos honorare si non sic se
habeant, et est racio quia
per se hiis videntur nos
despicere. Nam si nos non
despicerent impenderent no
bis honorem dignum, sicut et
ibidem dicitur quod ad vindictas iram
stimulat si non sic se habeant
ut debent vel si faciant
contraria eorum que debent, quod
maxime contingit si transgre
diuntur mandata superiorum et
non obediunt regi qui est per excel
lenciam. Viso quid habitato
res regni non debent provo
care regem ad iram fore
faciendo in ipsum non exhi
bendo ei debitum honorem
et obedienciam dignam.
Restat videre quod non debent
ipsum ad iram provocare
forefaciendo in ea que sunt
eius et que pertinent ad ipsum

Ad Regem eni pertinere
videntur quatuor genera per
sonarum videlicet parentes
et ulr omnes cognati uxor
filij et subditi. Spectat
itaque ad bellatores regni
si volunt regem ad iram
provocare non solum non
forefacere in ipsum regem
sed etiam non forefacere in
cognatos uxorem filios
et ulr in omnes subiectos
regi et quia omnes qui sunt in
regno ipi regi sunt subdi
ti forefacit in regem quo
dammodo qui aliam existen
tem in regno efficit iniuria
aliqua. Hec est ergo quod dr
secundo Rethorice capitulo de
ira quod irascimur forefa
cientibus in parentes filios
uxores et subiectos eo
quod sit ipsis turpe non au
xiliari. Tercio spectat
ad bellatores regni non
forefacere in ea que aliquo
ordinantur ad regem huius
modi autem sunt possessiones regie
et debita cura regum. pro
vocatur enim Rex ad iram contra
usurpantes iura regia quia
in hoc videtur ipsum con
temptui et parvipendere
si iniuste et absque iussio
ne regia manum appo
nunt in ea que ad regem
spectant. Decet ergo omnes tam cives
et ulr quam bellatores regni

ab ipsa infancia provo
care filios ad dilectionem
regis et instruere eos quo
debeant honorare regem obe
dire ei non forefacere in
cognatos eius nec in fili
os nec in aliquas personas
ei subiectas nec in aliqua
iura regis. Pessimum est
enim ut dicit quidam Pol non
instruere pueros ad bonitatem
et ad obediendum legum ci
vilium et ad observandum
ea que requirunt policia
vel regimine regni in quo
existit. semper enim amamus
prima magis et ideo ad quod
primo instruuntur iuve
nes se magis ad observ
andum promi

Quomodo reges et principes debent se habere ut amentur a populo et quomodo ut timeantur et quod utrum sit necessarium amari tamen plus appetere quam timeri. Capitulum

Quoniam in primo libro promisimus nos quomodo reges et principes debeant se habere ut amentur a populo et quomodo ut timeantur volumus hic exequi qui vel tales vel quomodo hec fieri contingat. Sciendum

Itaque quia ut reges et principes
civitatis amentur a populo, ea
potissime in se habere debent.
Primo quod esse debent be-
nefici et liberales. Secundo fortes
et magnanimi. Tertio
equales et iusti. Primum autem se
patet. Nam vulgus quia non per-
cipit nisi sensibilia bona,
ideo beneficos et liberales et
nummismata et in ea que
possunt nummismate mensurari
vel mensurata amat et
veneratur. Ideo dicit 2o Rethoricorum
capitulo de amore quod populus a-
mat et honorat beneficos
in pecunias et liberales.
Secundo ut reges amentur
a populo debent esse fortes
et magnanimi exponentes
se si oporteat et seipsos
pro bono communi et pro de-
fensione regni. Nam populus
valde diligit fortes et ma-
gnanimos exponentes se pro
bonis. Credit enim per illos
salutem consequi. Ideo dicit
Philosophus Rethoricorum 2o quod diligimus
beneficos in salutem, id est
eos qui possunt nobis benefa-
cere nos salvando et
liberando. Ideo diligimus for-
tes et cordatos. Tertio
ut reges diligantur a po-
pulo decet eos esse iustos
et equales. Nam maxime
provocatur populus ad odium
regis si videt ipsum non
observare iusticiam. Ideo
dicit 2o Rethoricorum quod iustos ma-
xime diligimus. Viso quomodo
reges et principes debeant
se habere ut amentur a populo,
videre restat quomodo se habere
debent ut timeantur ab eis.
Potissime autem timentur poten-
tes ut patet ex 2o Rethoricorum
qui possunt punitiones esse exercentem in
subditos. In punitione autem
tria sunt consideranda. Videlicet
punitio illa, persona pu-
nita et modus puniendi.
Secundum ergo ad punitionem time-
buntur reges et principes si
in eos qui ultra modum regnum
et policiam perturbant in-
exquisitas crudelitates ex-
ercent. Ideo dicit 2o Rethoricorum
quod homines timent eos de quibus
sunt conscii fecisse aliquos [?]
dirum. Sic timent reges
et principes non solum ratione
punitionis dure sed etiam
ratione personarum punitarum.
Nam iustus pro iusticia
nulli parcere dicitur. Ideo dicit
vii pol. quod bene operans
nulli parcit, quia nec pro
patre nec pro filio nec pro a-
mico nec pro aliquo dimit-
tendum est operari iuste et bene.
Hac itaque ratione personarum
punitarum timentur reges
et principes, quando nec amicis
nec aliis parcunt si vide-
rint eos forefacere. Time-
ntur tunc a quolibet ex populo

forefacere cogitans se non
posse punitionem effugere,
immo ut vult philosophus in poli-
ticis decet reges et principes
ut magis timeantur et
ut viriliter observent iusti-
tiam et magis puniant
et severius se gerere contra
amicos si contingit eos
valde forefacere quam contra
alios. Tertio timentur
reges et principes ratione
modi puniendi quia fieri
contingit tamen adeo cautos
malefactores et positi latenter
et caute se gerunt in pu-
nitionibus exequendis et in iu-
dicia faciendo, quod mali
effugere non possunt quin puni-
antur. Ideo dicitur 2o Rhetoricorum
quod latitantes magis timentur
quam manifesti. Utrum ergo
reges et principes se habere
debeant ut amentur et quod
ut timeantur, declarari pa-
tere potest, quia licet utrumque
sit necessarium, debent tamen
amari magis appetere
quam timeri, dicebatur
enim supra, quod principalis in-
tentio regis et cuiuslibet
principis esse debet inducere
alios ad virtutem. Omne
ergo bene agere propter quod cives
sunt magis boni et virtuosi
debet esse magis intentum a
legislatore. Cum ergo si

cives et existentes in regno
bene agant et observent
leges et mandata regis
ex amore honesti et ex
dilectione quam habent ad bo-
num commune, et ad regem
sunt magis boni et virtuosi
quam si hoc faciant timore
pene. Et ne puniantur
magis debent appetere
reges et principes amari
a populo et quod amore boni
populi bene agant quam time-
ri ab eis et timore pene
timere sibi ab actibus malis.
Utrumque tamen necessarium timeri
et amari. Nam non omnes
adeo sunt boni et perfecti
quod solo timore honesti et
boni communis quiescant male
agere. Oportuit ergo ali-
quos inducere ad bonum et
retrahere a malo timore
pene, eligibilius tamen est
amari quam timeri ut
est per habita manifestum.

Explicit secunda pars tercii libri. Incipiunt tituli tercie partis eiusdem libri

Primum. Quid est militia et ad quid est instituta et quod opus bellica operatio sub militia continetur

Secundum. Que sunt ille regiones in quibus meliores sunt bellatores et ex quibus partibus sunt homines bellicosi eligendi

Tercium. In qua etate assumendi sunt iuvenes ad opera bellica et ex quibus signis cognoscere possumus homines bellicosos

Quartum. Quod non omnes artes habere debent homines bellicosi ut bene pugnent et ut eos scienter bellare contingat

Quintum. Qui sunt meliores bellatores an urbani et nobiles vel agricole et rurales

Sextum. Quod in opere bellico minimum valet exercitatio armorum et quod ad incedendum gradatim et passim ad cursum et ad saltum exercitandi sunt

Septimum. Quod non sufficit ad incedendum serio et gradatim et ad cursum et ad saltum exercitare bellatores, sed sunt plura alia ad que sunt excitandi homines bellicosi

Octavum. Quod utile est facere in exercitu fossas et construere castra, et qualiter castra sunt construenda et quid sit attendendum in constructione castrorum

Nonum. Que et quot sunt consideranda in bello si debet publica bella committi

Decimum. Quod utile est in bello ferre vexilla et constituere duces et prepositos et qualiter esse debeat quod vexillarii in exercitu preferantur et quod equitibus et peditibus preponuntur

Undecimum. Quibus cautelis debet uti dux belli ne suus exercitus ledatur in via

Duodecimum. Qualiter ordinande sunt acies si debeant contra hostes vel contra adversarios dimicare

Tredecimum. Quod decidendi sunt in bello percutientes cesim et quod eligibilius est percutere punctim

xiiii. Que et quot sunt ea que hostes potenciores reddunt, et quot modis et qualiter debemus hostes invadere

xv. Quod homines bellatores stare debeant si velint hostes percutere et quomodo debent eos tardare, et quod debeant declinare a pugna quando non sit bonum pugnam committere

xvi Quot sunt genera bellorum et quot modis devincende sunt munitiones et urbanitates et quo tempore melius est obsidere civitates et castra

xvii Quomodo debent se munire obsidentes et quomodo per cuniculos impugnari possunt munitiones obsesse

xviii Quot et que sunt genera machinarum eicientium lapides, per que impugnari valent munitiones obsesse et deruinari possunt civitates et castra.

xviiii Quomodo per edificia lignea impulsa ad muros civitatis vel castra impugnari possunt munitiones obsesse

xx Qualiter edificari possunt castra et civitates ne per pugnam ab obsidentibus faciliter devincantur

xxi Quomodo muniende sunt civitates et castra et urbes ob munitiones ut ab obsidentibus difficilius capiantur

xxii Quomodo munitionem resistendum est impugnationi facte per cuniculos et qualiter machinis lapidariis et aliis edificiis obsessi debeant obviare

xxiii Qualiter construenda est navis et qualiter committendum est navale bellum et ad quid bella singula ordinantur

Expliciunt tituli. Sequitur primum capitulum.

Quid est militia et ad quid est instituta et quod omnis bellica operatio sub militia continetur

Tractatis duobus partibus huius libri tercii quia ostensum est quid senserunt antiqui philosophi de regimine civitatis et regni et determinatum est qualiter regenda sit civitas atque regnum tempore pacis. Restat tractare de opere bellico ut sciant reges et principes qualiter committenda sunt bella. Nam ut plurimum bellorum industria ut patet per Vegetium in libro de re militari plus confert ad obtinendam victoriam quam faciat multitudo vel etiam fortitudo bellancium. Opus autem bellicum ut probabitur in processu sequendo continetur sub militari, quare si de opere bellico tractare volumus, videndum est quid sit milicia et ad quid sit instituta. Sciendum ergo quod milicia est quedam prudencia sive quedam species prudencie. Possumus autem quantum ad presens spectat distinguere quinque species prudencie, videlicet prudenciam simpliciter, yconomicam, regnativam, politicam sive civilem, et militarem. Dicitur aliquis enim habere simpliciter vel particularem prudenciam qua seipsum scit regere et gubernare, et hec est minor prudencia quam yconomica et regnativa. Nam minus est scire regere seipsum quam scire regere familiam vel civitatem aut regnum. Secunda species prudencie dicitur esse yconomica. Nam prudens ex hoc aliquis dicitur ut patet ex sexto Ethicorum, quia bene consiliatur et bene scit dirigere ad bonum finem. Ubi ergo reperitur alia et alia racio boni, ibi reperitur alia et alia species prudencie. Quare cum bonum domesticum et bonum tocius familie sit aliud a bono actuum singularis persone, sic bonum huiusmodi est aliud a bono alicuius singularis. Yconomica sive prudencia per quam quis scit regere domum et familiam oportet esse aliam a prudencia per quam quis novit seipsum regere. Tercia species prudencie dicitur esse regnativa vel legum positiva. Nam sicut aliqua persona singularis est pars domus et aliqua domus est pars civitatis et regni, et sicut bonum domesticum est aliud a bono alicuius singularis persone, sic bonum civitatis et regni est aliud a bono domestico. Prudencia ergo regnativa et legum positiva, id est prudencia que existit in rege et principante cuius est leges

Forte et regere Regnum et
ciuitatem, est alia a pru-
dencia yconomica que
requiritur in patrefamilias cuius
est regere domum. Immo quantum
bonum ciuium et regni ex-
cedit bonum domesticum
et bonum alicuius singularis
persone, tanto prudencia
que requiritur in rege debet
excedere patrisfamilias uel
prudenciam alicuius particularis
hominis ipsi. Vnde dicitur quod
aut Vegecius in libro primo
de re militari, quod nec quemquam
magis decet uel meliora
scire uel plura, quam principem
cuius doctrina omnibus subiectis
prodesse potest. Vnde est quod
inerudiendo reges et prin-
cipes hunc totalem librum
diuisimus in tres libros.
Prima in primo libro docui-
mus reges quomodo prudenter
prout Rex aut princeps est
quedam persona in se et pro-
ut debet seipsum regere. In secun-
do docuimus ipsum ut est paterfami-
lias et ut debet dispensare
bona domestica. In terti-
o eruditur rex aut princeps
ut est caput regni uel prin-
cipatus et ut habet leges fer-
re et gubernare ciues. Omnes
ergo has tres prudencias
decet habere Reges. Videlicet
particularem, yconomicam et
Regnatiuam. Quarta species
prudencie dicitur esse politica
siue ciuilis. Nam sicut in prin-
cipante requiritur excellens
prudencia, qua sciat alios
dirigere, sic in ciuibus siue re-
quiritur prudencia aliqualis
qua noscat adimplere
leges et mandata principantis.
Non enim sic se habet ciuis princi-
pi aut regi obsequens sicut
martellus fabro, quia in mar-
tello nulla est cognicio, sed
solum agitatur a fabro, sed
in ciue requiritur prudencia a-
liqua per quam habeat opinionem
de hiis que imperantur a re-
ge. Differt autem hec pruden-
cia a prudencia particulari, quia
talis continetur in prima
specie. Nam aliud est quod homo sciat
se regere ut est aliquid in
se et aliud ut est subiectus
principati. Nam et si quis
solitariam vitam duceret ad-
huc oporteret ipsum habere ali-
quam prudenciam qua sciret
se regere et gubernare, nec tamen
esset in ipso prudencia ciuilis
nec yconomica nec regna-
tiua, quia nec esset pars ciui-
tatis nec pars ciuitatis.
Quinta species prudencie dicitur
esse militaris. Nam regi-
mini regni et ciuitatis si sit recte
tum et ordinatum apponi-

Huius que videmus in uno
et eodem homine. Sic ergo quod
homo habet duas virtutes
anime in se: unam per quam
sequitur bonum et fugit ma-
lum, et alia per quam ag-
greditur et resistit prohiben-
tibus. Sic quelibet civitas
et regnum indiget duplici
virtute et duplici pruden-
tia, videlicet legum posi-
tiva et militari, ut per
legum positivam tota ci-
vitas et totum regnum pro-
sequatur prosequenda et fu-
giat nociva. Per milita-
rem vero et per operacionem bel-
licam aggrediatur et superet
impedientia et prohibi-
tiva. Militaris ergo est quedam
species prudencie per quam supe-
rantur hostes et prohi-
bentes bonum civile et commune.
Ex hoc autem apparet ad quid
sit milicia instituta. Nam
sicut leges ut supra ostendebatur
principaliter respiciunt commune bo-
num, sic milicia principaliter
instituta est ad defensionem
communis boni ut civitatis et
regni. Quare cum commune bonum
primo et directe videatur impediri
per impugnacionem hostium, ex
consequenti vero ex seditione civium
et ex oppressione debilium per-
sonarum, dicere possumus
quod sicut ad fortem principaliter
spectat bene se habere in opere

bellico, ex consequenti vero spectat
ad ipsum bene se habere in aliis
terribilibus, sic ad milites
principaliter spectat bene se habere
in opere bellico et per actiones
bellicas opprimere impedimenta
hostium, ex consequenti vero spectat
ad ipsos contra iniuriosos regni
et contra mandata principatus
impedire ob seditiones civium
et omnes oppressores eorum, quod si
in regno per quos turbari potest
tranquillitas civium et commune bo-
num. Hanc autem prudenciam
videlicet militarem maxime
decet habere reges. Nam licet ex-
equcio bellorum et removere
impedimenta communis boni spe-
ctat ad milites et ad eos quibus
rex aut princeps voluerit com-
mittere talia, scire tamen quando
committenda sint bella et qualiter
caute removeri possint impe-
dimenta communis boni, maxime
spectat ad principatum. Ex
hoc autem patet pro quibus sunt
ad miliciam committendi.
Nam milicia ut videtur est
quedam prudencia operibus bel-
licis ordinata, ad quam homines
videntur se habere milites in
opere bellico, sicut magistri et doc-
tores in scienciis aliis. Quia sicut
non sufficiendus est magister in
aliis scienciis nisi constet ipsum
esse doctum in arte illa,
sic non assumendus est ad

dignitatem militarem,
nisi ostet ipm̄ diligere
bonū regim̄ ⁊ nisi spes
habeat̄ quod sit in opē
bono bellico, et q̄ velut
secundo inferioꝝ principatꝰ
impedire sediciōs ciuiū
pugnare pro iusticia ⁊
pro viribꝫ remoue͛ que
impediūe p̄nt cōe bonū
Ex hꝭ etiā patꝫ q̄ř omēꝫ
bellicaꝫ opacōꝫ ꝯtineri sꝫ
militarꝫ. Nā licꝫ bellac͛
ꝯtingat hoīēs peditēs vl
etiam equestres nō exsiste-
tes milites, debēt tn̄ mili-
tes eē magr̄i bellorum
et ordinatores aliorum
in bello. Ideo sub militarꝫ
dr̄ opacō bellica ꝯtineri
Ex hoc etiā patet, q̄ cum
milites eē debēt magr̄i
bellorū, execucō belli sp̄-
ectat ad fortitudinē, milicia
tn̄ ꝯtinet sub prudencia

Que sūt ille regiones in quibꝫ meliores sūt bellatores ⁊ ex quibꝫ ci-tibꝫ sūt hoīes bellicosi eligendi

ij ca^m

Videatur quātū ad
p̄sens spectat in
opē bellico duo
necīa eē strenuitas bellā-
di ⁊ prudencia circa bella
Quare si scire volumꝰ in quibꝫ
regionibꝫ sūt meliores bellatores
oportꝫ attendere circa p̄dicta
duo, in partibꝫ ergo nimis p̄pin-
quis soli nō sūt eligendi bel-
latores, q̄ in eis deficiat stre-
nuitas ⁊ animositas circa
bellū ut ait phūs. vij. pol.
Racō aūt huiꝰ assignatur a ve-
gecio in p̄mo libro de re mi-
litarꝫ celo ho, ubi dicit, q̄
naciōes q̄ vicine sūt soli, ni-
mio calore siccate aplius
quidē sapiūt, sꝫ modicū ha-
budāt in sāguine ac p̄terea
nō hūt pugnādi ꝯstanciā
nec fiduciā, q̄ naturaliter me-
tuūt vulnera. Nā cū mo-
dicū naturaliter habeat sāguinis
naturaliter timet sāguinis amissioꝫ,
nō ergo sūt p̄mptī ad bella nec
ad percussiōes. Sꝫ in partibꝫ
septētrionalibꝫ et nimis
a sole remotis nō sūt eligē-
di bellatores, q̄ ⁊ si illis sit
sāguinis copia ut vulnera
nō metuāt ꝑꝑ sāguinis
habūdanciā ⁊ impetū, sūt
tn̄ furibūdi ⁊ imprudētes.
Ideo nō oīo sūt utiles opibꝫ
bellicis. q̄ ꝯsiliū ⁊ prudēcia
in dimicacōn nō ē modi-
cū utilis. Ex p̄missis ergo in-
derius ⁊ planius vult phūs vij
pol, q̄ gentes nimis p̄pinque
soli, habūdāt sagacitate ⁊
industria, sꝫ deficiūt animo-
sitate, gentes vero a sole re-
mote ꝯtrario p̄terea deficiūt
⁊ animositate superat, sic re-
si tn̄ animositas ⁊ industria
necīa ē in bellis, execucio

Partibus eligendi sunt bellatores. Ideo et regione media nec omnino a sole remota nec omnino soli proxima eligendi sunt bellatores, ut tam prudentia quam animositate participent. Advertendum tamen quod circa talia documenta accipienda esse ut in pluribus. Nam in omnibus partibus sunt aliqui industres et aliqui animosi, ut plurimum tamen soli proximi animositate deficiunt, remoti vero prudentia. Advertendum etiam quod licet in bellis tam animositas quam prudentia sit necessaria, magis tamen animositas est utilis. Ideo etsi gentes omnino propinque soli et omnino remote non sunt omnino penitus utiles actibus bellicis, magis tamen intermedie regiones eligende sunt ad opera bellica. Remotiores tamen a sole quam propinquiores, ut magis animositate participent. Viso ex quibus partibus meliores sunt bellatores, unde restat ex quibus artibus eligendi sunt bellatores. Circa da ergo sunt ea que requiruntur in hominibus bellicosis, ut sciamus quales homines sunt eligendi ad bellum et ex quibus artibus sunt assumendi bellantes. Sciendum ergo quod cum bellantes debeant habere membra apta et assueta ad percutiendum, non debent horrere effusionem sanguinis, debeant esse animosi ad invadendum et potentes ad tollendum labores, dicere possumus quod fabri ferrarii et carpentarii utiles sunt ad opera bellica, quia ex arte sua habent brachia apta et assueta ad percutiendum. Sic etiam utiles sunt macellarii, quia non horrent sanguinis effusionem, cum assueti sint ad occisionem animalium et ad effundendum sanguinem. Venatores etiam aprorum admittendi sunt ad huiusmodi opera. Nam non sine magna audacia contingit aliquos invadere apros. Sunt ergo tales audaces et strenui ad bellandum. Immo forte non minus periculosum est bellare cum apro quam bellare cum hoste. Nam non timentes aprorum pericula, signum est eos non timere hostium bella. Rursus venatores cervorum non sunt repudiandi ab actibus bellicis, eo quod tales assueti sunt ad labores nimios. Ex hiis ergo artibus propter ea que diximus eligendi sunt bellatores. Barbitonsores autem et sutores et consimilium artium propter ea ad pugnam sunt inutiles. Nam numquam vibrabit ensem aut clavam bene qui dat hoc manum levem et non est assueta retinere in manibus nisi rasorium aut acum, quam cum proprio est acus ad lanceam et rasorium ad clavam. Sic etiam apothecarii, aucupes et piscatores non sunt eligendi ad huiusmodi opera, eo quod non habent artem conformem operibus bellicis. Patet ergo contingere quod in quibus artibus sunt aliqui bellicosi et audaces aliqui

vel timidi et pusillanimes sed quantum est ex genere artis et prout ars ipsa reddit homines aptum vel inertem ad opus bellicum, a qua gratia artium diximus esse utilia ad actus bellicos et que inutilia.

iij capitulum

In qua etate assumendi sunt iuvenes ad opera bellica et ex quibus signis cognoscere possumus homines bellicosos

Diximus supra philosophum velle in viij pol[iticorum] iuvenes a quartodecimo anno ultra assuefaciendos esse ad labores fortes et ad labores militares et bellicosos, quod concordat cum Vegetio de re militari dicente, quod a tempore pubertatis assuescendi sunt iuvenes ad militares labores. Immo quia que a iuventute inchoamus magis diligimus et delectamur in illis. Si vult legislator cives bellatores facere et reddere ipsos aptos ad pugnandum, porro igitur debet prevenire hoc quod pretermittere. Nam ut ait Vegetius, melius est ut iuvenes exercitati causentur etatem non dum advenisse pugnandi quam doleat preterisse. Est autem specialis ratio quare oporteat iuvenes ab ipsa iuventute assuescere ad artem bellandi, quia non parva nec levis ars esse videtur habere armorum industriam. Nam cum equestrem sive peditem oportet esse bellatorem ex fortitudine videtur pervenire ad palmam si careat industria bellandi, tamen cum in pedestri quam in equestri pugna sint multe adhibende cautele, stultum est quod non prius sed tunc velle addiscere bellare, quando imminet pugnandi necessitas, ubi vita periculis mortibus exponitur. Ut ergo bellatores habeant spatium addiscendi singula que requiruntur ad bellum, ab ipsa pubertate assuescendi sunt ad opera bellica, quare si legislator ut rex aut princeps debeat committere bellum viros exercitatos et bellatores strenuos debet assumere. Viso in qua etate assuescendi sunt qui debent effici bellatores ad actus bellicosos, videre restat ex quibus signis cognosci habeant homines bellicosi. Sciendum ergo viros audaces et cordatos utiliores esse ad bellum quam timidos. Rursus homines fortes et duros corpore quam potentiores viribus sunt magis eligendi ad opus bellicum. Amplius tu videmus aliqua animalia bellicosa, aliqua vero timida, homines similes bellicosis animalibus utiliores

videntur esse ad bellum.
Tribus ergo generibus signorum
cognoscere possumus bellico-
sos viros. Primo quidem per
signa, que arguunt animo-
sitatem et audaciam. Secundo vero
per signa, que ostendunt virilitatem
et fortitudinem corporis. Tertio autem
per signa, que conformant
animalibus bellicosis. Sunt autem signa
per que ostenditur animositas et strenui-
tas cordis vigilantia oculorum
et elevatio cervicis. Signi-
ficative ideo dixit Vegetius, quod
adolescentes in actu operi de-
putandos, decet esse vigilanti-
bus oculis, et erecta cer-
vice. Signa vero per que ostenditur
fortitudo corporis, et virtus mem-
brorum sunt duricies carnis
compactio musculorum, nervorum
et lacertorum. Nam secundum Philosophum
virtus potentie operative bellicose et in-
dustria mentis ordinem recipiunt
mediante carne. Nam ut scribitur
secundo de anima, molles carne
aptos mente dicimus, sed econtrario
duri carne habentes compac-
tos nervos et lacertos
sunt vigorosi et agiles et for-
tes corpore et sunt aptiores ad
pugnam. Signa vero conforma-
tiva nos animalibus bellicosis
sunt magnitudo extremitatum et
latitudo pectoris. Videmus
enim leones animalium fortissimos
habere magna brachia et latum
pectus. Cum ergo videmus in
homine quod sit vigilans oculis
erectus, durus in carne
compactus in nervis et m-
uscularis habens longa brachia
et latum pectus, debemus ipsum
arguere esse bellicosum et
aptum ad pugnandum. Illos
ergo credimus esse bellatores et
ut plurimum contingit eos esse
aptos ad actus bellicos.

Quot et que habere debent homines bellicosi ut bene pugnent, et ut eos strenue bellare contingat. IIII

Quantum ad presens spectat
enumerare possumus
octo que habere debent
homines bellatores.
Secundum que quantum ad presens spe-
ctat investigare possumus
quos et quales bellatores decet
rex et princeps eligere. Primo
enim decet pugnativos homines pos-
se sustinere magnitudinem pon-
deris. Secundo posse sufferre con-
assiduos membrorum motus
et labores magnos. Tertio
posse tollerare parcitatem victus.
Quarto non curare de incommo-
ditate iacendi et standi. Quinto
respectu iustitie et boni communis
quasi non appretiari corporalem
vitam. Sexto non horrere san-
guinis effusionem. Septimo habere
aptitudinem et industriam ad pro-
tegendum se et ad feriendum ali-
os. Octavo verecundari et
erubescere turpem fugam. Est
enim primo necessarium bellantibus
posse sustinere ponderis ma-
gnitudinem. Nam in exercit

A quacumque parte feriantur occurrimus. Quare nisi quis possit sustinere armorum pondera inutilis est ad bellum. Secundo bellantibus expedit posse sustinere continuos assiduos membrorum motus. Nam si quis in bello non continue se moveat ad utraque non fallitur in percutiendo. Quare semper exponitur ad sustinendum fortiores ictus. Expertum est enim quod homines continue se moventes vix aut numquam ad plenum aliqua percussio potest attingere, sed semper vulnera subterfugit. Nam sicut signum se movens et non stans fixum non de facili percutitur ab arcu, sic homo se circumvolvens non sic de facili vulneratur ab hoste. Continuus ergo membrorum motus est necessarius ad vitandum plagas, sicut contrarium est necessarium ad inferendum eas. Propter quod tales debeant esse homines pugnatores ut diu tollerare possint assiduum membrorum motum. Tertio homines pugnatores decet non curare de paratione victus. Nam quare cum ultra armorum pondera et eorum que requiruntur ad defensionem exercitus deferre habundantiam victualium et copiam victus, immo et si absque quacumque adesset pugnantibus ciborum ubertas, ad hoc ut esset eis necessaria abstinentia et non gravare se ex nimio cibo, ut laborem pugnandi melius tollerare possent. Quarto decet eos non curare de incommoditate iacendi et standi. Nam expedit aliquando aliquos pugnantibus die noctuque esse in armis propter quod nec in stando nec in iacendo est comodum acquiescere. Quinto decet ipsos propter iustitiam et commune bonum quasi non appreciare corporalem vitam. Nam cum tota operatio bellica exposita sit periculis mortis, numquam quis est fortis omnino et bonus bellator nisi aliquo modo sit impavidus circa pericula mortis. Spectat enim ad fortem et ad bonum bellatorem ut innuit philosophus 3o Ethicorum non curare in bello bene mori. Tunc enim quis dicitur bene mori in bello, quando iuste bellans ut pro defensione patrie vel pro aliquo alio magno bono iuste et audacter exponit se mortis periculis. Quia autem quis ultimum debellit diligit corporalem vitam de facili eligit turpem fugam. Sexto pugnatores non decet horrere sanguinis effusionem. Nam si cuius cor molle fuerit in membris existens horreat effundere sanguinem non audebit hostibus plagas

Infligere et per consequens bene bel-
lare non poterit. Septimo
decet eos habere aptitudinem
et industriam ad protegendum
se et ad feriendum alios. Nam
ut dicitur primo Ethicorum finis
militaris est victoria. Sed
cum omnis bellica operatio conti-
neatur sub militari ut su-
ponebatur et ut haberi potest a pro-
cessu primi Ethicorum. Omnis agen-
tis bellice dicitur victoria esse
finis, quem cum maxime contingat
bellatores vincere si bene sciant
se protegere et alios ferire,
industria protegendi et
feriendi valde est expedi-
ens bellatoribus. Qualiter autem
talis industria habeatur et
qualiter sit feriendum hostem
et qualiter ambulandum ad ista infra
patebit. Octavo decet bella-
tores verecundari et erube-
scere turpem fugam. Nam ut dicitur
tertio Ethicorum apud illos
sunt viri fortissimi apud quos
honorantur fortes. Inter cetera
autem que reddunt homines bellico-
sos est diligere honorari et
propter hoc erubescere turpem
fugam. Advertendum autem quod au-
dacius bellatores non hor-
rere effusionem sanguinis non
debent multum appretiari corporalem
vitam et etiam alia que
diffusio continuanima. Intel-
ligendum est si habeat iustum
bellum. Nam pro defensione iu-
stitie et pro communi bono expo-
nenda est periculo corporalis
vita non est timenda effusio
sanguinis et cetera alia sunt
sicienda pro quo iustitia et commune
bonum defendi potest. Et hec
aut plane patet qualiter bel-
latores et quos viros pu-
gnativos rex et princeps eli-
gere debeat. Nam illi sunt eli-
gendi in quibus plura reperi-
untur de hiis que requiruntur ad
pugnam.

Utrum sint meliores bellatores an urbani et nobiles vel agricole et rurales. Capitulum

Enumeratis hiis
que habere debent viri
bellatores. Rest-
at inquirere qui
sunt meliores bellatores
an urbani et nobiles vel
rurales. Videtur autem si conside-
rentur predicta rurales me-
liores esse. Huius autem opini-
onis visus est esse Vegetius
dicens. Nunquam credo potuisse
dubitari aptiorem armis
esse rusticam plebem. Ad hoc
etiam videntur facere que superius
diximus. Dicebatur enim viros
pugnativos electos esse debere
qui possent sustinere magnitudinem
ponderis continuum laborem
membrorum parcitatem victus
incommoditatem iacendi
et standi non timere mortem
non horrere effusionem sanguinis
et cetera talia que continguntur in
talo procedenti. Constat autem
rurales populum maxime
habere predicta. Secundo rustica

assueti ad magnitudinem pon-
deris non enim in bellis grava-
bit eos armorum sarcina
quia assidue hec pati a-
ssueti sunt ad maiora
pondera nec etiam eos fati-
gabit cursus uel ductio
brachiorum uel aliorum me-
brorum motus quia ad hos
et ad maiores labores sunt
continue assueti. Rursus
eos non affligit parcitas
victus quibus potus aque sa-
tis faciebat in siti et grossum
panis sufficiebat ad esum.
Amplius rurales non affli-
guntur ex incomoditate
iacendi uel standi quia
solis ardorem non timent
umbras non querunt balne-
orum solacia ~~no~~ nesciunt
insolita terra iacentes suauius
dormiunt quam urbani et no-
biles recte stant in culcitris.
Hoc autem probabile est non mul-
tum timere mortem. Nam quanto
quis magis mortem timere
videtur quanto magis deli-
cate vixit et quanto plurium
solaciorum expertus est in vita
tanto magis timet mortem.
Hii etiam non videntur hor-
rere effusionem sanguinis. Nam
inter ceteras gentes ruralium
gens videtur esse crudelior.
Ad hec igitur intendentibus vide-
retur dicendum esse meliores bella-
tores esse rurales. Sunt
autem alia propter que videre oportet ur-
banos et nobiles meliores
esse pugnatores. Nam inter
cetera propter que quis redditur
bonus pugnator est ut dice-
batur velle honorari ex pugna
et erubescere propter fugam. Hic
enim ut philosophus ait 3o ethicorum
quod hectorem fecit audacem.
Dicebat enim hector si ex
pugna fugiam polimidas
in redargucione ponat. Sic
etiam et diomedes hoc modo
effectus fuit strenuus quia
dicebat si in bello in fu-
gam vertar hector in
concionabilitur in troianis
dicet a me devictus est
diomedes. Cum ergo velle
honorari et erubescere
de aliquo turpi facto ma-
gis conveniat nobilibus quam
rusticis. Hii meliores
videntur ad pugnam eo quod
verecundantur fugere. Rursus
in bello multum valet in-
dustria et prudencia. Nam
sagacitas et versucia aliquan-
do plus facit ad obtinendam
victoriam quam ipsa fortitudo.
Cum ergo communiter nobiles
industriores sint rusticis
sequitur hos meliores esse
pugnatores. Videntur enim
duo maxima esse ad obti-
nendum victoriam scilicet erube-
scencia fugiendi et saga-
citas bellandi ut quod scias
quod sit de consito tenendum
scilicet advertere in arte pu-
gnandi diuersa eligendi

Sunt pugnatores. Nam cum esse pugna pedestris et campestris: in pedestri itaque certamine magis eligendi sunt rurales quam nobiles, eo quod ibi maxime valet assuefactio ad portandum pondera et tolerantiam laborum. In campestri vero magis eligendi sunt nobiles, eo quod equorum fortitudo supplet defectum quem patiuntur nobiles in non posse tantos sustinere labores quantos consueverunt sustinere rurales. In hunc modum enim multum valet bellandi sagacitas sociata exuberentie sumendi. Sciendum tamen quod nobiles ex omni parte efficiantur strenui bellatores, assuefaciendi sunt ad portandum armorum pondera, et ad sustinendum laborem, et motum brachiorum et aliorum membrorum corporis ut requirit operatio bellica. Que et quot sunt ea ad que debeant exercitari bellantes in sequenti capitulo ostendetur.

VI. Quod in opere bellico nimium valet exercitatio armorum, et quod ad incedendum gradatim et passim ad cursum et ad saltum exercitandi sunt.

Recitat Vegetius in libro De re militari exercitationem armorum et industriam bellandi fuisse ea que terrarum orbem Romano populo subiecerunt. Nam quid potuisset paucitas romanorum adversus multitudinem Hispanorum, contra dolos Affrorum et prudentiam Grecorum, nisi per illi exercitati fuissent in armis et magis excelluissent bellandi industriam. Non enim invenimus virum prudentem et sagacem in uno tantum particulari inexpertum esse imprudentem in alio. Unde multotiens contingit quod prudentes in rebus aliis sunt inexercitati armorum, non sunt industres in bellis. Exercitium enim in quolibet negotio prebet audaciam ut non timeat id facere. Nam quod secundum Vegetium nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. In tantum valet armorum exercitatio quod in bellorum certamine paucitas exercitata sit prompta ad victoriam, et multitudo indocta et rudis semper sit exposita ad fugam et ad cedem. Ipsum armorum exercitium esse per utile ad opera bellica. Restat ostendere quo exercitandi sunt bellantes ad incedendum gradatim et passim ad cursum et ad saltum. Nam ista ut inspicientibus patebit necessaria sunt in bellis, et inexercitatio eorum ipsis bellantibus est nociva. Primo enim milites et pedites et universaliter bellantes assuescendi sunt ad gradum et ad passum bellicum, ut gradatim pergant ita ut quilibet in suo ordine se teneat. Nam si acies sive peditum sive militum non ordinate incedat, duo mala inde consequuntur. Nam non

Servato debito ordine in una parte erit acies quasi spaciosa et pervia ultra quam debeat, in alia vero arta et stricta plus quam oporteat. Primo quia ex eo quod in aliqua parte est pervia citius ab hostibus perforabitur et dividetur et per consequens debellabitur. Secundo in parte illa in qua nimis arta est impedietur ad percuciendum. Nam cum bellator a suo consorcio nimis comprimitur impediuntur brachia ne possit hostibus plagas infligere. Hec enim duo sunt in acie vitanda, ut scilicet non possit de facili perforari ab hostibus et non impediatur ad percuciendum, quod nisi debito gradu et debito ordine servato in incessu fieri non potest. Tercio quia pedites quam equites bellatores, antiquitus bella exercerent, sunt multum nimis [?] congregandi et excitandi ut onerati armis ordinate incedant, atque deberent pugnam committere, et cum viderit magister bellorum aliquem non tenere ordinem debitum et aciem, ipsum increpet et corrigat, vel si nimis delinquat ipsum omnino repellat ab acie tanquam inutilem bellatorem. Secundo excitandi sunt bellatores tam pedites quam equites ad cursum ut sint habiles in percuciendo. Videtur enim hoc valere ad tria. Primo ad explorandum munitiones [?] et facta. Nam bonum est in exercitu aliquos [?] agiliores percurrere qui discurrentes non possunt ab ipsis hostibus comprehendi exploratores eorum dicentes [?] et facta hostium. Secundo hoc est utile ad obtinendum meliorem locum. Nam et locus multum facit ad pugnam, ideo si bellatores exercitati sunt ad cursum facilius obtinebunt aptiorem locum ad pugnandum. Est etiam hoc utile ad persequendum hostes et fugientes. Nam non de facili fugientes poterunt evadere manus insequencium vel percucientium. Sexto excitandi sunt bellatores ad saltum ut sciant saltum vel per saltum incedere, quod etiam ad tria est utile. Primo ad removendum impedimenta. Secundo ad ledendum adversarios. Tercio ad infligendum maiores plagas. Contingit enim aliquando invenire fossas et alia impedimenta in via que sine saltu transiri non possunt. Ideo utile est ad removenda impedimenta ut equites sic sint docti ut sciant equum sic pungere ut per saltum foveas et alia impedimenta pertranseat, et pedites et etiam milites si contingat eos pedes esse si volunt boni bellatores existere. Sic ab ipsa iuventute excitandi sunt ad saltandum ut possint per saltum foveas et alia impedimenta transire. Tercio etiam ex hoc adversarius cum sic videt hostes

per saltum incedere. Rursus ipse saltus iactatione motus facit ut plaga amplius infligatur.

Quod non sufficit ad incedendum seriatim et ordinate et ad cursum et ad saltum excitare bellatores, sed sunt plura alia ad quae sunt excitandi homines bellicosi.

VIII

Possumus autem praeter ea quae praedicta sunt ad quae excitandos duximus bellatores, ponere octo alia ad quae excitari debent homines bellicosi. Primo enim exercitandi sunt ad portandum pondera. Secundo ad invadendum et percutiendum cum clava. Tertio ad emittendum tela sive iacula et ad percutiendum cum lancea. Quarto ad iaciendum sagittas. Quinto ad proiciendum lapides cum fundis. Sexto ad percutiendum cum plumbatis. Septimo ad ascendendum equos. Octavo ad sciendum artem natandi. Esset etiam ultimo dicendum quomodo excitandi sunt bellatores ad percutiendum cum gladiis et ensibus, sed de hoc speciale capitulum faciemus. Primo enim sunt exercitandi bellatores ad portandum pondera, ut plus ponderis portare assuescant, etiam cum sit armorum sarcina. Nam consuetudo est quasi altera natura; cum ergo quis assuetus est ad portandum maius pondus, videtur sibi quod levius incedat si oneretur minori pondere. Rursus non solum arma sed etiam plura alia sunt ferenda in bella, idcirco etiam ad maiora pondera non est inutile assuescere bellatores. Secundo excitandi sunt bellatores ad invadendum et percutiendum clava. Recitat enim Vegetius quod antiquitus apud Romanos in campo aliquo multi pali infigebantur, et iuvenes quos volebant facere optimos bellatores excitabant ad palos illos, ita ut quilibet haberet scutum dupli ponderis quam sit scutum quod portatur in bello, et clavam ligneam duplicati ponderis. Et quilibet illorum iuvenum sic oneratus contra aliquem illorum palorum quasi contra adversarium incedebat, et nunc percutiebat palum in summitate, nunc in imo, nunc in medio, et contra palum illum sic impetuose se gerebat percutiendo ipsum et cooperando se et alia faciendo quae requiruntur ad bellum, ac si contra hostem dimicaret. Et cum diu mane et sero iuvenes sic excitati essent, cum postea remeabant ad bellum non gravabantur in percutiendo cum clava vel in sustinendo quoslibet labores bellicos. Tertio excitandi sunt bellatores ad emittendum tela et iacula et ad percutiendum cum lancea.

8

Et etiam ad fixum pali
fieri debet, fiebant enim anti
quitus ut tirones iuuenes
exercitati essent ad percuciend.
palos infixos tamen clava
qui exercitabantur ad per
cuciendum cum telo uel
cum iaculo sine cum lancea
Stabant enim a remotis et
assuefaciebant brachia
ut possent palum illum
percutere, uel saltem prope pro
proicere. Est autem attendendum
in proiciendo telum uel lan
ceam, primo vibrandum est
telum et postea est fortiter
impellendum, vibrato enim
telo, propter maiorem motum quem
efficit in aere longius pergit
et amplius uulnus infligit.
Quarto exercitandi sunt bella
tores ad iaciendum sagittas
uel cum arcubus uel cum ba
listis. Nam quia contingit, quod
ipsos hostes non possumus ime
diate attingere utile est, eos sa
gittis impugnare, immo dato
quod pugnantes se cum hosti
bus possint coniungere antequam con
iungantur proficuum est eos ar
cubus et balistis terrere, legitur
enim de Affricano Scipione
quod cum pro populo romano
certare deberet, non aliter
contra hostes, se obtinere
credebat nisi in omnibus aa
ciebus electos sagittarios mi
scuisset. Quinto sunt bel
latores excitandi ad iaciend.
lapides cum fundis, hic enim
modus bellandi in quibusdam
maximis insulis fuit inuen
tus in quibus pueri ut Ve
gecius recitat ad eo mo
nstrues erant, ut matres
nullum cibum eis exhiberent
quem non primo cum funda
percuteret. Est enim hoc
exercicium utile, quia fundam
portare nullus est labor. inter
dum tamen euenit ut in la
pidosis locis habeatur conflictus
et ut modus sit aliquis defen
dendus in impugnacionibus etiam
castrorum et ciuitatum, non inuti
le est lapides cum fundis ei
cere. Sexto excitandi sunt
bellatores ad percuciendum cum
plumbetis. Nam pila plum
bea uel ferrea cum cathena
alicui coniuncta, manubrio
ligneo uehementer ictum
reddit. Nam propter uehemenco
rem motum acris uehe
mencius percutit pila cum
cathena hastae infixa
quam si ipsi haste uel ma
nubrio ligneo esset coniunc
ta. Ad omnes enim genus
percussionum excitandi sunt
bellatores ut contra alios et a
lias hostes aliter et aliter per
cuciendo dimicent. Sep
timo bellatores excitandi
sunt ad ascensiones equorum
Nam ut Vegecius recitat

fiebant antiquitus equi lignei
ad quos ascendendos iu-
uenes in hyeme exercita-
bantur sub tecto in estate
vero in campo et primo equos
illos ascendebant inermes
et deinde armati et adeo
ad hec assuefiebant ut
a sinistris et a dextris et
undique illos equos ascen-
derent imo quod plus erat
euaginatis gladiis et contis
debebant in illos intantum
ergo circa hec exercitabantur
in pace quod in tumultu
prelii sine mora de fa-
cili ascendebant equos
Octauo assuescendi sunt
bellatores ut etiam nata-
re sciant Nam non semper
pontes sunt prompti et mul-
totiens ignorant aque
profunditatis propter quod ex
ignorantia natandi con-
tingit multos periclitatos
esse Inde est quod apud roma-
nos antiquitus consuetudo erat
quod iuuenes futuri bella-
tores postquam per magnam
partem diei exercitati essent
ad arma si tempus erat
natacionis congruum duce-
bantur ad fluuium ut arte
natandi adiscerent imo
non solum pedites et equites
et etiam ipsos equos ad na-
tandum excitabant Aduer-
tendum autem quod predictorum ex-
ercitiorum quedam sunt magis

propria equitibus quedam pediti-
bus quedam utrisque quia
quod sit non magna consi-
deracione eget et solertem
mentem latere non potest Nam
ascendere equos est proprium equi-
tibus proicere lapides cum
funda videtur esse proprium
peditibus alia vero aliquo modo
applicabilia ad utrasque

Quod utile est facere in exercitu fossatas et construere castra et qualiter sunt castra construenda et que sunt attendenda in constructione castrorum CXIII

Negocia bellica inter
cetera periculosiora
esse videntur et ideo
in eis est magna
diligentia adhibenda Nam
in talibus ergo non potest quis super-
habundare cautelis in pu-
gna cum summe est eligendum
maiorem diligentiam habuisse
quam bella commissa requirebant
quam circa ipsa in aliquo nego-
tio neglexisse Nam recitat
Vegetius dixisse Cathonem
quod in aliis rebus si quid inde
erratum potest postea corrigi de-
licta vero preliorum emendacionem
non recipiunt sed statim penam
erroris consequuntur quia imperite
et imprudenter pugnantes
vel confestim pereunt vel in
fugam versi adeo efficiuntur
timidi quod contra suos victores

Vix aliqui inimici audent bella committere. Rursus si in bellis aliquando est superhabundandum cautela, non est pretermittendum, quod quando in aliquo casu propter exercitum esse proficitur, ne debellentur ab hostibus. Contingit autem pluries diurno et nocturno tempore, quod exercitus absque fossis et castris existens et non credentes hostes esse propinquos, quia supervenientibus hostibus fugit exercitus, debellatus ergo propter quam exercitus praedictus compleverit et alicubi voluerit pernoctare et ulterius moram contrahere, si ad locum illum in aliquo casu vel in aliquo eventu hostes supervenire possunt, statim circa exercitum fiende sunt fosse eligende municiones aut quasi ad modum castrorum est invenitur tam salutare, tam necessarium invenitur in bello sicut si debite sunt facte municiones et recte constituta sunt castra, ita ut infra castrorum spacia totus exercitus securus permaneat. Undecumque et undique supervenientes hostes obsideat. Debet ergo exercitus semper ferre municiones quasi ut cum castra metari voluerit, quasi quandam munitam civitatem secum portasse videatur. Quanto utile est circa exercitum facere fossas et construere castra. Restat ostendere qualiter huiusmodi municiones et castra sunt construenda. Nam si hostes sint absentes facile est circa exercitum fodere municiones erigere et castra construere, sed si adversarii presentes assint difficilius est castra munire. Sunt enim in tali casu duo necessaria, videlicet hostibus resistere et castra construere. In tali ergo eventu est in sapientum sententiam exercitus dividendus, ita quod omnes equites et una pars peditum debent ordinari in acie ad pellendum impetum hostium, reliqua vero pars peditum quasi possit sufficere ad celerem constructionem castrorum, debet celeriter castra construere. Oportet autem in superconstruendis castris et faciendis fossis aliquos ingiros constitui qui negligentes sollicitent et unicuique iniungat quid ipsum oporteat agere. Ostenso utile esse castra construere et qualiter etiam presentibus hostibus construenda sunt castra et quasi sunt attendenda in constructione castrorum. In faciendis enim fossis et in construendis castris inter quorum

Spatium est exercitus collocandus tria sunt consideranda, videlicet situs, forma et munitionis modus. Circa situm autem quantum ad praesens spectat sunt quatuor attendenda. Primo ut sit in copia aquae et aliorum quae sunt exercitui necessaria. Secundo non debet illi esse vicinus mons aliquis vel locus aliquis a quo posset exercitus impugnari. Tertio circa situm considerandum est spatium; ut pro numero bellatorum accipiendum est spatium circa quod sunt munitiones erigendae, ut non plus accipiatur de spatio quam requirat huiusmodi numerus vel multitudo, nec etiam accipiatur tam modicum ut ultra quam debeat oporteat exercitum constringi et coarctari. Quarto si oporteat in loco illo exercitum moram contrahere et adsit possibilitas, eligenda est circa situm salubritas aeris. Nam in exercitu non solum cavenda sunt vulnera hostium, sed ut offert se facultas, cavendae sunt pestes morborum. Declarato quae sunt attendenda circa situm castrorum, declarandum est qualis debeat esse eorum forma. Videntur enim velle Vegetius munitiones et fossas facere circa exercitum, debere habere formam quadrilateram oblongam, vel figuram circularem et capacissima eligibilis est facere munitiones secundum circularem formam, vel formam multorum angulorum, quia si metuitur de impetu hostium oportet foveas facere multorum angulorum, eo quia talis forma est magis defensioni apta, ut infra probabitur. Talis itaque forma est melior in constructione castrorum nisi locus situs impediat. Nam aliquando contingit situm illum non pati talem formam. Ideo ergo castra construenda sunt ut castra semicircularia, triangularia, quadrata vel secundum formam aliquam quam requirit dispositio et aptitudo situs. Porta autem principalis ex ea parte fienda est quae respicit hostes vel circa quam profecturus est exercitus. Sunt etiam in castris ponenda insignia ad terrendum hostes et etiam ad hoc ut si contingat aliquos de exercitu elongari a castris, visis insigniis melius sciant ad castra redire. His itaque pertractatis superest videre quis munitionis modus attendendus est in constructione castrorum. Nam si exercitus diu ibi morari intendit, erigendae sunt fortiores munitiones et faciendae ampliores fossae. Sed si solum ibi pernoctare cupit aut ibidem per modicum tempus existere, non oportet tales munitiones

expectent. Modum autem quomodo construere fossatum tradit Vegetius dicens quod si immineat magna vis hostium, fossa debet esse lata pedes novem alta septem. Sed si adversariorum vis acrior imminet convenit fossam ampliorem esse et altiorem facere, ita ut sit lata pedum xij et alta ix. Est tamen advertendum quod si fossa sit alta pedum ix ipsi etiam ei erectam supra fossam crescit quasi pedum quatuor, ita quod tota fossa alta erit quasi pedum xiij. Debet enim fossa esse in ante ex parte hostium et cito ~~prohibenda~~ [illegible] est ad partem interiorem ubi est exercitus collocandus, insuper autem illa figendi sunt stipites et ligna et munitiones alie quas secum exercitum portare debet. Sic ergo castris constitutis, sic fossis factis poterit exercitus morari securus.

Que et quot sunt consideranda in bello si debent publica bella committi I.P.

Ut patet per philosophum et per predicta, circa negocia bellica est cautela maxima adhibenda, quia bellorum casus irremediabiles sunt, diligenter videnda sunt circa que circa bella consideranda existunt, priusquam pugna publica committatur. Melius est enim pugnam non committere, quam absque debita provisione fortune et casui se exponere. Videmus autem in bello duo existere, videlicet viros pugnantes et auxilia que requiruntur ad pugnam. Ex parte autem virorum pugnantium, quantum ad presens spectat, sex sunt attendenda, sic et ex parte auxiliorum et ammiculationum ad bellum sex alia enumerari possunt que sunt etiam attendenda. In universo ergo Rex et princeps et dux exercitus qui debet esse vigilans, sobrius, prudens et industrius xij considerare debet, sex ex parte virorum et sex ex parte ammiculationum, prius quam eligant publicam pugnam committere. Sunt enim sex ex parte hominum bellatorum que faciunt ad obtinendam victoriam. Primum est multitudo bellatorum. Nam illi plures quam bellatores ceteris aliis paribus et in [?] huiusmodi sunt victoriam obtinere debent. Nam ut dictum est supra, civitas in pugnando est utilis sicut magis pondus magna gravia trahit. Secundo ex parte bellatorum attendenda est exercitatio. Nam homines bestia

nas assueta ad percuciendum et
membra inexercitata ad bel-
landum deficiant in sustinendo
quilibet viriliter et expedicius
et sine maiori labore et
pena faciat opera consueta.
Tercio consideranda est tolleran-
cia circa necessitates corporis. Nam
existentes in exercitu oportet multa
incommoda tollerare. Si ergo
sint ibi aliqui molles
et muliebres, et senserint
incommoditates aliquas susti-
nere, devicti per incommo-
ditates quas sustinent bella-
re recusant, et exercitum fugiunt.
Quarto consideranda est forti-
tudo et duricies corporis.
Multum enim interest inter duri-
ciem ferri et molliciem panni
serici et inter suavitatem ludi
et asperitatem pugne. Conside-
rato enim bello in universali omnes
volunt esse boni bellatores, sed
postquam veniunt ad experien-
ciam particularium gestorum et
gustant quanta sit duricies
belli, et quantum sit armorum
pondus et quantus sit labor pu-
gne, et quantum affligunt vul-
nera hostium, ut plurimum nisi est
durus carne et robustus corpore
si ipse etiam non retrahit a bel-
lando. Nam si contingat mol-
les carne etiam postquam gu-
staverint bella appetere pu-
gnam, hoc est ut raro. Nam
habentes carnes molles ut
supra tangebatur sunt aptiores

ad intelligendum, sed ut plu-
rimum sunt inepti ad pugnan-
dum. Nam tales difficiliter su-
stinent armorum pondus, ve-
hemencius dolent ex illacione
vulnerum. Quinto consideranda
in bellantibus perspicacia et
industria ad bellandum. Nam
quanto cauciores sunt bellatores
tanto cicius victoriam obtinent.
Sexto attendenda est virilitas
et audacia mentis, quia
audaciores et magis corda-
ti ut plurimum in pugna victo-
riam obtinent. Rex ergo aut
princeps vel dux exercitus
prius quam publice dimicet
ex parte hominum bellatorum sex
considerare debet. Primo
ex qua parte sint plures
bellatores. Secundo qui sunt exercita-
ti magis. Tercio qui sint
forciores in sustinendo necessitates
et incommoda. Quarto qui
sunt robustiores et duriores
corpore. Quinto qui sunt industri-
ores et sagaciores mente. Sex-
to qui sunt audaciores et viri-
liores, et duriores corde. Et tunc
dux sobrius et vigilans prout
viderit suum exercitum in hiis con-
dicionibus habundare et deficere
poterit accelerare pugnam vel
differre et bellare publice
et aperte vel per insidias et
latenter. Enumeratis sex con-
dicionibus que considerande sunt prius
quam committatur bellum publi-
cum ex parte hominum bellatorum,
reliquum est enumerare sex alia.

Rursum sumitur ex parte ammi-
niculantium et eorum qui auxi-
liantur ad bellum. In bel-
lo quidem auxiliantur equi, ar-
ma, victualia, loca pug-
nandi, tempus et auxilium exspecta-
tum. Debet ergo dux exercitus
considerare primo ex qua parte
sunt plures equi et meliores.
Secundo ex qua parte sunt melio-
res sagittarii, plures arma-
ti et habentes meliora ar-
ma. Tertio ubi plus vic-
tualia habundant. Nam aliqui
absque vulnere et absque bello
adversariis cedunt deficien-
tes in victualibus et ob me-
dicitatem non valentes mo-
ram trahere. Quarto considerandum
est pugnandi locus, quis sit in
altiori situ vel meliori ad
pugnandum. Quinto circa pu-
gnam attendendum est tempus, ut tem-
pore quo committenda est pugna
sol sit oppositus faciebus eorum
vel hostium et ventus sic aquilo-
ventus flans et elevans pul-
verem contra ipsos vel contra adversarios.
Nam habentes solem et ventum seu
pulverem contra se offenduntur in
oculis ut dimicare non pos-
sint. Sexto est attendendum
quod plures auxiliatores ex-
pectant auxilia. Nam si
hostes expectant plura auxi-
lia, non est bellandum vel ac-
celeranda est pugna. Si autem
ipsi plures auxiliatores
expectant, est impugnatio
differenda. Hiis ergo omnibus
diligenter inspectis poterit
dux exercitus sufficienter advertere pro-
utrum debeat publicam
pugnam committere. Nam prout
viderit se in pluribus con-
ditionibus praefatis ha-
bundare vel deficere, sic se
habere poterit erga bellum. For-
te enim numquam contingit omnes
conditiones praedictas concurrere
ex una parte, ubi tamen plu-
res et meliores concurrunt est
pars potentior ad bellandum.

Quod utile est in bello ferre vexilla et constituere duces et praepositos et quales esse debeant qui vexilla in exercitu portant et qui equitibus et peditibus praeponuntur.

P

Semper virtus unita et ordinata fortior est quam ipsa dispersa et confusa. Contingit autem aliquando commisso bello ordines et acies turbari et confundi. Ne igitur hoc posset accidere, observabatur antiquitus ut divideretur exercitus per turmas et acies et singulis singula vexilla constituebantur, ita ut in quolibet vexillo peculiaris vel propria aliqua evidentia signi aperte ostenderetur, cuius aciei vel cuius turme esset vexillum, ideo ut si contingeret aliquem bellatorem deviare a

propria acie deficiat, reddi
ret ad illam. Utile ergo fuit
in bellis insignia et vexil
la deferre, ne confunderetur exer
citus. Rursus expediebat con
stituere duces, centuriones,
decanos et alios praepositos bel
li. Nam totus exercitus habet se ad
similitudinem unius corporis; quare
sicut omnia membra corporis se
invicem iuvant, sic omnes bel
latores et omnes partes eiusdem
exercitus se invicem defendunt.
Videmus autem sic confundi membrorum
opera, nisi dirigantur per ipsum
caput in quo viget sensus
et cognitio; sic confunderentur
bellatores in exercitu si carerent
aut centurione aut duce,
qui debet esse eorum caput et eorum
directivum. Unde et quia antiquitus
ne accideret confusio in bello,
constituebatur dux aliquis qui
toti exercitui erat praepositus; sub
hoc autem duce erant centu
riones; sub centurione vero de
cani. Dicebatur enim a decem de
canus sicut centurio a centum. Habe
bat enim centurio sub se de
cem decanos, ita quod praeerat
centum bellatoribus, et decanus
quorumlibet decanorum sub se decem
viros pugnativos habebat.
In galea enim centurionis scrip
te erant litere aliquae vel signum
aliquod evidens, quod respicientes
decani agnoscebant centurionem
proprium et sciebant quem sequi
debebant; sic etiam in galea
cuiuslibet decanorum signum
aliquod erat impressum, per quod
decem bellatores viri, quibus ipse
erat praepositus, decanum proprium ag
noscebant. Hoc itaque modo
vel etiam aliquo alio, tam
in aciebus equitum quam etiam
peditum constituendi sunt du
ces et praepositi et ferentes vexilla,
ut quilibet sciat quem debet agere.
Est enim tantus terror armorum
propter strepitum et percussiones
illatas, quod verba et monitiones
non sufficiunt ad dirigendum bel
latores; sed oportet adesse evidentia
signa ut quilibet ex proprio intui
tu sciat se tenere ordinate
in acie et cognoscat quid
sit acturus. Ex hoc autem patet
per quos debeat esse porta
tas insignia et vexilla. Nam
vexillo fracto totus exercitus est
in confusione. Cum magna ergo
diligentia est vexillifer eligen
dus ut sit corpore fortis, ani
mo constans, fidelis principi, expertus
in armis et alia singula
quae requiruntur ad probum et
strenuum bellatorem. Con
tigit enim etiam in temporibus to
tum populum civitatis cuiusdam
devictum esse a bellatoribus
superantibus eo quod vexillifer frau
dem committens velavit vexillum
et abscondit ipsum. Quare confu
debantur bellatores quia non habentes
caput et ignorantes ad quid
deberent attendere. Propter quod in bel
latores vita multorum hominum pe
riculis mortis exponitur, cum
magna diligentia vexillifer e

querendus. Ex dictis autem probatur qualis esse debeat qui in exercitu est peditibus et equitibus preponendus. Nam sicut caput est prestancius aliis membris sic qui in bello preponitur aliquibus turmis vel bellatoribus aliis debet esse magis strenuus illis et magis expertus in hiis que requiruntur ad pugnam. Quare si pedites debeant boni existere bellatores esse debent fortes viribus proceri statura scientes hastas et tela. Scire eciam debent gladium vibrare et ad percuciendum scutum portare ad se protegendum debeant esse vigilantes agiles sobrii habentes armorum experienciam. Oportet omnia hec per amplius expectari reperiri in eo qui est supra pugnantes pedites preponendus. Debet ergo qui in pugna peditibus peditibus preponitur esse fortis viribus procerus statura sciens eicere hastas et iacula, sciens dimittere gladio ad percuciendum portare scutum ad protegendum se vigilans agilis sobrius habens omnium armorum experienciam ut sciant erudire pugnantes sibi commissos cogat eos ad bene bellandum et arma tenendum. Nam ipse armorum nitor terrorem incutit hostibus ut portans tamquam di arma tredatur fortis esse bellator. Contra eciam rubigo armorum arguit inerciam bellandi in eo qui portat illa. Si ergo talis debet esse qui preponitur peditibus bellatoribus multo magis debet esse armorum expertus et procerior et fortior viribus qui est equitibus preponendus, quia in bello equester maior conflictus efficitur quam in pedestri pugna. Oportet ergo propositum et ducem militaris belli esse abilem corpore ut possit eciam armatus agiliter equum ascendere. Scire fortiter equitare, cum lancea percutere, iacula eicere, cum scuto se protegere cum clava et ense dimicare, et habere omnium armorum exercitium ut possit suos commilitones debere ad pugnam erudire ut fortiter pugnent arma teneant et alia faciant que requirerint ad bellum.

Quibus cautelis debet uti dux belli ne suus exercitus ledatur in via. Capitulum XI

Mors est quod terribilissimum et finis omnium terribilium ut dicitur iii Ethicorum. Ubi ergo queritur mors plus et ubi hostes insidiantur

Noticiam est omnis caute
la adhibenda ut exercitus ser
vetur illesus et ut vita ci
vium conservetur non ergo suffi
cit considerare ea que sunt con
sideranda in pugna committenda
nisi sciantur cautele ad re
movendum impedimenta vi
arum ne exercitus per insidias
hostium periclitetur in via.
Possumus autem quantum ad presens
spectat octo cautelas enumera
re quas debet dux belli re
tinere memoriter ut salvetur
vita pugnatorum qui sunt
sub ipso. Prima est ut itine
ra regionum per que exercitus
perficisci debet et inter valla
locorum et qualitates
viarum et compendia et
adminicula et montes et
flumina existencia in itinere
illo debet habere conscripta
immo si vie ille et passus
et flumina dux exercitus habere
debita ut quasi oculorum
conspectu prospiceret qualiter
exercitus deberet pergere tucius
posset suum exercitum ducere.
Sic enim marinarii faciunt
qui videntes maris pericula
ne eorum naves paciantur
naufragium describunt ma
ris mappam ubi ~~mappe~~
portus maris discrimina

maris et cetera talia periculosa
sunt descripta que marinarii
intuentes statim percipiunt qua
liter debeant pergere et in quo
loco existant et a quibus de
beant sibi cavere. Quare cum
propter insidias hostium exercitus
tot quot vel pluribus etiam pe
riculis exponatur in via quam
naute in mari nullomodo
debet exercitus pergere per viam
aliquam in qua pati possit
insidias nisi qualitates viarum
montes et flumina et cetera
reperta in illo itinere habe
at dux conscripta etiam et
depicta. Secunda cautela
ut simul cum hoc quod habet
vias et qualitates viarum
conscriptas et depictas ducat
dux belli conductores aliquos
bene scientes vias illas qui
pluries per eas perrexerunt et
experti sunt illas. Nam videre
aliqua conscripta et depicta
non sunt ita nota sicut si per
se ipsa sensibiliter videremus.
Nam potior est cognitio rei per
quam cognoscitur in se ipsa quam
per quam cognoscitur in pictu
ra vel in scripto. Sed ne tamen con
ductores moliantur fraudes
aliquas debet circa eos dux
bonas apponere custodias ne
possent fugere debet etiam eis

Minari mortem si in aliquo si fraudulenter se habeat et promittere dona si fideliter se gesserint. Tertia est habere secum sapientes plures fideles principi exercitatos in bellis de quorum consilio agat quicquid viderit esse faciendum. Nam ubi tantum cavetur periculum nullo modo debet remitti proprio capiti nec credere sibi soli. Quarta cautela est ut itinera ignorentur per que debet exercitus perficisci. Nam consilium ducis exercitus quanto minus publicum tanto que sunt in consiliis deliberata minus impediuntur et citius sunt debito mancipantur. Postquam ergo deliberatum est per quas vias debet exercitus pergere et vias illas dux habet conscriptas et depictas et non habentur conductores aliqui fideles ~~aliquam~~, quanto hec minus publicum est et magis celatur ab hostibus tanto exercitus magis secure proficiscitur.

Quinta est in quolibet agmine et in qualibet acie habere aliquos equites fidelissimos habentes equos veloces et fortes qui ante et a tergo et a dextra et a leva percurrant illustrantes et discooperientes insidias ne hostes aliqui latitantes ex aliqua parte molestent exercitum. Nam et si nullis esset notum ducis consilium eo tamen ipso quod per aliquas vias incipit exercitus iter arripere coniecturari quis potest per quas partes debeat perficisci, et quia probabile est semper in talibus aliquos exploratores adesse cogitare debet dux belli quod hoc possit ad aures hostium pervenire. Itaque cum pericula previsa minus noceant per velocissimos equites sunt detegende insidie ne exercitus contra aliquam partem ex improviso patiatur molestias. Sexta ut semper ex ea parte exercitus probiores milites et magis bellicosi pedites magis apponantur ex qua creditur magis periculum imminere quod si ex omni parte de periculo dubitatur undique sunt remedia adhibenda. Septima est ne exercitus dispersim vadat. Nam interrupta acie facilius debellatur, in qualibet enim hora sic exercitus se debet habere ut si extunc hostes presentes adessent eis non possent efficere nocumenta. Unde et proverbialiter dicitur quod qui est immunitus non est derisus. Semper ergo dux belli cui commissa est tanta cura debet esse attentus et vigilans ne hostes eum invadere possent quasi negligentem et dormientem, debet etiam dux exercitus centuriones et decanos alios qui operibus

bellicis proponit semper monere mi-
lites et pedites ut sint parati
ad arma ut si contingeret
aliqua invasio subita possent
invadentibus resistere. Sic decla-
rando dato quod accideret aliquis
repentinus impulsus esset quasi
provisus et nimis prestaret no-
cumentum. Octava est cautela con-
siderare exercitum in quibus
sit copiosior utrum magis
habundet peditibus vel equi-
tibus. Nam equites melius
se defendunt in campis, pedi-
tes vero in locis silvestribus
et montuosis. Itaque ut viderit
dux belli se habundare in equi-
tibus vel peditibus eligere poterit
vias campestres et amplas et
nemorosas vel montanas
et alia prout noverit expedire.

XII Qualiter ordinande sint acies si debeant contra hostes vel contra adversarios dimicare

Postquam diximus sub
quo duce continentur opera
bellica et ex quibus
regionibus sunt melio-
res pugnatores et ex quibus
artibus sunt meliores bel-
latores. Declaravimusque etiam qua-
liter in exercitu construende sunt
munitiones et castra et que
sunt consideranda si debeant
publica bella committi et ex
quibus cautelis debet dux
bellorum ne suus exercitus
ledatur in via, restitutum ad cam-
pestre bellum nichil ut videtur
ultra dicere restat nisi ut do-
ceamus ordinare acies percutere
adversarios et invadere hostes,
propter quod dicemus de ordine acierum.
Si enim ordo servetur in acie,
non modicum valet ad pugnam.
Nam ut ait Vegetius nisi bel-
lantes sint ordinati et occu-
pent debitum spatium bene pu-
gnare non possunt. Nam si ni-
mis sint constricti impediun-
tur ne aliquos percutere possint.
Si vero nimis rari et intercedentes
tes aditum prestent hostibus
ut facilius devincantur. Servare
autem debitum ordinem in acie
ut equites et pedites suam aciem
servent non sine magno ex-
ercitio fit, propter quod qui in aliquo
tempore vult bellare per diversa
tempora debet excitare pugnatores
ad servandum debitum ordinem
in acie et ad faciendum ea que
requiruntur in bello. Modus autem
per quem pugnatores huius-
modi ordinem servare discunt
est ut sequitur: tam equites quam
pedites ducantur ad campos et
ille qui est excitator in bel-
lo et qui debet equitibus vel
peditibus esse prepositus primo debet
equites et pedites linealiter
disponere ita ut seriatim
maneant et equaliter ad se invi-
cem distent secundum distan-
tiam quam requirit acies
equestris vel pedestris. Poca

Precipere debet ut duplicent
aciem ita quod medietas aciei
statim separet se a medietate
alia et seriatim ordinet se an-
te aliam vel post ipsam, quo facto
statim debet precipere dux bel-
li ut aciem quadratam fa-
cient et deinde ut constituat
trigonum quod facile fit. Na-
mque acie quadruplicata et
secata diametro et partibus
quadrati coniunctis simul fa-
cient trigonum. Vel ut sit unum
dicere quod non omnes hos modos
geometricos capiunt ductis pu-
gnatoribus ad campos sive
equitibus sive peditibus impe-
re debet dux belli quod pugna-
tores ordinent se in formam
quadrangularem et post ea se-
cundum triangularem et
deinde in rotundam et sic
deinceps debet assuescere bel-
lantes ut sciant construere
aciem secundum quandam
formam. Huius visis, scien-
dum quadrangularem for-
mam aciei inter ceteras
formas esse magis inuti-
lem. Ideo secundum hanc
formam nunquam est forman-
da acies simpliciter sed in ca-
su ut situs loci talem formam
requireret in huiusmodi casu
construenda est forma pre-
dicta. Forme autem acierum
secundum se valentes ad bellandum
sunt piramidalis, rotunda
et forficularis. Nam pugnantes
vel solum volunt se defen-
dere et sustinere ictus vel vo-
lunt alios invadere. Si ergo bel-
lantes non sentiunt se tante
potentie esse ut alios de-
bellare possint sed sufficientes
ut se defendant, tunc est con-
struenda acies in rotun-
dam formam et pugnantes debent
se magis constringere et con-
stipare ut acies non possint
ab hostibus transcindi. Circa
aciem autem in summitate et
in exteriori parte constituendi
sunt homines fortioris arma-
ture et melius armati qui
absque timore quam maxime possunt
ictus suscipere. Si vero pugna-
tes credunt se tante pote-
ntie ut possint adversarios inva-
dere tunc vel in eorum respectu
hostes sunt pauci vel multi.
Si hostes sunt valde pauci con-
struenda est acies in formam
forficularem ut acies sit
aperta ad modum ferri equini
et quasi forfices ut adversa-
rios quasi in medio capiat et
concludat. Si vero hostes sunt
multi construenda est acies
in formam quam appellant
cuneum id est in figuram
piramidalem et acutam ut
possit hostes scindere et divi-
dere. Nam divisis hostibus
facilius debellantur. Acies
ergo constructa in forma

Rotunda utilis est ad sustinendum, in forma vero forficulari est utilis ad claudendum et concludendum cum hostes sunt pauci, sed in forma acuta et piramidali utilis est ad scindendum et dividendum cum hostes sunt plures. Sciendum ergo quod numerus acierum ostendendus est secundum multitudinem pugnatorum et prout plures aut pauciores pugnantes videntur se habere, poterunt plures aut pauciores acies construere. Sciendum enim quod semper in tertiam aciem et in loco ubi magis periculum est ne acies confundatur apponendi sunt probiores pugnatores qui possint viribus dimicare. Est autem advertendum quod in qualibet acie per unum pugnatorum constituentium aciem resignandi sunt aliqui strenui bellatores extra ipsam aciem qui possint ad illam partem succurrere ubi viderint magis aciem deficere. Hec ergo tria observanda sunt in constructione acierum. Primo ut acies bene ordinentur et in formam rotundam acutam et forficularem ut requirit bellum committendum. Secundo ut probiores bellatores in illis partibus apponantur aciei in quibus magis periculum est confundi et perforari aciem. Tertio ut ex qualibet aciem resecentur aliqui milites strenui et audaces qui possint succurrere ad partem illam circa quam viderint aciem titubare et deficere.

Quod deridendi sunt in bello omnes percutientes cesim et quod eligibilius est percutere puncti[m]

VIII

Ostenso qualiter sunt acies ordinande et construende, reliquum est ostendere qualiter pugnatores percutere debeant. Utrum eligibilius sit percutere cesim vel punctim. Possumus autem quinque vias ostendere quod deridendi sunt percutientes cesim et eligibilius est percutere punctim. Prima sumitur ex prohibitione armorum. Secunda ex resistentia hostium. Tertia ex providentia vulnerum. Quarta ex fatigatione membrorum. Quinta ex deceptione percutientium. Prima via sic patet. Nam quanto ensis sive gladius plus capit de armis, tanto propter armorum resistentiam difficilius itur ad carnem. Inde est quod bellorum experti debent pugnatores semper debere habere loricas amplas et camisilia loricarum se constringant quia quanto illa camisilia sunt magis compacti tanto oportet plures excisiones facere ut vulnera

Nocerant sic quia percutientes caesim oportet plus de armis invadere quam percutientes punctim ut quod vulnus perveniat citius ad carnem magis est conspicibile percutere punctim quam caesim. Modica autem armorum invasio sufficit ad laedendum corporem percutiendo punctim quod non sufficeret si percuteretur caesim. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex resistentia ossium. Nam et si quis esset inermis existeret in percussione caesim priusquam perveniretur ad cor vel ad membra vitalia oporteret magnam plagam facere et multa ossa incidere. Sed percutiendo punctim duae unciae sufficiunt ad hoc quod fiat plaga insanabilis et sit mors letale vulnus. Considerare quidem debemus quod quod est hostibus nocivum, id est nobis proficuum. Ideo in exercitu ubi quaeritur mors adversariorum percutiendum est punctim, quia sic feriendo citius infligitur plaga mortifera. Tertia via sumitur ex providentia vulnerum. Nam quanto hostis magis vulnera providet magis potest se protegere et citius potest illa vitare quia provisa iacula minus laedunt. In percutiendo autem caesim, quia oportet fieri magnum brachiorum motum

priusquam infligatur plaga adversarius e longinquo potest providere vulnus ideo magis potest sibi cavere et cooperire se ab ictibus. Ideo autem docendi sunt quod punctim percutere adversarium sentiat antequam videat. Unde hic quae percutiendi potissime usi sunt Romani. Deridebant enim Romani milites omnes percutientes caesim quia et ipsi semper valebant percutere punctim. Sexta via sumitur ex fatigatione membrorum. Intendenda enim in bellis et hoc potissime attendendum ut illi pugnantes absque nimia fatigatione sic possint nimis adversarios laedere. Nam si bellatores nimis se fatigent non valentes laborem illum tollerare de facili dimittunt aciem et quaerunt in fugam. Cum ergo percutiendo caesim per magnum motum brachiorum insurgit ibi magnus labor, punctim vero feriendo modica fatigatio sufficiat, eligibilius est percutere punctim quam caesim. Percussio enim caesa quovis impetu veniat raro occidat, sed puncta modica impetu inflicta facit letale vulnus. Quinta via sumitur ex deceptione percutientis. Nam bonus bellator sic se esse debet adversarium laedere ut tamen ipse non

ledatur. Quomodo ergo ille modus percuciendi est magis cautus in quo ferientes minori lesioni se exponunt. Quare cum percuciendo punctim etiam recto corpore possit nimis adversarius ledi, melius est percutere punctim quam cesim. Percuciendo enim cesim oportet elevare brachium dextrum quo elevato dextrum latus nudatur et discoopertum et datur hosti via ut possit nos facilius ledere. Nam levius infertur lesio et nocumentum corpore nudato quam tecto.

Que et quot sint illa que hostes potenciores reddunt et quot modis et qualiter debemus hostes invadere XIIII

Ut dicebatur superius quod hosti est proficuum nobis est nocivum et econverso. Quecunque igitur reddunt hostes fortiores ad resistendum bellatoribus quia illa sunt proficua eis eorum opposita sunt eis nociva et reddunt eos debiliores ne possint impugnantibus resistere. Quantum autem ad presens spectat possumus septem enumerare per que hostes sunt fortiores contra impugnantes. Primum est si sint in acie debite ordinati. Nam cum virtus unita ut supra tangebatur fortior est seipsa dispersa, si hostes sint bene uniti et debite in acie ordinati si invadantur difficilius devincuntur. Secundum quod reddit hostes fortiores et ad resistendum est locus. Nam in uno loco hostes facilius se tuentur quam in alio. Nam in transitu fluminum inter precipitia montium et inter difficultates viarum si contingat hostes in tali situ reperiri difficilius se defendere poterunt quia oportet eos sparsim incedere. Quare sicut locus ineptus defensioni si in eo hostes inveniantur reddit eos debiliores ad bellandum sic locus aptus facit eos potenciores ad resistendum. Tercium est ipsum tempus. Nam tempus in quo ~~tempus~~ ventus est contrarius hostibus et quo pulvis facies eorum percutit et in quo solares radii opprimunt oculos eorum difficilius possunt hostes resistere. Ex quo videmus quo hoc modo habent se hostes habiliores sunt ad pugnandum. Quartum quod reddit hostes magis animosos et magis promptos et renitendum est provisio, quia quando premissi sunt et presciunt adventum pugnatorum magis se muniunt nimis terrentur ex eorum occursu. Quintum autem est debita et moderata quietacio. Nam quando hostes sunt fatigati laboribus vigiliis et incommoditatibus aliis si tunc invadantur facilius devincuntur quam si debite quievissent

debita ergo quies hostes poten-
ciores reddit Sextum est amor
et concordia ipsorum Nam
si hostes divisi corpore faciliter
devincuntur multomagis
animo divisi et voluntate
debellantur celerius quia
maior est divisio animorum
quam corporum et econverso si ho-
stes non sunt sparsi sed sunt
corpore coniuncti potenciores ad
bellandum sunt et multo
magis si se diligant et sunt
coniuncti animo et voluntate
quia de seipsis magis confiden-
tes sunt viliores et prompciores
ad pugnam Omnis enim amor
est quedam vis unitiva et plus
unit amor amancium corda
quam loci unitas existencium
corpora Quare si unitas
loci et congregacio bellan-
cium eos potenciores facit
amor et unitas cordium eos
viliores reddit Septimum quod
facit hostes potenciores ad
remittendum est latencia
propriarum condicionum exi-
stencium circa ipsos Nam quanto
condiciones hostium melius
sciuntur tanto faciliter eligitur
via qualiter debeant impu-
gnari quanto vero eorum nego-
cia magis sunt latencia
magis ignorabitur impugnacio-
nis modus Enumeravimus
itaque que reddunt hostes
potenciores ad remittendum

De speciali parte pugne quomodo
et qualiter bellantes suos ho-
stes invadere debeant Na-
tura vii modis evitare ho-
stes fortiores existant cum
non opposito se habent sunt
invadendi et debellandi
Primo igitur dux belli per
insidias vel aliquem alium
modum debet diligenter ad-
vertere quando hostes sunt di-
spersi et tunc eos debet inva-
dere quia non habebunt
potenciam resistendi Se-
cundo debet eorum diligenter
explorare itinera et tran-
situs fluviorum et precipicia mon-
cium et angustias silvarum
difficultates paludum et
viarum se opponat quia sic
facilius devincentur Tercio
debet aspicere ad ipsum tempus
ut quando sol reverberat ad
oculos hostium pulvis et
ventus repercutitur ad eorum
vultus tunc debet eos inva-
dere quia oculis ipsorum
disgregatis a sole et offen-
sis per ventum et pulverem
non bene videre poterunt qualiter
debeant dimicare Quarto quod oppor-
tebit eos fugam eligere
Quinto dux exercitus sic se
temptare debet ut tali ho-
ra suos commilitones
faciat cibum capere et requiescere

Et eorum equos pausare ut possint invadere hostes ex improviso ut eos invadat quando aliud capiunt vel quando dormiunt, quando sine sarcinis existentes inermes nudati discalciati distracti equis non sufficiatis eorum adventum. Quinto dicit diligenter explorare quando hostes magna dieta fecerunt sunt fatigati, hinc lassatos esse sciunt eum si eos invaderet poterunt de facili terga vertere. Sexto dicit Vegetius dux belli inter suos hostes et inimicos vel per se vel per alios mittere dissensiones iurgia tumores eos ad lites vel ad inimicitias ut de invicem non confidant, hoc enim facto si eos invadat non habito fiducia de se invicem de facili convertuntur in fugam, sed hec cautela licet ponat eam Vegetius non multum est appreciada quia repugnat bonis moribus. Septimo dicit diligenter explorare conditiones hostium qualiter se gerant qualiter se habeant quis est dux eorum, de quo dux ille magis confidit quos mores habeat. Nam exploratis conditionibus singulis facilius inveniet via qualiter possint hostes invadere et debellare.

Quomodo homines bellatores stare debeant si velint hostes percutere et quomodo debent eos laudare et quomodo debeant declinare a pugna sic quod non sit bonum pugnam committere. XI.

Decimo in quodam capitulo precedenti percutiendum plurimum non tetigimus esse in quo doceamus milites et etiam pedites. In hoc autem capitulo specialem doctrinam peditibus volumus dare quomodo debeant stare ad volunt hostes percutere. Percussionis autem duplex est modus unus hostium a remotis ut cum iaciendo iacula vel impellia ad invicem se feriunt, alius autem cum adeo appropinquat quia manum ad manum se percutiunt. Illi autem debent stare bellatores viri cum a remotis iacula iaciunt et aliter cum ex propinquo se feriunt. Nam iaciendo iacula a remotis debent habere pedes sinistros ante et dextros retro. Nam cor quod est in animali principium motus principaliter influit in partem dextram, ita quod pars dextera in animalibus fortior est in movendo et aptior est ad motum, et quia semper mobile

Immittitur alicui immobili ut si movetur manus immittitur brachio statim si movetur brachium immittitur corpori quiescendi et si movemus pedes immittitur alii pedi non moto. Oportet ergo moveri partem dexteram immitti parti sinistre quiescenti. Cum igitur pes sinister ante ponitur et latus dextrum elongatur optime dispositus est homo ad iaciendum iacula et missilia quia quiescit in sinistra et movendo dexteram vibrans ipsum iaculum quo vibrato vehementius movet aerem et fortius ferit. Licet enim tam secundum partem dextram quam sinistram possimus quiescere et moveri. Dextra tamen aptior est ad movendum et sinistra ad quiescendum. Unde percucientes a remotis debemus quiescere super sinistrum pedem ante missum et elongare nos cum dextro ut possemus vehementius impellere et vibrare iaculum. Sed quando manum ad manum pugnatur gladio debemus econtrario nos habere itaque quod pedem dextrum teneamus ante et sinistrum post. Nam quia latus dextrum aptius est ad motum si illud sit hosti propinquius

ratione motus poterit melius ictus effugere. Vehementius enim percutitur quod stat quam quod movetur. Rursus si dextrum latus sit hosti propinquius melius poterit ipsum percutere. Debent enim pugnatores cum ad malum pugnant tenere pedem sinistrum immobilem et cum volunt percutere cum pede dextro debent se ante facere, et cum volunt ictus fugere cum eodem pede dextro se retrahere, sic itaque tenendo pedem sinistrum immobilem et cum dextro se movendo poterunt facilius hostes percutere. et eorum ictus facilius facilius fugere. Viso quomodo debeant bellantes stare si debeant hostes percutere videre restat quomodo sit hostis includendi et circumdandi. Sciendum ergo quod raro aut numquam sit circumdandi hostes in pugna publica quod non poterat aliquis eis aditus fugiendi, quia tunc desperati et necessitate compulsi efficiuntur audaces. Videntes enim se necessario morituros plura mala committunt in eos qui contra pugnant. Unde et laudatur Scipionis sententia dicentis. Nunquam sic claudendos

esse hostes quod non pateat eis aditus fugiendi. Nam fugientibus hostibus nullum est periculum et in fuga periclitantur multi absque nocumento perpugnantium. sed cum se vident sic coacti se viriliter includentes. Cum ergo supra diximus formandas esse aliquas acies sub forma forficularum ut quando hostes sunt pauci ad hoc quod melius includantur et circumdantur non sic intelligendum est quod ita debeant circumdari quod nullus aditus debeat patere nisi forte adeo essent pauci quod quantumcumque rebellare vellent nullum possent nocumentum efficere.

Ostenso ita quod exercitus debeat stare pugnantes si velint hostes percutere et qualiter debeant eos circumdare. Restat nunc tertio declarare qualiter sit declinandum ad pugnam si non habeat consilium nec videatur pugnam bona committere eo quod hostes sunt fortiores et non possimus illis resistere in campo quantum ad praesens spectat debet dux duplicem habere cautelam. Prima est quantum ad exercitum proprium. Nam et si dux consilium habeat non esse pugnandum debet hoc valde paucis patefacere

et non debet illud toti exercitui pandere ne timentes turpiter fugiant et ab insequentibus hostibus occidantur. taliter ita quod dux se habere debet quod non credat exercitus quod velit fugere sed quod alibi velit parare insidias et quod contra hostes velit acrius dimicare. Secunda cautela adhibenda est ex parte exercitus hostium. Nam se decet declinare bellum ut hoc hostes lateat. Ideo multi opere nocturno potius quam diurno hoc agunt et plures hanc sibi habent cautelam quod milites stantes in acie ex opposito hostium prohibent ne pedites videri possint. propter quod pedestris pugna latenter recedunt et tunc cedere castra postea melius possunt vitare hostium percussionem. Est ergo advertendum quod quando declinatur pugna nunquam acies se debent dividere quia si contingeret hostes insequi fugientes a bello plures occiderent et maius nocumentum eis inferrent fugientibus quam si se verterent et debellarent. debet enim dux belli inquirere utrum sit aliquis locus propinquus ad quem possit confugere exercitus si fugaretur ab hostibus

Quot sunt genera bellorum et quot modis deuincendi sunt municiones et ciuitates et quo tempore melius est obsidere ciuitates et castra. XVI

Videtur omnia bella ad quatuor genera reduci videlicet ad campestre obsessiuum defensiuum et nauale. Bellum autem campestre dicitur omnis pugna facta in terra in qua bellatores ad inuicem pugnant absque municione media. Quanto tamen huiusmodi pugna magis est a municionibus separata, tanto est magis campestris et magis periculosa. Secundum genus pugne dicitur obsessiuum cum bellatores sunt tante potencie quod non expectant ut hostes de municionibus existentes vadant bellare ad campum, sed ipsi municiones inuadunt et obsident eos tale genus pugne cum nomine dicitur obsessiuum. Est autem et tercium genus pugne quod defensiuum vocari potest. Nam sic contingit pugnantes aliquos in tanta multitudine esse et tantam habere potenciam ut non expectent hostes exire ad campum sed ipsas municiones obsidant et inuadant, sic contingit aliquos esse adeo paucos et debiles ut non putent in campo resistere posse impugnantibus. Ideo se in municionibus clausos tenent et sufficit eis quod possint municiones defendere si contingat eos ab hostibus impugnari. tale genus pugne quo quis defendit municiones et castra dicitur defensiuum. Nam licet in omni pugna sit aliquo modo inuasio et defensio, attamen cum quis obsidet municiones et castra magis dicitur inuadere quam se defendere. In pugna ergo obsessiua magis est inuasio quam defensio. In bello vero quo quis se tuetur in municionibus et castris magis est ibi defensio quam inuasio. Ideo tale genus pugne merito dicitur defensiuum. Quartus autem pugnandi modus dicitur naualis. Nam sicut contingit esse pugnam in terra, sic etiam contingit eam esse in aquis, immo horribiliores et periculosiores sunt pugne aquatice quam terrestres. Huiusmodi autem pugne in aquis facte cuiuscumque condicionis aque ille existant nauales dicuntur. Quare cum sint quatuor genera

Pugnarum modos quos diximus de campestri. Restat dicere de obsessiva defensiva et navali. Contingit enim aliquando reges et principes pugnare omnibus his modis pugnandi. Nam aliquando committunt campestre bellum, aliquando vero obsident munitiones et castra. Contingit etiam aliquando aliquos invadere munitiones eorum propter quod oportet eos uti pugna defensiva. Amplius in principatu et regno contingit esse portus et terras maritimas iuxta mare sitas, propter quod ne portus deserantur et ne fiat per eos ab hostibus introitus in regnum et ne terre maritime impugnentur, expedit regibus et principibus aliquando ordinare bella navalia. Dicto itaque de bello campestri et aliis generibus bellorum est dicendum. Verumque de campestri pugna diffusius diximus et de cautelis bellorum multa diffusius, cum per iam dicta circa omne bellum possit cautele haberi qualiter quis debeat se habere, non oportet circa alia bellorum genera diutius immorari. Primo enim dicetur de bello obsessivo. Viso ergo quot sunt bellorum genera et dicto quod post bellum campestre primo dicendum est de pugna obsessiva. Cum per hunc modum pugna contingat obtineri et devinci munitiones et urbanitates, restat videre quot modis talia devinci possunt. Est autem triplex modus obtinendi munitiones et castra, videlicet per sitim et famam et pugnam. Contingit enim aliquando obsessos carere aqua, ideo vel oportet eos siti perire vel munitiones reddere. Quare diligenter excogitare debent obsidentes munitiones aliquas utrum per aliqua ingenia vel per aliquam industriam possint ab obsessis accipere aquam. Nam multotiens evenit aquam a remotis principiis derivari usque ad munitiones obsessas. Quare si in illo fontali principio deservatur fistula vel meatus per quem pergit aqua ad obsessos, oportet ipsos pati aquarum penuriam. Rursus munitiones aliquando alte et aqua non perveniunt usque ad eas. Quare si sit a munitionibus remota, debent obsidentes adhibere omnem diligentiam quod possint obsessis prohibere aquam. Secundo

Modus impugnandi muni-
ciones est per famen. Nam
sine cibo durare non possunt.
ideo obsidentes ut municiones
obtineant, passus vias et omnia
loca per que possent obses-
sis victualia deferre dili-
genter custodiri debent ne
eis talia deferantur. In
bingodi autem obsessionibus
multociens et plus affligit
fames quam gladius. Inde e-
go quod multociens obsidentes
volentes cicius obtinere mu-
niciones si contingat eos capere
aliquos de obsessis, non occi-
dunt illos, sed per mutilacionem
membrorum eos reddunt inutiles
et postea eos remittunt ad mu-
niciones obsessas ut ibi una
cum aliis comedentes apud
illos obsessos maiorem fa-
mem et inopiam inducant.
Tercius modus obtinendi
municiones est per pugnam
ut cum itur ad muros et
cum per pugnam dimicatur
contra obsessos. Sed qualiter
et quot modis contingit ta-
lem pugnam committere in se-
quenti capitulo ostendetur. Quis
quot sunt genera bellorum
et quot modis devincende
sunt municiones obsesse.
Restat ostendere quo tempore melius
est obsidere civitates et castra.
Sciendum itaque quod tempore
estivo antequam sit recollecta

blada vina et alia per que
subveniri possit inopie obsessorum
est melius obsessionem facere
illo enim tempore omnino devincendi
melius devincuntur obsessi.
Nam si per sitim sunt mu-
niciones obtinende melius
est facere obsessionem tempore estivo
eo quod tunc magis desiccantur
aque et sic habundant ce-
lestes pluvie ut possint
per cisternas subveniri ob-
sessis. Rursus si per famem
est castrum vel civitas ob-
sessa obtinenda melius est
obsessionem facere estivo tempore
antequam messes et vina sint
recollecta. quia si tali
tempore conveniunt fructus am-
pliti. Secundo si obsessi non
possunt gaudere fructibus anni
devenient cicius pro inopia.
Amplius si per bellum et pug-
nam municiones sint obtinende
melius est hoc agere estivo tempore.
Nam tempore hyemali habundant
pluvie replentur fosse aquis
quare difficilius impugnantur
obsessi. Rursus incommoditates
temporis magis molestant obsiden-
tes et exeuntes in campis quam obses-
sos manentes in domo. Vel ergo
obsessiones faciende sunt tempore estivo
vel si per multa tempora obsessiones
durare debeant saltem inchoan-
de sunt tempore estivo priusquam blada
vina et alios fructus bene
recolligere possint obsessi et

XVIII. Quod debent se munire obsidentes et quomodo per cuniculos impugnari possunt municiones obsesse

Si obsidentes negligentes fuerint et non diligenter se muniant, ab obsessis molestari poterunt. Nam cum contingat obsessos per multa aliquando durare tempora, non est possibile obsidentes semper eque paratos esse; ideo nisi sint muniti, contingit quod existentes in castris cum fuerint occupati sompno vel cibo vel ocio, obsidentes aut aliqua necessitate dispersi, repente prorumpunt in eos et succendunt tentoria, destruunt obsidencium machinas et aliquando multos ex obsidentibus periment. Cavere obsidentes ut tuti permaneant, longe a municione obsessa saltem per ictum teli vel iaculi debent castra metari, et circa se facere fossas et figere ibi ligna et construere propugnacula, ut si oppidani eos repente vellent invadere resistenciam invenirent. De ipso quomodo munire debent obsidentes ne ab oppidanis molestentur. Restat ostendere quot modis impugnare debent obsessos. Est enim unus

modus impugnandi communis et publicus, videlicet per balistas, arcus et per lapides emissos manibus et fundis et etiam per appositiones scalarum. Non multum enim indusitres in pugna si obsessi sciant se ad muros et propugnacula statim impugnare eos cum balistis et arcubus iacere contra ipsos lapides cum manibus vel cum fundis, apponere scalas ad muros ut si possint ascendere ad partes illas ut sint pares illis. Preter tamen hos modos impugnacionis appertos est dare triplicem impugnacionis modum non omnibus notum, quorum unus est per cuniculos, alius per machinas proicientes lapides ingentes et grandes, et tercius est per edificia impulsa usque ad muros municionis obsesse. De omnibus hiis itaque impugnacionibus dicemus. Sed primo de impugnacione per cuniculos. Primo ergo per cuniculos, id est per vias subterraneas, devincuntur municiones. Debent enim obsidentes privatim in aliquo loco terram fodere, ante quem locum tentorium vel aliquod aliud edificium debent apponere ne obsessi videre possent nisi incipiant fodere ibi. Cum fodiendo vias per studiose quas

Sint fosse munitionis deri-
uande, pergendo usque ad muros
munitionis predicte, quod si hec
fieri possit leuiter et munitionem
capere. Nam hoc facto primo
debent muros fodere et suppo-
nere ibi ligna ne statim
cadant et cum omnes muros
uel maiorem partem mu-
rorum sic suffoderint et
subputauerint, si uiderint
obsidentes quod per solum casum
murorum possint munitionem
obtinere debent apponere ignem
in lignis sustinentibus mu-
ros: et facere muros uel ma-
gnam eorum partem, sic ca-
dere et replere fossas quod quasi
ex inopinato terreantur ob-
sessi ut facilius derelinquatur
opidum. Est etiam aduer-
tendum quod uie subterranee
semper sunt muniende tabulis
et aliis artificiis ne cadat
terra et suffocet fodientes
terram et que extrahitur de dictis
fossis est taliter abscondenda
ut ne uideatur ab obsessis,
et rursum cum ignis apponitur
ad ligna sustinencia uel
sustentancia murum, appo-
nentes huiusmodi ignem et ex-
istentes cum eo debent se ad lo-
cum tutum fugere ne ledantur
per murorum casum, sic quod ad-
dendum est quod in pugnacionibus
per cuniculos cum ad munitionem
obtinendam sufficit sola
murorum ruina, sed cum
hec creditur non sufficere
muris cadentibus sub fossis
et subputatis non dum
apponendo ignem sed pro-
cedendum est ad maiores mu-
nitiones et ad maiora me-
nia castri uel ciuitatis
obsesse et sic faciendo uias sub-
terraneas et similiter faci-
endum est circa ea quod fecimus
circa muros. Rursum proce-
dendum est diuertendo uias
subterraneas ut per eas
possit haberi ingressus
ad ciuitatem et castrum
que omnia latenter fi-
unt absque eo quod senciantur
ab obsessis licet non sine
difficultate et diuturnitate
temporis possunt hec omnia sub
debito mancipari. His
itaque sic peractis aliquo
tempore nocturno uel aliquo
alio congruo ad pugnandum
per appositionem ignis sicut debet
ut sic cadant muri et
munitiones sub fossis et per
uias subterraneas fiat in-
gressus ad castrum uel ad
ciuitatem et per aditum factum
ex muris cadentibus reliqui
uero obsidentes ingrediantur
castrum uel ciuitatem et
sic poterunt obtinere illam.

Quot et que sunt genera machinarum eicientium

Per que impugnari valent munitiones obsesse et devinci possunt civitates et castra

XVIII Contingit autem plures munitiones quas obsessas esse supponimus lapides fortissimos esse constructas vel esse circumdatas vel habere profundissimas foveas vel aliquo alio modo esse munitas et per cuniculos et per subterraneas vias vix vel valde difficulter obtineri possunt. Contingit etiam plures ut munitiones obsessas per vias subterraneas capi posse obsessis tamen providentibus ferro impediunt eam ne per ipsam fraudulenter et per insidias devincantur. Quod quomodo fieri habeat ostendemus cum in sequentibus capitulis agetur de defensiva pugna. Cum enim tractabimus qualiter obsessi se defendere debeant declarabimus qualiter obsessi per cuniculos et alias machinationes obsidentium debeant providere. Quare si magister artis dicit immunitati nam que semper faciliori via ad effectum producat res cum per cuniculos non ita de facili munitiones impugnari possunt sicut per machinas lapidarias vel per edificia impulsa usque ad menia castri vel civitatis obsesse oportet talibus uti argumentis ut habeatur intentum. Videndum est igitur quot sunt genera machinarum lapidariarum et quot sunt modi edificiorum et quomodo munitiones impugnantur. Machine autem lapidarie quasi ad quatuor genera reducuntur. Nam in omni tali machina est dare aliquod trahens et elevans virgam machine ad quam coniuncta est funda qua lapides iaciuntur. Huiusmodi autem elevatio virge aliquando fit per contrapondus, aliquando vero non sufficit contrapondus sed ultra ... cum funibus elevatur virga machine qua elevata eiciuntur lapides. Si ergo solum per contrapondus fit huiusmodi proiectio contrapondus illud vel est fixum vel est mobile vel est compositum ex utroque. Dicitur autem contrapondus esse fixum quando in virga fixa est quedam capsa immobiliter adherens virge plena lapidibus et arena vel plena plumbo vel aliquo alio gravi corpore. Quod genus machine veteres trabucium vocare voluerunt. Inter ceteras autem machinas hoc certius proicit quia contrapondus semper uniformiter trahit ideo semper eodem modo impellit. Cum

Hac aut machina quia rectius percuti posset. Nam cum aliquod signum percutiendum est per ipsam si nimis proicit ad dextram uel ad sinistram vertenda est ad locum extra quem iaciendus est lapis. Si vero nimis proicit uel elonganda est machina a signo uel in funda eius apponendus est lapis grauior quam eleuare non potest. Si vero nimis inte uel nimis basse appropinquanda est machina uel alleuiandus est lapis. Semper enim ponderandi sunt lapides machinarum. Si determinate percutiendum sit ad aliquod signum. Aliud genus machine habet contrapondus mobile adherens flagello uel virge ipsius machine. Et hoc genus machine Romani pugnatores appellauerunt biffam. Est aut hoc a trabucio. Nam quia contrapondus mobile adheret virge machine longe plus trahit racione motus non tamen sic uniformiter trahit ideo plus proicit non tamen sic recte et uniformiter proicit et percutit. Est aut et tercium genus machine quod Tripantum nuncupatur habet utrumque contrapondus unum infixum virge et aliud mobile se vertens circa ipsam et hoc racione ponderis infixi ~~pond~~ rectius proicit quam biffa racione ponderis mobilis se verius longius emittit lapides quam trabucium. Quartum vero genus machine est quod loco contraponderis habet funes qui trahuntur per vires et manus hominum. Huius dicunt machina non proicit lapides ita magnos sicut predicta tria genera machinarum tamen non oportet tantum tempus apponere ad proracionandum huiusmodi machinam sicut in machinis prefatis ita quod plures et spissius proicit hec machina quam predicte. Ille ergo qui obsidet castrum aut ciuitatem debet si vult eam impugnare per machinas lapidarias diligenter considerare quod utrum magis possit murum eius impugnare proiciendo rectius uel longius uel medio modo inter utrumque vel eciam magis posset obsessos offendere proiciendo spissius et frequencius. Nam prout videtur expedire omnibus predictis machinis uel omnibus prefatis modis proiciendi uel aliquibus sine aliqua predictarum machinarum castrum et ciuitatem obsessam potest

impugnare. Si cum plena noticia habeatur de machinis de quibus mentionem fecimus sufficienter scitur quando et quomodo per machinas lapidarias poterit quelibet municio impugnari. Nam omne genus machine lapidarie vel est aliquod predictorum vel per originem sumens ex predictis. Est eciam advertendum quod die ac nocte per lapidarias machinas impugnari possunt municiones obsesse. Sed ut videatur qualiter in nocte percuciunt lapides emissi a machinis semper cum lapide alligandus est ignis vel ticio ignitus. Nam per ticionem ignitum lapidi alligatum apparere poterit qualiter quali machina proiciat et qualis sive quanta ponderosius est lapis in funda machine imponatur.

Quod per edificia lignea impulsa ad muros civitatis vel impugnari possunt municiones obsesse. c. ix.

Tangebatur autem superius tres modi impugnandi municiones obsessas quorum unus erat per cuniculos, alius per machinas, tertius vero per edificia lignea impulsa ad muros municionis obsesse. Dicto ergo de impugnatione facta per cuniculos et lapidarias machinas restat dicere de impugnatione quam fieri contingit per edificia impulsa ad muros vel ad menia castri vel civitatis obsesse. Huiusmodi autem edificia quasi ad quatuor genera reducuntur, videlicet ad arietes, vineas, turres et musculos. Vocatur enim aries testitudo lignea quedam que ne igne comburatur undique coriis coopertur. Sub hac enim testitudine sic coperta coriis et fortiter contesta ne lapidibus obruantur inexistentes ponitur trabes cuius caput ferro vestitur. Ideo appellatur aries quia ratione ferri ibi appositi durissimam habet frontem ad percuciendum. Huiusmodi autem trabes funibus vel catenis ferreis alligatur ad testitudinem factam ex lignis et ad modum arietis retrahitur et post ea muros fortiter municionis obsesse percutit et disrumpit. Cum enim per huiusmodi trabem sic ferratam multis ictibus percussus est murus ita quod iam lapides exeuntes in ipso incipiunt commoveri, in capite eius infigitur quoddam ferrum retortum ad modum falcis per quod lapides commoti et conquassati evelluntur a muro ut citius perforetur. Valet autem huiusmodi edificium ad impugnandum municiones

Aliquam dato q aliquid nō
possit pertinge usq ad muros
eius. Nam quia huiusmodi tra-
bs caput hns se ferratum
retrahitur et impingitur po-
terit percuti murus munitonis
obsesse. dato q tectura illa
sub qua sunt homines impin-
gentes trabem nō pertingat
usq ad murū. Est aut huius
modi tectura sub qua sunt
homines impingentes ariete
sive trabem optime muni-
enda ne viri illi sagittis
vel lapidibus vel aliquo mō
ex aliqua parte possint off-
endi. Aliud aut edificium ē
ad impugnand munitones
obsessas quod vocant vineā
Quidē aut huiusmodi edificiū
tantū nominant. fit aut he
cū tabule grosse vel fortes
optime colligantur et dupli-
cantur sive sit dux tabu-
latum ne lapides emissi
possint tale edificium fran-
gere. cooperitur etiā crudis
corijs ne ab igne possint
obfendi. Consuevit aut
tale edificiū fieri in lati-
tudine octo pedum et in
longitudine sedecim. in alti-
tudine vō tot ped quot
homines ibi possint operantes
existere. Huiusmodi om edifici-
um tante quantitatis vel a
maioris ē optime undiq
muniend et impellend
usq ad muros munitonis
obsesse sub quo homines exi-
stentes fodiunt muros i. ob
Est aut hoc edificiū utile
cum talis ē munitio obses-
sa q usq ad muros eius
poterit tale edificium impelli
Tercium genus edificiorum
sunt turres vel castra. Nā
si per arietes nec p vineas
capi possunt munitiones ob-
sesse. accipienda ē mē-
sura murorum munitionis
illius et cum huiusmodi mēsura
vel etiā cum altiore construē-
de sunt lignee turres vel ca-
stra que tegende sunt cru-
dis corijs ne succendant
ab igne. Cū his igitur
ligneis castris dupliciter im-
pugnantur munitiones ob-
sesse. Primo iaciendo la-
pides. Nā si altitudo ca-
strorum excedit altitudinem
murorum. et etiā turricularum
et propugnaculorum existentium
in ipsis sic se habebunt exi-
stentes in castris ad existentes i
munitionibus quodammodo sicut
existentes in montibus ad
eos qui sunt in basso et i terra
Rursus in huiusmodi castris or-
dinantur pontes cadentes
per quos itur ad muros
munitionis obsesse. Alti-
tudo aut murorum duplr
pt accipi. Primo per umbram
Nā leve filum cum nota
sit quantitas lignand ē ad

Sagittam et proiciendi usque
ad muros municionis et habita
quantitate cuius sciri poterit
quantitas umbre. In illa
ergo hora in qua accipitur
umbre quantitas erigendum
est aliquod lignum in altum
faciens tantam umbram
et tantam altitudinem illius
ligni erit altitudo murorum.
Verumptamen non semper sol splen-
det et facit umbram, sed ali-
quando tegitur nubibus. Dabi-
mus alium modum accipiendi
altitudinem cuiuslibet edificii et
quorumcumque murorum. Acci-
piatur autem aliquod lignum
vel tabula aliqua ad q-
uantitatem alicuius hominis, et
homo ad cuius quantitatem accep-
ta est tabula super illa iaceat
se ad terram et ad pedes eius
ponatur predicta tabula
et aspiciat per summitatem illius
tabule et si visus eius pro-
tenditur magis alte quam
sit edificium cuius altitudo
mensuranda est trahat se ma-
gis prope edificium illud. Si
vero visus protendatur magis
bassus cum tabula sic existente
ad pedes, et sic iacens terra
elonget se ab edificio predicto
donec per summitatem tabule
punctualiter videatur summitatem
eius. Nam ut probari potest
geometrice quanta est di-
stancia a capite hominis
sic iacentis usque ad edificium
illud tanta est edificii

altitudo. Possent etiam inquiri
talium altitudines accipi per
regulas traditas in astrola-
bio et quadrante, sed de hoc
non sit nobis cure, sufficiat
autem de talibus ad presens tanta
dicere quanta sufficiunt ad propo-
situm. Sextum genus edificiorum
vocant musculos. Sunt enim
musculi quedam edificia
parva sub quibus teguntur
homines trahentes vel im-
pellentes castra usque ad me-
nia municionis obsesse. Pos-
sunt autem per huiusmodi muscu-
los communiri castra usque
ad municiones obsessas, quod cum
factum est triplex est in pugna
municio. Nam in castro sic
edificato ad municionem impu-
gnandam est tria considera-
re videlicet partem superiorem
excedentem muros et tur-
riculas municionis capiende
et partem quasi mediam ad
quam applicantur pontes
cadendi super muros illos
et partem infimam ad quam
applicantur musculi sub qui-
bus sunt homines trahentes
vel impellentes castra.
Cum ergo castrum illud appro-
pinquaverit quantum debuit ad mu-
ros municionis obsesse, illi
qui sunt in parte superiori
debent proicere lapides et sa-
gittare eos qui sunt in muris
qui vero sunt in parte me-
dia debent pontes dimittere

et invadere muros. Sed qui
sunt in parte infima et sub
mursalis si possint ad muros
accedere et eos suffodere ut casti
et sic obsidentes intrare pos-
sint obsessam municionem.
Sunt etiam baliste arcus
machine lapidarie et omnia
talia congreganda, ut quando
hec fienda sint tunc mu-
nicionem percuciant. Quanto
enim pluribus modis simul
municio impugnatur, tanto
plus timent obsessi et citius
capiuntur.

Qualiter edi-
ficanda sint castra et ci-
uitates ne per ignem ab
obsidentibus faciliter devincantur.

XX

Postquam diximus de
bello campestri et
determinauimus de
bello obsessiuo docentes
obsidentes municiones
et castra qualiter debe-
ant ea obsidere et debellare
in parte ista determinare
volumus de bello defensiuo
ut possimus docuimus obside-
ntes qualiter debeant inva-
dere obsessos volumus docere
ipsos obsessos qualiter se de-
beant defendere ab obside-
ntibus. Primo autem quod maxime
facit ne obsessa ciuitas
devincatur ab obsidentibus
et quod maxime facit ut obsessi
faciliter possint defendere mu-
nicionem aliquam est scire qualiter
edificanda sint castra et mu-
niciones ciuitates certe ne
faciliter impugnentur. Sunt
autem .v. in huiusmodi edifica-
tione consideranda. Primo quod muni-
ciones forciores existunt et
difficiliores ad capiendum.
Primo quidem fortificantur
municiones et sunt difficili-
ores ad bellandum ex natura loci
secundo ex angularitate
murorum tercio ex altitudine
quarto ex propugnaculis quinto
ex fossatis. Ex natura quidem loci
urbes et municiones existunt
forciores si edite sint in pre-
ruptis rupibus vel in locis
eminentibus et in accessibili-
bus aut si mare sit circa
eos vel paludes aut flu-
mina circumdant ipsas. Ideo
a principio quando edificande sunt
municiones defendende sunt
ab exteriori pugna et ab ob-
sidentibus consideranda est
natura loci ut in tali loco
edificentur quod ex ipso situ
forciores existant vel si non
vacant municiones de novo
edificare et aliqui timentes
iram dominorum aut dominum me-
tuentes furorem populi volunt
se tueri in municione antiqua
si assit facultas querenda
est municio que ex ipsa natura
loci forcior existat et difficilior

ad impugnandum. Secundo
urbes et municiones sunt
difficiliores ad impugnand(um)
ex angularitate murorum.
Nam si municio muros ha-
beat angulares, si contingat
obsidentes ad muros accede(re)
ut municionem debellent obses-
si facilius se tuentur ab il-
lis et levius offendunt ob-
sidentes. Nam propter angula-
ritatem murorum non solum
ex parte anteriori sed etiam
a tergo et quasi ex parte posteri-
ori percutiunt impugnantes mu-
nicionem illam. Fiendi itaque
sunt muri angulares ut
facilius municio possit defendi.
Tercio quod reddit municionem
difficiliorem ad capiendum
dicitur esse terrata vel
muri ex terra facti. Nam
in municione fienda non so-
lum est querenda bonitas situs
et angularitas murorum.
Sed circa municionem illam edi-
ficandi sunt duo muri
equaliter distantes et inter-
ra spacium quod inter illos du-
os muros includitur po-
nenda est terra que fodi-
enda est de fossis que fiende
sunt circa municionem illam.
Vel est aliunde terra app-
ortanda et ponenda in
illo spacio intermedio.
Est huiusmodi etiam terra
inter tale spacium posita
ita densata quod ad muri
tem conglutinetur ut efficiatur

quasi murus. Contingit
enim etiam turres ex terra
facere si bene consideretur
propter quod non est inconveniens
constituere huiusmodi muros
ex terra densata. Valet quidem
constitucio talium murorum
ad defendendam municionem
ne devincatur per machinas
lapidarias. Nam dato quod per
huiusmodi machinas totus
murus exterior vinceretur mu-
rus constitutus ex terra quasi absque
lesione suscipiet ictus machi-
narum. Quia cum lapis eiec-
tus a machina pervenit
ad huiusmodi murum propter mol-
liciem eius cedet terra et
recipiet lapidem illum quasi ac
si ibi esset fabricatus. Exper-
tum est enim muros ex terra
densata constructos minimis
ledi a machinis quam mu-
ri alii. Debet quidem murus
talis ex terra factus esse
grossus quia tunc absque le-
sione suscipiat lapides e-
missos a machinis. Sex-
tum quod facit municiones
fortiores sunt turres et propu-
gnacula. Nam ipsis muris
constituende sunt turres
et propugnacula ut muni-
cio levius defendi possit.
maxime autem ante por-
tam quae aliis ipsius muni-
cionis de qua timetur
ne ad eas attedat obsidentes

fiende sunt turres et propugnacula, et ante huiusmodi portam ponenda est catarecta pendens annulis ferreis undique etiam ferrata, prohibens ingressum hostium et incendium ignis. Nam si obsidentes vellent portas munitionis succendere catheracta autem ante portas prohibet eos. Rursus supra catheractam debet esse murus perforatus recipiens spacium per quem locum poterunt proici lapides et emitti per aquam ad extinguendum ignem si contingat ipsum ab obsidentibus esse appositum. Quintum quod facit munitiones magis inaccessibiles et fortiores est latitudo et profunditas fossatorum, que si possunt replende sunt aquis. Hiis ergo modis sunt munitiones difficiliores ad capiendum, ideo videndum est a principibus et ab hiis qui volunt munitiones defendere ab obsidentibus eos ut in munitionibus illis omnia hec vel plura ex istis concurrant ad hoc ut facilius defendantur.

Quomodo muniende sunt civitates et castra et universaliter omnes munitiones ut ab obsidentibus difficilius capiantur. XXI

Non sufficit scire quando construende sunt munitiones et quales muros debent habere, et quomodo debent esse, nisi sciatur qualiter sunt muniende, et quomodo non de facili devinci possint. Dicebatur enim supra triplicem esse modum devincendi munitiones, videlicet per famem, sitim et pugnam. Sic ergo muniende sunt munitiones obsesse ne aliquo horum trium modorum possint devinci. Ne ergo fame devincantur tria sunt attendenda. Videlicet ut frumenta avena ordeum et cibaria singula et omnia pabula que possunt deservire ad victum deportanda sunt ad munitionem obsessam prius quam obsideatur ab hostibus, et si timetur ab obsessione ante collectionem frugum ex aliis locis in quibus sunt talia acquirenda ne munitio obsessa obtinencias victus possit pati defectum. Quod autem nequit ad munitionem deferri vel si deferatur non multum valere esset castro vel civitati obsesse totum est igne comburendum ne obsidentes supervenientes inde capiant

emolimentum et ex bonis
prius munitionis obsesse im-
pugnent ipsam. Si autem time-
atur de diuturnitate temporis ut quod
per multa tempora debeat obses-
sio perdurare maxime mu-
nienda est ciuitas uel castrum
obsessum milio. Nam mili-
um inter cetera minus putre-
scit et plus durare perhi-
betur. Copia autem carnium
salsatarum non est pretermitten-
da. Salis multitudo multum
est expediens munitione
obsesse eo quod ad multa sit
utilis. Secundo in muni-
endo castrum uel ciuitatem
aliquam obsidendam quantum
ad uictum non solum atten-
dendum est ut magna copia uic-
tualium deferatur ad munitionem
obsessam, sed etiam ut uic-
tualia delata per temperatos
erogatores per familias dis-
pensentur. Unde si fieri
posset si ciuitas obsessa
esset magna et posset ali-
unde occupare uictum
in qualibet contracta ciuitate
uictualia reduci deberent
ad orrea publica et parce et
temperate per uiros proui-
dos dispensare. Quod si mu-
nitio obsessa modica esset
ambitus, hoc efficere non esset
difficile. Tunc enim nihil pro-
desset multa congregatio uic-
tualium nisi parce et cum
temperamento dispensetur.
Tercio est in talibus attenden-
dum ut persone debiles et
inutiles non ualentes pro-
ficere ad defensionem munitionis
obsesse si commode fieri potest
ad partes alias transmitten-
de, tales enim consumunt et
comedunt que deberent bel-
latoribus erogari. Rursus
si timeatur de inopia uic-
tualium bestie que sunt in mu-
nitione obsessa a quibus ob-
sessi possunt commode abstinere
sunt occidende et sunt come-
dende uel saliende si esui
sunt apte. Immo in tali ca-
su comedenda sunt multa
que ad esum communis uetat
usus. Dicto quod munitio
obsessa uitat ne capiatur fame
declarari uidetur per quam se
debeant habere obsessi ne
deuincantur per sitim. Nam
antequam castrum aliquod obsideatur
prouidere debent quod ad talem
munitionem perquirant in qua
sit aquarum copia. Quod si
uero ibi non sint fontes fo-
diendi sunt putei. Quod si tal-
is sit locus siccus ut ibi nec pu-
tei fieri possint fiende sunt
fosse ut celestium aquarum
superhabundancia supple-
at aliarum aquarum defectum.
Quod si munitiones obsesse
sint circa mare et non possit

Habere aquam nisi salsam eo quod dulcem aquam habeat distantem ad quam capiendam prohibent obsidentes tunc mediante terra poterit dulcificari. Nam iuxta philosophum in metheororum quidquid ex aqua calida et salita per poros terre transit totum in dulcedinem convertitur. Deferendum est etiam ad municionem obsidendam in magna copia acetum et vinum ne ex potu solius aque bellatores adeo debilitentur quod non possint viriliter resistere obsidentibus.

Ostenso que sunt remedia adhibenda contra famem et sitim per que obsessa municio devinci consuevit. Restat videre que sunt remedia adhibenda ne per pugnam obsessa municio devincatur. Debent ergo ad civitatem vel ad castrum obsessum deportari in magna copia sulphur pix et oleum ad comburendum machinas hostium. Ferra etiam et ligna sunt ad municionem obsessam in debita habundancia deportanda ut per ligna haste sagittarum et telorum et etiam edificia necessaria municioni fieri possint, per ferra vero reparari possint arma et fieri tela et sagitte et alia per que impugnari valeant obsidentes.

Est etiam multitudo ferri utilis ipsis obsessis ad destruendum edificia et machinas que per obsidentes ut in sequenti capitulo apparebit. Saxa etiam in magna torrentium copia sunt ad municionem deportanda quia talia sunt solidiora et aptiora ad iaciendum. Ex hiis ergo replendi sunt muri et turres municionis obsesse, calcem etiam pulverisatam deferendam esse ad ipsam municionem in magna habundancia et ex ea sunt replenda multa vasa ut cum obsidentes appropinquant muris municionis iacienda sunt vasa illa, quibus fractis pulvis illius subintrat obsidencium oculos et adeo offendit eos ut quasi ceci et non videntes percuti possint.

Armorum etiam copia et funium utilis est municioni obsesse propter balistas et arcus et alia preparanda, quod si nervi deficiant loco eorum adhiberi poterunt crines equini vel capilli mulierum. Recitat enim Vegecius quod cum Romanis nervorum copia defecisset et non possent machinas parare ad resistendum bellatoribus, mulieres Romane abscisis crinibus eos suis maritis tradiderunt per quos

Machine repertis adversarioru impetum repulerunt. Ma luerunt enim ut ait preclarus Vegecius ille pudicissime femine cum maritis vivere de formato capite quam servire hostibus integris crinibus. Sunt etiam ad municiones deportanda corrima bestiarum ad formandum balistas et arcus et coria cruda ad tegendum machinas et alia edificia ne ab adversariis per incendia aburrantur. His enim cautelis et per ea que dicta sunt resistere poterunt obsessi ne eorum municiones per pugnam ab obsidentibus devincantur. Quomodo resistendum est impugnacioni facte per cuniculos et qualiter machinis lapidariis et aliis edificiis obsessi debeant obviare. XXII

Numerabantur supra tres speciales modi impugnandi municiones obsessas quorum unus erat per cuniculos et vias subterraneas. Alius per machinas lapidarias. Et tercius per edificia impulsa usque ad menia castri vel civitatis obsesse. Quare si dominus prefatos obsidentes invadere obsessos relinquitur ut declaratum

quomodo obsessi a predictis impugnatoribus contra obsidentes se defendere valeant. Primo ergo dicemus de remediis contra impugnacionem per cuniculos. Possumus autem etiam hoc duo remedia assignare. Unum est per profunditatem fossarum repletarum aquis. Nam si circa municionem obsessam sunt profunde fovee aquis replete impediunt obsidentes ne obsessos impugnare possint per cuniculos et vias subterraneas. Dato tamen quod fosse aquis repleri non possint si sint valde profunde et per ample sufficienter impediunt subterraneas vias. Quia hoc genus impugnacionis impugnari non potest municiones obsesse. Nisi dicte vie subterranee profundiores sint fossis. Municio ergo defendenda vel est supra firmam petram et tunc propter duriciem lapidis non est facile per cuniculos debellare eam. Vel est supra petram de facili delebilem aut supra terram que de facili fodi potest et tunc per profundas foveas est fortificanda municio ne per cuniculos devincatur. Secundum remedium contra cuniculos et vias subterraneas est facere in municione obsessa viam aliam correspondentem vie

subterrenee facte ab obside-
tibus. Si enim obsessa muni-
tio foveas non habet profun-
das nec circa eas repletas aquis
propter quod timetur de impugna-
tione per cuniculos diligen-
ter considerare debent ob-
sessi, utrum ab aliqua parte
videant terram deferri et
utrum per aliqua signa
cognoscere possint obsidentes
inchoare cuniculos, quod cum
perceperint statim debent ali-
am viam subterraneam
facere concurrentem illis
cuniculis, ita tamen quod via ia
pendeat contra obsidentes et
tunc per viam illam sic
perforatam cum ex parte fece-
runt obsidentes per viam iam
municionem ingrediantur. Debent
enim obsessi visis inchoatoribus
vie subterranee habere ma-
gnas vias plenas aquis
vel etiam urinis, ut cum
bellant contra obsidentes
debent se fingere fugere et exi-
re foveam illam quo facto
totam aquam aut urinam
sic congregatam se effundere
debent supra obsidentes
existentes in cuniculis. Pluries
enim nimis multi obsidencium
sic periclitati sunt. Quare si hoc
aliquod factum fuerit non debent
reputare impossibile ne iterum
fieri possit. Visum quomodo resiste-
ndum sit debellatoribus facte
per cuniculos. Restat vide-
quomodo obsessi debeant obviare
impugnacioni facte per la-
pidicas machinas, contra
has autem quadrupliciter
subvenitur. Primo quod aliquando
subito ex municione obses-
sa exit magna multitudo arma-
torum et invadit machi-
nam et primo spacio exitus
possit succendere ad defendendum
eam succendunt ipsam. Sed
si municionem ipsam obsessi exire
non audeant, tunc clam
de nocte per muros aliqui
ligati funibus emittantur
qui absconse ignem porta-
tes absque eo quod alii percipi-
ant machinam incendunt. Quo
peracto trahuntur superius
per funes ad municionem ipsam.
Est enim et tercius modus
destruendi machinas faci-
endo sagittas quas appellant
colas. Est autem sagitta illa
in medio quasi habens quandam
caveam in qua ponitur ignis
fortis factus ex oleo sulphure
pice et rasina que ignem
cum stupa convolutum bella-
tores antiqui incendiarium
vocaverunt. Huiusmodi autem
sagitta per balistam fortem
emissa usque ad machinam
multociens succendit ipsam.
Quarto etiam modo resisti-
tur machinis lapidariis faci-
endo alias machinas intrinsecus
percuciendo eas et destru-
endo ipsas. Inter cetera autem

Summum remedium ē pogm̄
constituta est machina inte-
rius facere ei fundam ex ca-
thenulis ferreis uel testa
ex ferro et iuxta machinam
illam construere fabricam
in qua aliquod magnum
ferrum bene igniatum quod
sic ignitum apponatur super
fundam ex ferro textam
et proiciatur ad machinam
aliam uel ad quodcumque
edificium ligneum, contra
hoc enim coria cruda ne-
valent ligna nec habent re-
sistenciam, omne enim edifi-
tium ligneum hoc modo combu-
ri potest, sunt autem et multe
alie particulares cautele
valentes ad defensionem contra
lapideas machinas, sed quia
talia complete sub narracione
non cadunt prudentis iudicio
relinquuntur. Ostenso quomodo
resistendum est cuniculis et
lapidariis machinis, reli-
quum est declarare quomodo obviari
debeat edificiis aliis impul-
sis ad menia munitionis
obsesse. Ad hoc autem valet
quecumque diximus contra re-
sistencias machinarum. Nam
sicut destrui possunt lapidarie
machine per improvisum
insultum obsessorum, et per
homines latenter de nocte
emissos, et per sagittas de-
ferentes ignem fortem et per
machinas alias emittentes
lapides uel per fundas ex ferro
textas iacientes ignita fer-
rea, sic omnibus hiis modis
possunt huiusmodi edificia lignea
impugnari, immo expertum est
contra singula huiusmodi edi-
ficia maxime valere, si per
alias machinas uel aliquo
alio modo ferra ignita ia-
ciantur in ipsa. Possumus
tamen specialia remedia contra
huiusmodi edificia assignare
ut contra arietem constituatur
lupus. Dicebatur enim tra-
bem ferratam pertinaciter
muros munitionis obsesse
propter duriciem capitis voca-
ri arietem. Contra hoc autem
constituatur quoddam ferra-
mentum dentatum cum den-
tibus fortissimis et acutis et
ligatum funibus cum quo ca-
pitur caput arietis uel ca-
put illius trabis ferrate
quo capto uel omnino aries ad
superiora trahitur uel ita
suspenditur ut muris no-
cere non poterit. Unde et bel-
latores antiqui huiusmodi fer-
rum vocaverunt lupum, eo
quod acutis dentibus arietem
capiat. Contra castra vero
multum valent ferra ignita
adhibentur tamen speciale re-
medium contra ipsa, quia fiunt
cunicule et vie subterranee
et clam subfoditur terra.
Unde debet turris castrum quod
sub fossa et castro demerso

In ipam propter magnitudinem ponderis oportet castellum iterum construi, eo quod non possit ex fovea integrum removeri. Contra vineas vero et musculos etiam multum valent ista ferrea, quod si tamen contingeret per huiusmodi edificia perforari muros municionis obsesse, cum de hoc dubitatur antequam hoc fiat intra muros erigantur edificia lignea vel si sit possibile edificentur muri lapidei ut si contingat obsidentes intrare municionem remanent clausi inter muros illos et non valentes se defendere propter multitudinem inclusorum lapidibus obruuntur. Est tamen diligenter attendendum quod aliquando obsidentes fingunt se fugere et sic per insidias invadunt municionem obsessam. Ideo non statim post recessum hostium sunt municiones dimittende et est custodia negligenda, ideo investigande sunt condiciones hostium ut quod palam habere non poterunt per insidias et versucias obtinere non possint.

XXIII Qualiter construenda est navis et qualiter committendum est navale bellum et quod bella singula ordinantur.

In hoc ultimo capitulo tractare volumus aliqua de navali bello. Non oportet tamen hoc tantum investigare, quia multa que dicta sunt in aliis generibus bellorum applicari poterunt ad navalem pugnam. Nam circa hanc pugnam dicemus. Primo videndum est qualiter fabricanda sit navis. Nam navis male fabricata ex modica impugnacione hostium de facili perit. Sciendum ergo quod secundum Vegetium ligna ex quibus construenda est navis non sunt quolibet tempore incidenda. Nam tempore maii et aprilis in quo humor incipit in arboribus habundare non est bonum incidere arbores ex quibus fabricanda est navis. Sed tempore Julii et augusti vel etiam aliquo alio tempore in quo humor arborum desiccatur ad huiusmodi fabricam construendam incidenda sunt ligna. Rursus vero non statim incisis lignis ex eis fabricanda est navis, sed primo arbores sunt dividende per tabulas et per aliquod tempus dimittende sunt ut desiccari possint. Nam si ex lignis viridibus construatur navis, cum naturalis eorum humor exsiccatur, constringuntur ligna et faciunt in navibus rimas quibus in navibus nichil periculosius esse potest. Sciendum est etiam

Intendere simul bellis navalibus et exponere se periculis ne puppis per rimas naufragium patiatur. Viso quando sunt incidenda ligna et quomodo reservanda ut ex eis navis debite valeat fabricari. Videre restat quomodo in navi bene fabricata committenda sunt bella. Habet autem navale bellum quantum ad aliqua similem modum bellandi cum pugna terrestri. Nam sicut in terrestri pugna oportet pugnantes bene armatos bene operire et stare se bene a persecutionibus seu a percussionibus protectos et hostibus vulnera infligere, sic et haec requirunt in bello navali; immo in hoc modo pugnae oportet homines melius operire armaturis quam in terrestri quia cum pugnatores marini quasi stabiles stent et modicum se moveant melius sustinere possunt armorum pondera. Talis ergo armatura fortior esse debet. Possumus tamen quantum ad presens decem enumerare per quae maxime pugnatores hostes impugnare debent. Primum est ignis quem incendiarium vocant. Expedit enim ibi habere multa vasa plena pice sulfure resina oleo quae omnia cum stupa convolvenda sunt. Haec enim vasa sic repleta sunt succendenda et proicienda ad navem hostium, ex quo proiectione vas frangitur et illud incendiarium comburit et succendit navem. Sunt enim multa talia in navi proicienda ut ex multis partibus possit navis succendi et cum proiciuntur talia tunc est contra nautas committendum durum bellum ne possint succurrere ad extinguendum ignem. Secundo ad committendum marinum bellum multum valent insidie. Nam sicut in terra ponuntur insidie militum qui ex improviso invadentes hostes eos terrent et de facili vincunt, sic in mari per aliquas insulas fiunt insidie ut magis marini pugnatores ex improviso irruentes in hostes eos facilius vincant. Tertio est circa marinum bellum attendendum ut semper pugnantes navem suam faciant circa profundum aquarum, et navem hostium impingant ad littus quia pugnandi impetum perdunt qui cogunt ad terram. Quarto ad arborem navis suspendendum est lignum quoddam longum ex utraque parte ferratum quod ad percuciendum

tam nauem quam nautas se
habeat eciam aries cum quo con
teruntur muri ciuitatis ob
sesse. Debet enim sic ordinari
lignum illud ut ligamentum
retinens ipsum possit deprimi
et eleuari quia hoc facto
maior habetur comoditas
ut cum ipso percutti possit tam
nauis quam existentes in ipsa.

Quinto in bello nauali
habenda est copia arcularum
sagittarum cum quibus scin
denda sunt vela hostium. Nam
velis eorum perforatis et non
valentibus retinere ventum non
tantum perdunt ipsi hostes impetum
habere pugnandi nec possunt
se faciliter recedere si velit de
clinare a bello. Sexto con
sueuerunt habere ferrum quoddam
curuatum ad modum fal
cis incidens quod applicatum
ad funes retinentes vel statim
incidit ipsa aut sic incisis
et cadentibus ab arbore sub
trahitur ab hostibus ne
sic pugnare possint. Quia
per talem incisionem redditur
(margin: l velox)
nauis pigrior et quodammodo
inutilior ad pugnandum.

Septimo eciam consueuerunt
naute habere uncos ferreos
fortes ut cum vident se
esse pluris hostibus cum
illis uncis capiunt eorum
naues et non permittunt
eos descendere. Octauo
in nauali bello haec est cau te
la attendenda ut de calce
alba pulucisata habeant
multa vasa plena que
ex alto sunt proicienda in
naues hostium quibus
ex impetu proiectis et frac
tis eleuatur puluis ut
supra diximus in bello ter
restri et subintrat hostium
oculos et adeo offendit eos
ut quasi ceci videre non pos
sint quod in bello nauali
valde est periculosum quia
ex omni parte bellantes in
tali bello vident sibi im
minere mortem. Quare
si oculi bellancium in tali
pugna ex puluere calcis sic
offenduntur ut videre non
possint de facili perimuntur
ab hostibus vel submer
guntur in aquis. Nona
cautela est habere multa
vasa plena ex molli sapo
ne que cum impetu pro
icienda sunt ad naues ho
stium et hoc super loca illa
in quibus contingit ho
stes existere ad defendendum
naues. Nam vasis illis
confractis in huiusmodi lo
ca illa per saponem li
quidum redduntur adeo
lubrica quod hostes ibi po
nentes pedes statim labuntur
in aquis. Est autem et decima

Cautela quasi perniciosior
omnibus. Nam reperiuntur
aliqui marinarii qui diu
sub aquis durare possint.
Naute ergo debent se taliter
ordinare contra navem hostium
et clam post tergum
debent aliquem emittere
diu valentem durare sub
aquis qui accepto penetra-
li sub aquis debet accedere
ad hostilem navem et eam
in fundo perforare facien-
do ibi plura foramina
per que foramina ab ho-
stibus reperiri non possint
tunc per ipsa incipit habun-
dare aqua qua habun-
dante et hostes et naves
pariter periclitabunt. Sunt
autem in bello navali alia
observanda ut sit ibi copia
lapidum et etiam ferrorum
acutorum que quasi la-
pides iaciuntur cum qui-
bus nimium offenduntur
hostes. Sed circa talia quia
nimis particularia sunt
sub narratione non cadunt.
Sufficiant ergo cautele quas
tradidimus circa navale
bellum ostendentes qualiter
sunt ligna incidenda ex
quibus construenda est
navis et quando bellandum
est in navali bello. Reli-
quitur declarare ad
quid bella omnia ordinantur.

Sciendum ergo secundum philosophum
non bellamus ut bellemus
sed ut pacem habeamus.
Nam bellum ex nequitia ho-
minum et ex cupiditate
eorum ordinari ad lucrum
vel ad aliquam aliam sa-
tisfactionem ire vel concu-
piscentie. Bella enim si iuste
exerceantur et debite fiant or-
dinanda sunt ad pacem et
ad quietem boni et ad
commune bonum. Nam sic
debent se habere bella in so-
cietate hominum sicut
se habent ad potiones et
flebotomie in corpore hu-
mano. Nam sicut in huma-
no corpore sunt plures humo-
res sic in conversatione et
in societate hominum
dare plures personas et
plures homines. Et sicut
quia diu sunt humores equa-
ti in corpore et non est ibi
humor excessivus non in-
digemus nec potione nec fleu-
bothomia, sic quia diu ho-
mines debite se habent
et unus non iniuriatur al-
teri non sunt committenda
bella. Quare sicut per
fleubothomiam et potio-
nem superfluitas humo-
rum est eicienda per quam
turbatur sanitas corporis
sic per bella sunt hostes
conculcandi et occidendi

Per quod impeditur commune
bonum et pax civium et
eorum qui sunt in ~~bello~~
Regno supposito ergo Reges
et principes habere iustum
bellum et hostes eorum
iniuste turbare pacem et
commune bonum non est incon-
veniens docere eos omnia
genera bellandi et omnem
modum per quem possint
suos hostes vincere quod tamen
ordinare debent ad commu-
ne bonum et ad pacem
civium Nam si intendat
commune bonum et pacem
civium merebuntur pa-
cem illam eternam in
qua est summa requies
quam deus ipse suis pro-
misit fidelibus qui est
benedictus in secula se-
culorum Amen

Et sic finis huius operis
per me Nicolaum
de Bresch Anno domini
Millesimo quadringentesimo
sexagesimo

In nomine Domini Amen. Sub Anno [illegible] millesimo quadringentesimo quinquagesimo [illegible] Indictione [illegible] Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Calisti pape tercii [illegible] Nobilis viri domini Petri [illegible] et [illegible] Die vero tercia mensis Januarii in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia [illegible] Johannes [illegible]

[illegible]

[illegible] Dominum Petrum de [illegible] [illegible] et [illegible] Petro [illegible] et aliis quampluribus fidedignis testibus [illegible] vocatis et rogatis.



Et Ego Benedictus [illegible] Dioc[esis] [illegible] Notarius publicus [illegible] [illegible] vidi et audivi [illegible] [illegible] in fidem et testimonium premissorum rogatus [illegible]